



8
3 D
7

REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII VIPERAE BENEVENTANI, RO MANI CIVIS, CAVSARVM SACRI PALATII AVDITO RIS PRIMARII. CONTRA A RECTO DIVINI CVLTVS ITINERE ABERRANTES: LIBER.



AD CAROLVM QVINTVM CAESAREM AVGVSTVM

PRAEFATIO FRAN. AQ. BEN.



OMANO IMPERIO q̃ felix, fausta: fortunataq; fuerit post defunctum Auũ Maximilianũ, tua in hunc amplissimũ magistratum suffectio Cæsar inuictissime Carole, indies magis: ac magis liquet. Et si ab Augusto in nostra tempora desidia Cæsarum ex spreta virtute: & intentata fortuna: quę ad propagandũ Imperium concertarunt, id quasi consenuit: atq; decoxit, sub te nunc exercere membra omnia, eam illam senectutem: & velut redditа iuuentute reuirescere, confidendum certe est: Omnes siquidem Imperatorias virtutes in te vno contines, vt Scipionem illũ maiorem: qui quattuor: & viginti annos natus Imperator aduersus Poenos in Hispania Senatus: Populiq; Romani consulto missum superes, non tantum ęques. Sed omitto magnam tui animi fœcunditatem, præclaram ingenij amplitudinem: dicendiq; peritiam, firmissimũ corporis robur, tuũ in prouidendo consilium, industriam in agendo, in conficiendo celeritatem admirandam prętereo: quibus facile cognoscitur ea quoq; tibi ingenita esse animi magnitudo: vt & laudabiliora sęmper moliri & præclariora gerere pro gloria inmortali nunq̃ sis desiturus. Et quum ea sit tua virtus eaq; Imperij celsitudo, vt ex multarũ: maximarũq; rerum cura præ cæteris rebus christianam rempub. & religionem tutari: & augeri studeas, hoc opus, has vigilias: & lucubrationes tui deuotissimi clientuli Mercurij tuo tanto nomini (quas indignas esse non inficior) dicaui, solum tamen exhibendi temeritas incessit, ꝙ hostes christianæ religionis acerrimos ferro insectari: ac perimere animum adiecisti. Et hic suscepto illustrandæ fidei & rationibus asserendę veritatis officio nullum temporis interstitium: aut minimam quidem scribendi intercapedinem fecit. Omnes enim variis, falsis: & impijs superstitionibus, quasi demonum pręstigijs occęcatos, delusos, pertinacitерq; inhęrentes amouere conatur. aperit: atq; illos in veritate, sicuti in lucidissimo sole conniuere, calgare: seq; ipsos nisi ad circũscribendos se ipsos ingeniosos esse fateri adigit, quippe cũ diuerticula: & deuios inflectentur amfractus, ne planitiẽ deserendo ex præruptis rupibus collabantur, admonet: rectũ salutis iter retegit: lucemq; tenebris admonuit. His demum consulit: quo inscij se tandem inueteratis erroribus exoluant: & ad quod nati sunt vendicent: omnes ad cœleste pabulum inuitat. Icciro eos ad illum vberrime scatentem doctrinæ fontem: cuius haustu sedetur sitis, relegat. In hoc itaq; contextu in illos: qui a recto diuini cultus itinere aberrant, inuehitur: vt insensibiles superstitiones: erroresq; inueteratos, tanq̃ mostra sopiantur. Qua de re tuo auspicio in publicum exhibere: & te merito numen celebrare libeat. Quũ inter tot virtutum genera singularis: ac prope diuinæ munificentię tuæ tantus sit splendor, vt ab omnibus admirandus, excolendus: inmortalitatiq; consecrandus sis. Quare te feliciorẽ Augusto, Traiano meliorem, clementiorem dictatore Cæsare: Cymone liberaliorem splendidiorẽq; Lucullo, & te nobis: & Imperio diuturnã felicitatem superesse precamur.

P RAECLARO, ET FVLGENTI animo/eximia ingenii perſpicuitate, ac diuini cultus: mentiſq; ardore, uiri illi illuſtres afflati, exploſis omnibus: quę diſciplinarum ſolertię im pedimento eſſent/ut diuinę, ac inſignis philoſo phię doctrinam capeſcerent: cœleſtis Theologię ſtudio ſeſe de dere / & omnium laudatarum, pręcellentium artium progeni tricem, ac eductricem/ & quaſi parentem amplecti, & nanciſci poſſent, quirentq;: Cũ pulchrius eſſe noſcať diuinas res agnoſ cere callereq;: & earum ratioẽ amplecti q̃ diuitiis & dignitati bus adherere / diſerti quidem & peritiſſimi uiri diuini cultus amatores/qui cunctis rebus illum ante poſuere, quoniam con ſpiciebant eas res caducas, & fragiles, & ad hanc terrenam mo mentaneamq; uitam conſpectare: ſed diuinam religionem dili gendo, iuſtitia ipſa & probitate ac perenni uita illuſtramur: qua nil melius, nilq; iuſtius dici queat: Sic itaq; illos non ſine admiratione cõſpiciendos eſſe arbitror, qui cõuentus inducũt, & gymnica certamina, proſceniaq; ad Tragicas inſtituũt par tes/quandoquidẽ bonas corporum habitudines tam ingentib9 muneribusdignas putarunt: Sed qui pro illa illuſtri religione, republicaq; laborarunt, animoſq; ſuos ita prępararunt, ut aliis etiã non tantũ exemplo, ſed adiumento eſſe queant, qui ſuſce ptis ſtudiorũ laboribus gloriam, bonorum laudem ſicuti merce dem, & uitę perpetuitatem nanciſcuntur: q; ſane in primis re ſpexiſſe decuit eos qui nullo honore decorati fuerint: Quid .n. humanę uitę athletę fortiſſimi cõferre poſſunt: at ſi quis inuen tus fuerit qui recte ſentiat ſuo inuento mortales eandẽ ſenten tiam ſequentes, ac amplexantes coadiuuabit: nam uetus etiam Theologorũ ſententia eſt, e diuinis rationibus cõprobata, qua ſane docemur, atq; inſtruimur, ea ſingula in rerum natura per fectiora, digniorаq; uideri, qua primi rerũ omniũ principii, ori giniſq;, ac exordii ad perfectionem, dignitatemq; cominus pro

pinquiusq; accedunt, ac expressionem in se, eius imaginem cõ plectuntur: prisca uero Egyptiorum/& Arabum, & Hębreorum theologia tradidit, deum esse essendi, cognoscendi, agendiq; exordium, ac principium: unde Pythagoras, Eraclitus, atq; Plato eam theologiam in Greciam transferentes ab eodem deo principiũ esse naturę ueritatem doctrinę felicitatem uitę disputauere, quod Parmenides, Thimeus, ac Iamblici, & Proculi testantur, & Plotini: Secutus post eos ueteres Dionisius Areopagita Platonicus, primo, ac deinde christianę religionis amplexor: quo quidem diu postea diui Aurelius, Ambrosius, Basilius, Hilarius, Hieronymus, & pleriq; alii illustres inter latinos theologos principes obseruauere, deum ipsum omniũ effectorem/opificem, architectorem, ueritatis illustratorem, felicitatis, beatitudinis largitorem nuncupant, idq; multis antea seculis ab academicis diuersis licet uerbis pertractum fuisse confirmant: in his pręterea tribus appellationibus deiq; a ueteribus philosophis primum inductę fuerunt: Christianam quoq; trinitatem quodam modo contineri, ut Hetruscus ille ostendit academicus philosophię insuper tres species a Platone inuentas atq; distributas/huic nostrę trinitati ex omnibus suis partibus responderе, ut ea philosophandi facultas quæ de rerum causis progressionibus edixerit deo rerum principio congruat, altera uero qua differendi origo/modusq; tractatur deo ueritatis illustratori conueniat postrema philosophię pars, cuius pręceptis uitã agimus, nos ipsos, & nostros, ac rempub. ad felicitatem consequendam dirigimus deo omnium parenti quoq; summæ beatitudinis largitori quodammodo comparetur, ex quo tam satis perspicuũ esse potest. Cœlestem philosophiam, diuinamq; religionem omni ex parte diuinitati congruere (ut ita dixerim) patrisq;, & filii, ac spiritus potentiæ, sapientiæ, & bonitatis plenam quandam & absolutam, quantum nobis conceditur imaginem continere: quo fit ut nulla ex omnibus hominum mor-

taliūq̧ facultatib9 ꝓpinquior diuinitati/ similiorq̧ appareat & nihil apud nos, pręter ipm̄ deū pfectius, q̄ cœlestis illa philoso phia, ac diuina religio, atq̧ p̄stantius uideať, quā ob rē diuinę id explicuisse uideť Mercurius Egyptioꝝ sapientissim9 cū mor tales edixerit religionis theologię diuinę philosophię lumine deos fieri: idē Pythagoras in aureis carminibus cecinit, & Plato hiis illustrib9 uiris uitę functis cerimonias: eorūq̧ mysteria in stituit: Empedocles autem Agrigentinus diuinam philosophiā munus esse deorum ait: ꝙ cui contigerit, talem eum reddat, ut omnia quę mouentur alta mēte contemnat intima mentis acie diuinis radiis illustretur, futuramq̧ beatitudinem, ac felicitatē firma sententia speret: Sed quid de eo pręstantius? ꝙ ab Aristo tele dicitur, cum cętera rerum magnitudine, & difficultate per territa longe a ueritatis inquisitione: indagineq̧ discederent, di uina theologia sola nihil laboriosi operis refugit: nec se optimis indigna rebus earum cognitionem sibi congruam/& cognatam existimauit: animus uerę religionis munere intelligentiam du cem adeptus rerum omniū naturam contemplatione transcen dit (quūq̧ impossibile foret corporea mole cœlestes sedes adire) hęc inquam diuina institutio cum sit cœleste munus terrena ui tia, ac scelera procul fugat, fortunam strenue explodit, fatum paruipendit, inmortalia munera largitur ad nutum: o thesau rum omnium pręclarissimū: haud quaq̄ telluris, Plutonisq̧ ui sceribus editum, sed summo cœli uertice, deiq̧ summi sapien tia, ac prudentia descendentē, sine cuius pręsidio, adminicu loq̧, nec recte uti cęteris thesauris quimus, possumus ue, neq̧ quicq̄ feliciter retinere ac possidere: o ducē humanę uitę tutissi mū qui primum herculea claua (ut poetę effinxere) uitiorum monstra prorsus expurgat perinde clypeo Palladis atq̧ hasta deuitat/uel superat fortunę ingētia pericula: postremo Atlantis humeris humanos subleuans animos, & caduco terrenoq̧ hoc exilio eximit, ac liberat, & patrię cœlesti & supernę q̄ fulgen

tissime ac felicissime restituit: Verum enimuero cum sublimis atq; omnipotens deus filium suum unigenitum, ad redemptionem generis humani genuisset, eũq; hac una de causa misisset in terras: & in utero matris uirginis collocasset, omnibus illum modis armauit, quibus uincere mundi principem hominem captiuũ liberare: comprimere satanam: & eius fallacias cohibere posset, & prçcauere/nec unq̃ letitia tanta deo potuit accedere quantus tunc dolor accidit, cũ primũ homo deceptus est: quia unde oritur beneficium cum gaudio, inde indignitas succedit maleficii cum mçstitia: gauisus est summe deus cum hominem procreauit in gratiã: summe doluit, cũ deceptus est fraude per demonem: sed non habet/nec unq̃ habuit finem clementia dei: misit prophetas, quorum opere fieret redemptio hominis, misit Patriarchas & reges qui sanctimonia uellent simul & potentia id facere ualerent passurum hominis causa nõ dubitabat, carus enim erat illi homo: tum quia ex eodem esset: itaq; omnia deus ut hominem liberaret: Sed remedium aliud nullum dari potuit efficacius q̃ si pro hominis crimine filii uita exponeret: qui hominis similitudinem expressisset in carne: itaq; uenit in terras in utero uirginis cõclusus, ad templum prçsentatus. Iam tamen quid sibi proponeretur supplitii audiuit quum ostensus est gladius minaciter illud obiectum: hic tuam ipsam animam pertransibit, quemadmodũ postea pertransiuit, pugnauit cum Herode cũ puer ad moriendum perquisitus: pugnauit in tẽplo quũ negociatores eiecit: cũ gentibus pugnauit, quũ falsas eorũ confutat superstitiones: pugnauit cum hebreis quũ actractus ad passionẽ, proditus est, captus est: ligatus est, fustigatus est, crucifixus, flagellatus totus est: perfossus latere est, pugnauit cum demone quũ tentatus est: Quod preliũ cõmitti potuit atrocius, q̃ Christus pro te suscebtt? q̃ diuersius? q̃ cum pluribus cõmissum est? quantum laboris, quantũ ignominiarũ subiuit? cum & laborando sudarit, & contemptu consputus, ridiculus

factus ſit, per hęc facinora: per hos labores, cùm in terris cum aduerſario in defenſionem noſtrã dimicaſſet: nõ antea ceſſauit q̃ patri liberando genere humano ſatisfeciſſet, atq; ita quaſi cõfecto bello ſub reditu filii, quod gaudiũ cœlorum ex magnificentia reuertentis cum uictoria ducis ex bello: quę exhilaratio angelorum cũ uiderent fratres ſuos, hoc eſt hominis dei filios/ a crudeliſſimo hoſte liberatos poſitis per orbem uexillis, idolis confractis demoniorum omnia feciſſe quorum cauſa fuerat dimiſſus in terras, cum iubilo ad patrem cum magnificentia ad cœlos, cum ſono tube ad patriam: cũ letitia tranſcendit æthera atq; leticię, hęc fuit cauſa: hunc qui conſenſus hic ſaluatoris noſtri uolatus: an cõmigratio? an reuerſio? conſiderandum illud conſtat in primis, Ieſum Chriſtum redemptorem noſtrũ totũ: natura & uirtute nulla parte, nulla potentia inminutũ rediiſſe ad cœlum illud, etiam conſtat ſepe alias: & montes ad oraculũ conſcendiſſe, & in excelſis extitiſſe, & transfiguratũ diſcipulis apparuiſſe, hoc quia uera dei facies uideri niſi in montibus nõ facile poterat: uera felicitas & magnificentia, niſi in cœlis eſſe quiuerat: ſed hęc altitudo quanta fuerit humana mens aſſequi cognitione non poteſt: aut ſola per gratiam poteſt: Quis eſt qui non intelligat tantum fuiſſe deſcenſus ad inferos: quantus poſtea fuit aſcenſus ad cœlos: ut ſi uel ſpatium conſideres immenſum uideatur: uel ſi celeritatem, inextimabilis exiſtimetur: triduo deſcendiſſe ad centrum terrę, ad infimũ tartareum penetraſſe: pugnaſſe ibi cum ſatana inde detractis e limbo patribus rediiſſe ad ſuperos: & ad cœlum recta deuolaſſe, non fuit hoc ſimile curſibus, aut celeritatibus noſtris: poſſumus & nos cum Chriſto conſcendere ſi uolumus: ſed cogitatione diuturna, opera inceſſabili exercitatione perpetua: Quis aſcendit in cœlũ niſi qui ſeſe abdicauit totum a ſpe, & cogitatione terrena, qui nullo grauatus onere, peccatorum nulla labe infectus, aut madidus alas animę in pennis habeat deargentatis: qui curſus ſeu mauis

uolatus in cœlum, uel in hoc ad redemptionē nostram fuit necessarius: ut uidelicet quemadmodū primus angelus celeritate celo præcipitatus est, & uenit in terram, ubi posuit principatū dānationis, ut hominem contaminaret contaminatum deciperet: deceptum perderet: nam & ita natura comparatum est ut arbores suis radicibus innitantur: atq; ab eis alimenta percipiant, ab ipsis autem ramis ac frondibus quiq; inde suspensi cernuntur, fructibus exornentur: Si quis enim ramos excindat comamq; decerpant, fiunt prorsus inutiles: omniq; sic decore spoliantur, ut superfluum uideatur radicum illud, ac stirpiū fundamentum, ita & animantium corpus indiget quidem oculis ad obtutum: quibus uidelicet sensus alii, tanq̄ ducibus suis utantur: indiget uero & pedib9, q̄bus ābulet & ferať: indiget manib9, quæ opus faciant, mēbrisq; aliis ac particulis cibū potūq; ac alias res necessarias subministrēt: iā uero subunculas hibernas/claenas/& castrēsia sagula nequaq̄ stamina sola cōficiūt est •n• opus sub tegmine q; staminibus intexatur & coherescat: quorsū uero hęc dixi? nō ideo ut uiri greci, ut inqt Theoderic9/ q fabulas, nugasq; cōsecter, sed qui p has similitudines ostendere uobis cōtendā/quę sit exactissime philosophię materia: maxime nāq; bonū est diuinarū rerū cognitio: nā uero satis hęc est cō summatū hominē eū reddat q ea factus sit dignus, oportet •n• bonas rerū functiones ad cognitionē, scientiāq; adiungi: q; •n• radix est arbori, q; oculus corpori, q; q; telis cōtexendis ipsa sunt stamina hoc pficiendis animis est ueritatis cognitio, stabilisq; rerū diuinarū fides: oportet aūt nō solū scire qd de deo sentiendū sit, uerū etiā ad illius leges uitā: moresq; instituere: sicut •n• q picturā, qui ue sutoriā, uel quamuis aliā artē perdiscunt, non ut solum earū rationem teneant illis dat operam, uerummulto magis ut eas manibus suis exerceāt/ seq; opere aliquo magistrorum imitatores ostendant: ita decet operarios pietatis non solū theologiam: rationemq; naturę/sed practici quoq; uirtutis leges

ac instituta perdiscere quęq; didicerit quantũ queat seruare ad eaq; conari anime specie componere, ac effingere: qui enim sic animã coponat atq; informet: non solum diuinarum rerum ex primit caracteres, sed ipsius quoq; legis latoris uiua quędã ima go, rationalisq; efficitur: hoc & ueritatis preco docens exclamat Estote imitatores dei: Pręterea dominus & magister nos monet inquit enim Estote imitatores patris uestri qui in cœlis est: & iterum, Estote perfecti sicut pater uester cœlestis perfectus est, imitatur autem deũ quantũ imitari licet: qui ea diligit, odioq; persequitur quę deus amat & detestatur/ quæ uero illi iucunda quę ue inuisa sint diuinę leges manifeste nos docent: audimus enim exclamantem Dauid: quoniam non deus uolens iniquita tem, tu es: neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos, odisti omnes operantes iniquitatem, perdes omnes qui loquũtur mendatium, uirum sanguineũ & dolosum abominabitur dominus: Cumq; his uerbis ostendat legis latoris dispositionem atq; affectum, alio in psalmo perso nam eius inducit, qui has notas diligenter expresserit ita domi num deprecantis/ inquit ergo, Perambulabã in innocentia cor dis mei in medio domus meę non ponebam ante oculos meos rem iniustam facientes pręuaricationes odiui: nõ adhęsit mihi cor parũ declinantẽ a me malignũ nõ cognoscebã: detrahentẽ secreto proximo suo hũc psequebar: superbo oculo & insatiabili corde cũ hoc nõ edebã: oculi mei ad mãsuetos terrę ut sedeãt me cũ ambulans in uia inmaculata: hic mihi ministrabat nõ habi tabat in medio domus meę faciens superbiã, q loquit' iniusta nõ dixerit in cõspectu oculoꝝ meoꝝ, hisce autem uerbis nõ mo do nos docuit posse nos imitari potentissimũ deum: & si prisci philosophi qui a recto cultu aberrarunt: & illi qui diis inseruie re, ac hębrei maumeticã legem sectãtes/ qua de re & si Christus circũcidi maluit ipsi nos leges amplexi, moresq; id contenditis: Siquidem illustres theologi pręclare hanc obiectionẽ extrudũt

q̃ breui oratione id perstringam, si iuxta Philonis sententiam cũ difficultate quę sunt in terra cognoscimus quo ingenio, qua mente poterimus ea quę sunt in cœlis appręhendere, cũ omnẽ mętam, omnẽ terminũ humanę rationis excedãt: cum perscru tator diuinę maiestatis opprimatur a gloria, quã usus ignorat, ratio nescit, mens nõ capit, lingua silet, creatura miratur? Soli enim deo (secundũ propheticã Danielis uocem) datum est sa cri mysterii codicem aperire/solus ipse aperit, solus claudit/legi mus dum apertus est librum hunc/quia si clauserit nemo nobis aperiet: aperitur humano generi circũcisionis liber/reseratur primus codex acerbissimę passionis/emanat & fluit primus san guis in nostram redemptionem didicimus nostri parentes no men qui Iesus in circũcisione appellatus est/ uenit enim ut mũ dum saluet/ ut muri Hyerusalẽ ędificentur, quos sola primorũ parentum transgressio adęquarat/non suffecerat nasci Christũ miseris mortalibus, nisi sanguinẽ adhuc puer cœpisset circum cisus effundere: Cuius quidem circũcisionis originem, formã mysterium, breui compendio pertransibimus: si humani gene ris decursum recte animo metiamur/ uidebimus a deo huma num genus nullo unq̃ tempore fuisse, nulla ętate relictũ: Sed apud eum cuius propriũ est misereri, potuisse semper pietatis fontes uberrimos reperiri, hanc pietatẽ, hanc gratiã: Cũ pater primus noster Adã suo arbitrio perdidisset, & uniuersam insce cisset posteritatẽ/ continuo filiũ eius Abel in gratiam reuocauit deus, & de manibus suis sacrificiũ nõ respiciens patris inobedi entiã, pie humanecq; suscepit: deinde super Enoch super Enos, Noe, usq; ad Abraã misericordia in eo cõperta est: qui humano generi (licet nõ uniuerso) mira benignitate succurrat: ne satis sibi in sortẽ elegisse paucos, fuit nisi & Abraam in multarũ pa trem gentiũ constitueret huius mysticę circũcisionis auctorem hic enim primus octauo die transacto Isaach puerũ circũcidit: pro quo cũ in tipum dñi montem illũ inuiolaturus ascenderet

aues inter uepres apparuit, ab hoc uiro ſanctiſſimo duodecim
iudeoꝝ tribus profectę ſunt: & totus Iſraeliticus populus origi-
nem habet: qui ab alienis pręputiorum circũciſione ſecernitur:
quã ſeptingentis annis fuiſſe, ante datã Moſi legem priſcorum
monumentis accepimus: cũ autẽ Abraam intelligimus: quem
natum fuiſſe poſt diluuiũ ſcripſit Melo: quiq; duabus uxoribus
Egyptię uidelicet/& indigenę copulatus fuit: cuius duodecim
filii ex Egyptia quæ ancilla erat: uniuerſam Arabiam tenuerũt
unde illoꝝ ſublatus eſt error, qui non Abraam patrem Iſaac,
ſed alterũ, qui poſt migrationem Iacob in Egyptum, natus eſt
inueniſſe primũ circũcidendi pueros conſuetudinẽ aſtruebant
illũ Elach fuiſſe filium & paſtorem dicunt, uxorem habuiſſe
Lochabet; ſuſcepiſſe Aaron quendã ac Moſem diuerſum a Mo
ſe illo Amaranus & Ionelis filio, qui antiquę legis tabulas pro
mulgauit: hęc eadẽ Theodorus eleganti metro conſcripſit: con
firmat Artapanus, ac Philon non iudeus: noſter uero de quo
loquimur Abraam in Camyrinę Babilonię urbe/quã alii Vrien
uocant, latinę Caldeopolim dicimus originẽ habet, qui aſtro-
logię apud Cyaldeos inuentor, q̃ Phenices edocuit: ita gratus
deo, ita acceptus fuit, ut primus eſſe mereretur, qui cõtra origi
nale peccatum nobis arma porrigeret: o quantũ huius oſſibus
humanũ genus aſtringitur, fuit enim is quo luceſcere cęperunt
tenebrę: fuit is qui cœlum, non dicam aperuit, ſed aperiendi
ſpem certiſſimã nobis tribuit, fuit is ex cuius ſemine egreſſa eſt
uirga Ieſſe, ex quo natus ſaluator mundi: poſtq̃ enim cõſumati
ſunt dies octo uoluit circumcidi: non quia alicui peccato eſſet
obnoxius, erat enim dei filius, in quo uia colubris reperiri non
poterat/ſed ut legum quas promulgarat non uideretur eſſe con
temptor: circũciditur igitur puer altiſſimi, & imponitur ei no
men Ieſus, q eſt ſuper omne nomen, qui pro homine quẽ fecit
cępit ſanguinem effundere: & cum nullam peccati maculã con
traxiſſet, peccata noſtra adhuc puer, adhuc in tenella ætate uo

luit suo cruore diluere: O patrem clementissimũ: o habentẽ plę na misericordię uiscera pellicano factus es similis: o ingratum Adã: o grandẽ inobedientiã: o immanẽ: o inmensam crudelitatẽ quę pueri octo dierũ sanguinem elicis, ille lac uirginis: tu pueri sanguinem emungis: o Basilidiani qui passum Iesum abnegatis aspicite circumcisum puerum uix in lucẽ ęditũ sui populi iam pęccata cõmedere: o Appellitę qui Iesum fantasticum hominẽ esse dicitis: audite uagientis uocem, & excępto puerum dolere iam credite: o iniqui Sedechiani: uidete non Sedech Adę filiũ quem falso Christum putabatis: sed Iesum primogenitũ Marię qui pro uestri Sedech parente cruentatus efficitur: o crudeles Nazareni: o Efferi & sęuissimi Cherintiani: qui circũcisionem post resurrectionẽ Christi annis fere mille seruastis; cur adhuc puerũ circũciditis: si crucifixus, si mortuus, si sepultus est iste puer: cur crucifixo, mortuo, ac sepulto adhuc uulnus infligitis? relinquite iam sęuitiam hanc: & baptismo errata uestra diluite: o Netiani, qui patrem passum esse astruitis: relinquite insaniã hanc: o Valentiani: o Alexandrini: o Manichei/quibus bellum indictum est: o Ebionitę: o deniq; heretici omnes falsi dogmatis assertores: expuite iam fermentum uetus, & ad amantini pecto ris feritatem: & pueri Iesus considerate clementiã, qui lacte in digens ac nutrice/sanctissimã & purissimã carnem dolore circũ cisionis afligit: & cur pati poenam hanc uoluit Iesus, qui sine pęccato, qui sine labe fuit, profecto non alia causa nisi legem q̃ per Abraam ediderat, ostenderet iniustam non esse: & ne alieni gena uideretur qui erat de Abrae semine nascitutus: de eo enim scriptum est ꝙ in lege eius meditabitur die ac nocte, & in lege domini uoluntas eius, quam non soluere uenit iste filius, sed adimplere: ue tibi terra Iudea quę dominũ tuũ non cognouisti nulla tibi relinquitur expurgatio: non dissimilis erat Iesus: cir cumcisus erat sicut & tu, in propria tamen uenit & sui eum nõ cognouerunt, decepti etiam hoc signaculo demones sunt: qui Iesum

Iesum cum circūcisus esset putātes precatorem natiuitatis suę mysteria nō nōuerūt:dilexit ergo nos iste puer & lauit a,pecca tis nr̄is in sanguine suo,ostēdit se xp̄s uerum hominem esse,ut Alexandrinum.Mauichrū.Ebionemq̨confunderet:est & alia ratio qua circūcidi uoluit xp̄s ut ostenderet pastorem ecclesiæ circūcisum esse debere,non in carne,sed in corde:huic enim ui nea domini credita est,& cū palmitęs sumus necesse est ut suo circūcidamur & expurgemur exemplo,forma in hoc sacramen to ea erat ut postq̄ consumati sunt octo dies circūcisio celebret̄: ita enim Abraā in Isaach seruauit:a,quo cæteris circūcidi nor/ ma est tradita,hāc formam non obseruant Arabes: sed exacto tertiodecimo anno circūcidi solent:eo q̄ Ismael qui eorum gen tem instituit,non nisi post hoc spatium signaculum a,patre su scepit:sed hoc est pactū meū dicit dominus ad Abraā:circūci/ detis ex uobis omne masculinū,dimittetisq̨ illum septem die bus matri suę,octaua die reddetis mihi:idq̨ sęmper postea ser/ uatum est,ut octauo die transacto hæbreorum mares circūci/ derentur rationes adducuntur plurimę: tener enim ut dicunt phisici ante hoc tempus nimis est puer,& doloris impatiēs obi re facile posset:unde refert Aristoteles nō nisi septem dierū pue ris fuisse apud antiquos nomen impositum: ante enim eorum saluti credēdum non erat,cum interire multi paruuli cōsueue rint:uel quia ueluti octaua erit resurgentium ætas,ideo uidea/ tur octaua die circūcisus puer quasi a,prima parentis culpa re surgere:in qua septem ante diebus iacuerat obuolutus,labora/ uit sex dies dominus pro homine,septimo requieuit:octauo re demit ipsum,qui dies domini est:fuit & antiqui moris ante oc tauum diem animalia in templum non afferri:hic enim nume rus diuinarum rerum cerimoniis erat aptissimus:unde ueteres octauas festorum/hoc ipso claudi numero uoluerunt,addūt ra tionem suam Arythmetici:nam ex sentētia Macrobii,atq̨ Boe tii octonarius numerus primus ex numeris cubus est,& huma

nę uitę cursum pfectū significat: sicut enim sub figura cubitali perfecta his, duo bis concipiunt octo ut tradunt Platonici: & a Calcidio declaratur ita sub figura quadrangulari uirtutū, quæ exinde perfecta dicitur bis duo bis, quæ ex duplici animi purgatione resultant, octonarium pręmii pficiunt & beatitudinis statum, ut Plotinus in libello de purgatione sapiētis affirmat: Ob hoc Plato Porphirius, ceteriq; Platōici animarum beataꝝ supremas sedes in octaua sphera pōere ausi sunt: nā sicuti Macrobio placet atq; Calcidio in septē planetaꝝ spheris purgatione quadam septies depurgata, tandem in octauo die deo feliciter coniunguntur, & cum diis idest sanctis spiritibus morā trahunt, quam quidem opinionem tanq̄ fidei nostrę consentaneā aprobare uidetur Augustinus, xp̄s inquiens post resurrectionē suam septem decursis diebus, octauo die omnibus discipulis suis manifestus apparuit: ut ostenderet in octaua resurgentium ętate uitam posse omnes degere beatissimam, optime enim per Salomonem ecclesiastes dicit, da partes septē nec nō octo, qua si inferrę uelit: ibunt per septem dies de uirtute in uirtutem, in octauo uero (sicut propheta prędixit) uidebitur deus deorū in syō: & qui ideo octauo die circūcidi puerū dicant, q̄ octo sunt orbes illi superiores: per quos elapsus mortalium animas infusasq; corporibus arbitrantur: erat & alia circūcidēdi forma, nō enim ferro originale peccatū delēdū fuit: nā uir sanguinū nō ē Deus: sed petrino cultro, petra autem est xp̄s: sine cuius gratia dimitti primorum parētum culpa nō potuit: petra igitur opus est: illa dico acutissima petra, qua filii sui prępitiū Sephora circūcidit: eramus membris omnibus circūcidēdi, quia omni ex parte peccamus: sed in eo tantum membro iussa est fieri circūcisio unde mortalis progreditur & quia cum prępatio, idest cū peccato nascimur omnes circūcidimur omnes cultello petrino qui xp̄s: feminas uero incircūcisas esse uoluit deus, q̄ neq; uim neq; formam ad generationem prolis adhibeant: sed materiam

dumtaxat suppeditare corporibus extimantur, circūcisione cor porea non, sed animę, tollebatur interitus: uirum preterea q ad dei imaginem factus erat, tanq̄ eius uiolatorem mundari pri mo oportuit: mulier uero cum (secundū Aurelii Augustini sen tentiā) ad imaginē dei facta nō sit/nō tantū uisa est deliquisse, licet uir prima eius suggestione peccauerit, per unum hominē (inquit Paulus) mors intrauit in mundum, & posteros omnes infecit: hunc ergo per quem intrauit circūcidamus/non mulie rem, quę originalis peccati carnem tantum siue materiam ad ministrat: dicite mihi uos qui creditis per litteralem sensum nil esse figuratum in sacris litteris: quid sibi uult exprimi parentis latere Eua progrediens? quid Cain, Abel iusti sanguinem fun dens: quid Noe ligneam fabricans arcam? quid uineę plantatio subsequuta ebrietas? quid Cham uerecundiā patri irridens? quid patre Melchisade incognito? quid Abraā de terra sua, & cogna tione descendens? quid post octo dies pueꝝ circūcisum? Isaach a patre ad uictimam? quid Iacob primogeniti fratris pelliū cir cumcisione preripiens? quid Ioseph in Egyptū uenditus? quid uniuersa per Mosen gesta significant? quid agnus occisus in pa scha? quid primitiuorum extinctio? quid postes super lumina spersi sanguine? quid trāsitus maris rubri? quid Pharaonis du ratio & submersio? quid manna quid legis latio? quid de petra prosiliens aqua quid æenei serpentis erectio? quid uniuersa quę per Heremum peragranti populo contigere? quid manus Moy si informam crucis extentę? quid Iosue? quid iudicum? quid re gum tempora? quid sacrifitia, cerimonięq; leuiticę? quid ꝓphe tarum omnium dicta? quid facta conclamant? omnia xp̄m di cunt, omnia xp̄m intelligunt: omnia xp̄m loquuntur, est ergo circūcisio figura passionis xp̄i atq; principiū: hanc nos in corde seruemus, intremus per Ianuā quam ille nobis aperuit quę per baptisma latum patet, in quo renati omnes, & hoc sacratissimo abluti, liquore dei, gratię restituimur o, saluatoris nr̄i benigni

tatem o,clemētiā o,pietatē durum uisum est ut carnem scinda mus:noluit pater piissimos filios suos dolore aliquo afficere inuenit Antidotum nouū & aperto latere unguentum pretiosissimum edidit, quo sine passione ab originali culpa emundemur nō uult ut amplius cruentemur bestiis,nō in hircos,ut uitulos in holocaustum offeramus: satis est hominem aqua prolutū eē & coram deo humiliato corde assistere:& rursus repetam unde iam orta sit circumcisio & quam ob rem adinuenta percurremus:Abraā dei iussu instituit ut peccatū originis membro expiaretur,ut restincto libidinis fomite fortibus resisterent:continentiusq; uiuerēt hebrei,ut dei filius ex certa gente,non ex cōfusa multitudine nasceret & auos atq; attauos haberet pudicissimosqui matrem eēt uirginem habiturus:Iam uideamus quā ob rem circūcisionem xp̄s acceperit,quam nobis erat inhibiturus:circūcidi noluit dei filius primum ut inde se profectū ostēderet,eaq; natum gēte qua expectabat & neq; promissa parentis Dei,qui eum stirpe Abraę erat pollicitus,neq; uatacinium ꝓphetaꝝ qui ex ea progenie uenturū predixerāt frustrarentur, ne ue etiam reiicere se iure possent hebrei, nec credere eum esse quem expectarent, si gentis signaculum non attulisset:etenim si eum non receperunt Iudei suū ortum tribubus suis ꝓphetis prenuntiátū,eorum distinctum signaculo in eorum patria conceptum & natū,quo pacto externum & alienigenam habitum non incognitū,non signatū fuissent recepturi:quo circa ut hebreoꝝ se gētilē esse demōstraret,ut maioꝝ sequi uestigia,ut mores,ritus,traditiones seruare uideretur:etiam ut nos quoq; eius exēplo maioꝝ institutis pareamus circūcidi uoluit qui circūcisione no eguit:& spargere sanguinē pro piaculo,q nunq̄ piaculum admisit etiam est circūcisus,quoniā eum qui nouā ꝓmulgaturus esset legē maximā:atq; firmissimā comparare de se opinionē oportebat:nō enim facile quis persuadere potest populo nouas leges: qui ueteres repudiauerit & annoꝝ ętatumq; cōsen

su aprobatas/custoditasq; contempserit:Ita prope necessariũ ui debatur uestigiis maiorũ sic initi,sic tenere,& seruare ueterum pręcepta,& antiquarũ legum parere institutis,ita sese per omnia factis,dictis exemplis pręstare ut dignus haberi possit,qui aut ueterem comitare legem aut nouam promulgaret quã rem nisi prestitisset ita dixissent hebrei,tu qui nos despicis: qui maiorum decreta contemnis:qui sacrosanctã mosi legem aspernaris,nouam nobis promulgabis legem?profecto non facies:parebimus nos tibi qui ritus nostros refecisti,qui signaculũ nõ habes:qui preputiũ nõ execuisti?pfecto nõ parebimus,non obsequemur:alia gẽte natum te ostendis,qui generi nr̃o,nostris institutis infensus es:hoc inq̃ dixissẽt hebrei,& prope iustam pertinacie causam attulissent:ergo ut se obseruatorem ostendẽs antiquę legis,auctoritatẽ ad nouam cõdendam cõpararet:Circũcisionẽ quã nobis erat promissurus ipse suscepit:tum etiã ideo est circũcisus,ut quoniam deum in .homine hominẽ in deo gesturus esset falsam illorũ & peruersam labefactaret opinionem, qui non hominem illũ ex carne cõceptũ,natumq; ex carne,sed simulacrũ quoddã hominis inane,& fantasticum putauerũt, qualem Apellem fuisse cõstat,& qui eũ secuti sunt:qualẽ idem primus sentientem Manicheũ:qualẽ Apollinarẽ Leodicensem antistitẽ,iam Damasum papã ea de cã damnatũ,qualẽ etiã Valẽtinũ Alexãdrinũ,q Christũ nõ i terris natũ eẽ,sed e Cęlo corpus attulisse ausus est pfiteri:quales etiam Cherintũ,at Hebionẽ,qui grauissimũ & ipsi in errorẽ delapsi Christũ in carne uenisse,hominemq; uerum extitisse negauerunt,& a, Ioanne discipulo & fratre dñi quamq̃ confutati,non tamen emendati eẽ phibẽter:quare proditũ est Ioannẽ ipsum cũCherinto noluisse lauare,quẽ iam dixi:ut etiã Basiliũ,& q illi heserunt refelleret, q inficiati sunt pati xp̃m in preputio?trãsfigi in cruce potuisse, omnem igitur saluatot noster suspitionem,ut abraderet cultro preputium exposuit:uulnus accepit sanguinem effudit, homi-

nem se esse confessus est, & pati posse declarauit: noluit oculis nostris relinquere tenebras, quos filios esse effecerat lucis: uolu it nos in splendidissimo sole ueritatis, nõ in obscura opinionũ caligine, & cecitate uersari, sine nodo, sine ambage omnia posu it nobis ante oculos plana, aperta, & manifesta, ne possemus er rare: quã ob rem ut impleret legẽ ueterẽ, qui nouã esset inchoa/ turus ut respõsa cõfirmaret prophetarũ, ut uerum in deo se ho/ minem gerere dolorem, cruciatumq; sentire demonstraret, fecit dominus quę cogitauerat & compleuit in corpore suo sermonẽ circũcisionis quã pręceperat a diebus antiquis: sed cur dicet ali quis cum circũcisus sit xp̃s, nos q eius uiuimus exẽplo, non su mus circũcisi? nã qui xp̃s fecerat/idẽ par erat facere christianos: preputiũ inciditis, q ad nostram institutionẽ fecit omnia q̃ cau sa fuit nobis ut repudiaremus: uetuit autem nos circũcidi, quo niã eo iã uentum erat, ut circũcidi amplius nõ oporteret: nã cũ essent mysteria illa ueterũ, umbra quędã signa, & figura nostrę legis quã xp̃s erat laturus adueniẽte illo legẽq; ferente mysteria cessarunt, euanuerũtq; oĩa, nõ sublata, sed cõpleta, nõ neglecta aut contẽpta sed pfecta, & consumata & umbra in xp̃i corpore signa in signato Christo, figurę in xp̃o figurato conquierũt: fru stra q̃rimus umbrã ubi corpus habemus: & ubi res q̃situs ïueni mus, nequicq̃ rerũ inditia scrutamur: & quũ hõis uultũ aspicias imaginem, & picturam intueri illi prędixerant futurum, nos tenemus in manibus illi iudicauerunt, nos oculis ipsis nostris aspicimus: illi sperauerunt, nos sumus assecuti habemus com plectimur, fruimur substulit igit̃ circũcisionẽ qa cõpleuit, eri/ puit spẽ, dedit fructũ, nõ ẽ passus cruciatu illo & acerbitate do loris, nos nudos fieri a culpa, qbus ipse lenitatẽ baptismi, non modo ad diluendã culpã: sed ẽt q multo est maximũ ad gratiã consequendam prẽparauerat: quanto enim circũcisio uictimis illis antiquis, & patrum sacrifitiis ad expiationem potior est extimata, tanto baptismus circumcisione ipsa habitus est felici

tate,copia,uirtute,prestantior:cum quoniam nō octaua dum/taxat die:sed momento,sed hora:sed mense:sed anno sed noctes atq; dies : sed omni tempore pōt exhiberi : nec mares solum aut infantes, sed omnē sexum ętatemq; cōplectitur,& cū circūcisio aut nō plenā pareret apud deū gratiā, aut ut quidā putauerūt mancam, & exiguam pareret,baptismus perfectissimā absolu/tissimāq; largitur/& in illa saluari/tunc nullo modo poteramus in hoc nisi pręcipitemus nos metipsos non salui esse possums. Tūc circūcisio corpus dūtaxat attingebat, baptismus penetrat in mentem,figitur in anima,statum perficit: deo conciliat:tri/nitati configurat: hęc illa est unda quam Exechielis ore promit tens dominus ,Effundam inquit aquā super uos mundam & mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris : hic ille fons patentissimus ad quē ore prophetarū acciti sumus/ut bibamus qui sitimus: hoc illud est flumen aquosum Isaię cuius inunda/tione oīa quęcūq; pfudisset,uiuebant,mundabant̃,sanabāt̃ : o inmēsam benignitatē saluatoris nostri: o clementiā infinitā:nō efferata a nobis sacrificia: nō cruentas hostias , nō sanguinolen tas uictimas postulauit: num iussi nos sumus cum uellemus ex piari hominē uiuū interficere: ut Rodii,Salaminęq; faciebant: non occidere primū, deinde discerpere mēbratim,ut fecisse di/cuntur Choi:num amicissimū hominē,aut principis filiū iugu lare, & circū aram ducere, qui mos fuit Fenicibus : nū pueros ad templa strangulare, ut Curetes : num item puerum cęsum atq; immolatum sub altari sepelire, ut Arabes consueuere:num puellam uirginē mactare ut Laodicenses & Calcidicenses:num hospites, & peregrinos interimere, ut Getę & Sarmatę,& Scy tę ut Aricini factitarunt: pfecto nō nihil tale postulauit redēp/tor noster: mundauit nos lenitate aquę : nō sanguinis effusione cruentauit:etiā leuē pelliculā/ne quid pateremus durius uetuit abscindi,uetuit nos cultrū admittere in sanguinē nostrū quem ipse pro nobis omnibus admisisset in suū: & qui nulla labe pec

cati & nullis sordibus esset infectus pro nobis q infecti eramus te sordidati uoluit expiari: non est passus ea nos amplius lege stneri, q̄ ipse qui extra legem erat, nostra causa subiisset: noluit amplius cruore nostro dilui, peccata nostra quę ipse sanguine suo & diluisset in preputio, & diluturus esset in cruce, culpę no prę grauissimę se qui infinitus esset, atq̧ inmensus, obiectans &ceciū omne q̧ nos ueteri legi debebamus ipse persoluit factus similis pellicano: suo nos excitauit sanguine, attutus propter scelera nostra iniquitates nostras ipse portauit: nec equidem: o gentiles, uos quidē Gręci elegantes comptosq̧ sermones audire percupitis/quęrentes his q̄ maxime permulceri: ubi uero tales nō inueniatis/risu effuso eos cōtemnitis ac maledictis incessitis: quin etiā obstructis auribus quę dicunt, audire non uultis: contra uero animaduertere nos oportuit/ita usu euenire, ut ea quae sunt q̄ maxime pretiosa, cuncta uero uili materia integant: uidere siquidem, & pretiosum unionem quales ampli ac magnifici uiri apud se esse desiderant/aspernabili admodū teste innasci eademq̧ nutriri: augescere: occultari: qui uero eū sibi cōmeunt/ auri plurimum persoluentes, missam faciunt testam: prętera uero pollucentes gemmas, ornandisq̧ regiis capitibus destinatas, aliud genus lapidis circumuestit extrinsecus: despicabilis ille quidem atq̧ inutilis: qui ergo eas gemmas expoliunt, ad ornatumq̧ concinnant/superfluam illā testā, nihiliq̧ pendendam circum amputantes, abradentesq̧ nitorem, lucentium lapillorū detegūt & expediūt: aurū quoq̧ q̧ passim a multitudine peramat/ipm p̄terea, aes, ferrū/argentū/terra/atq̧ harena obtegit: uerū qui auri uenas, argentiq̧ rimant/metalla qdē effodiunt/ramenta uero sibi & minutias colligunt: postq̄ uero impressis notis aurum iā signatum est/incussumq̧ imperatoris characterem accepit: nō illud aurei loculi: sed thecę, uel ex corio, uel ex marmore cōfectę inditū seruant: iure igit factū est ut uerissimas de diuinis humanisq̧ reb9 traditiones, nō illu

ſtres eloquentia, tumidiq́ȝ ſermones/ ſed ſimplices, humileſq́ȝ, ac omnibus mortalibus noti prędicent, magnū, ineffabileq́ȝ a deo theſaurum uiles admodum fere deſpicabileſq́ȝ circūferant Quantum autē roboris: quantūq́ȝ uirtutis inſitū habeant, facile his inſpiciet, qui grecorum legis latores, ac romanoꝝ in mediū proferat, hiiſq́ȝ noſtros piſcatores, ac publicanos in cōparationem adducat, inueniet enim illos ne finitimus quidem perſuaſiſſe, ut ad ſuas leges uitam inſtituerent, cōtra autem Galileos non ſolum Romanos Grecoſq́ȝ, uerum etiam cunctas barbaras nationes ad morem legis euangelicę traduxiſſe: ac Myno s quidem, qui ut eſt in fabulis Ioue genitum ſeſe iactat, eiuſq́ȝ antrū ſepius frequentando (ſic enim fabulantur) hoc prętextu acceptas a patre leges mentitus eſt, ipſis Cretenſibus leges tulit: tamen nec Siculos, nec Carthaginenſes, nec Gręcos induxit ut a ſe latis legibus rempub. gubernarent: Solā uero Cretam cuius ipſe rex erat ad eius leges recipiendas coegit: neq́ȝ tamen hoc ad perenne tempus impetrauit: ex quo enim Romani potiti ſunt Cretenſeſq́ȝ Romanis legibus ſeſe regunt: Fertur prętcrea Charondas quidā primus Siculis, Italis, ciuitatibuſq́ȝ leges tuliſſe: uerum iis nec Tyrrenis nec Celtis, nec Iberis, nec Celtiberis, quāq́ȝ contermini confineſq́ȝ eſſent perſuadere potuit latas a ſe leges accipere: Quid ego autem confines dico, cum ne illi quidē qui eas leges coluere, admiratiq́ȝ ſunt, eis nunc legibus uiuant: Romanoꝝ uero ingeniū ii quoq́ȝ iam ſubierunt: Zeleneus uero Lochrēſibus leges tulit docente Minerua Iuris ſcientia conſecutus ut illi aiunt qui cōminiſci fabulas cōſueuerūt: Sed neq́ȝ Acharnanes, neq́ȝ Phocenſes, neq́ȝ Lochrenſes, alii ſeſe hiis legibus ſubdiderunt: tametſi non procul remotam regionem incolerent/ ſed propinqui admodum eſſent: Licurgum quoq́ȝ aiunt qui auctoritatem conſiliare ſuis legibus ſtudent: ſeſe delphos ad Apollinem Pythium contuliſſe cuius ſpiritu afflatus leges Lacedemoniis tulerit: oraculum prętcrea huiuſmodi adducunt

ꝙ Lygurgo protulisse Apollo Pythius dicitur, qui mea nuper
ades hęc pinguia tẽpla Lygurge: Care Ioui & superis cũctas ha
bitantibus arces: Sis uter inquiro deus, an mortalis habendus:
Sed magis esse deum credo,, qui limina nostra: Aduenias legũ
cupidus, iustiꝗ tuendi: Protinus ipse tibi leges dabo: Tale itaꝗ
de Ligurgo oraculũ protulit Pythius, nec tamen illustris huius
latoris gloria: nec Spartianus splendor: nec Pythii responsum
coegit uel argiuos, uel Thegeatas: Manthinios, uel Chorinthi
os ualde illi propinquos ad Lacedemonum leges suam quemꝗ
rempub. moderari: atꝗ ut de aliis taceam Phliasii quidem op
pidum perexiguum habitant, semper autem fuere Lacedemo
num amicissimi: cum quibus in eandem societatem, fedusꝗ co
hierant: merebant ergo sub Lacedemoniis ducibus: sẽperꝗ
in bellis gerendis sociam operum conferebant: minus autẽ La
conum legibus utebantur, utꝗ alios legum latores pręteermittã
uidelicet Apin Argiuorum Mnesona Phocensium: Demonacta
Cyreneum: Pagondam Achaeorum: Gnidorum Archian: Eu
doxum Mylesiorum, Phylolaum Thebanorum: Pythacum
Mitilenensium: Nestorem Pyliorum/cuius melle dulciores Ho
merus sermones esse dixit: ut uos inquã cęterosꝗ legum latores
silentio transeam: Celebratissimus ille Solon: Draco pręterea,
& Clysthenes Atheniensibus quidem leges tulerant, neꝗ ta
men Atticis uti legibus, uel Megarenses, uel Euboicos, uel
Thebanos conterminos, ac propinquos suos persuadere Athe
nienses uiri potuere: quin ipsi quoꝗ Athenienses iisdem legibus
omissis, Lacedemonii pręterea Lochrenses cum Thebanis, gre
cisꝗ aliis Romanoꝝ legibus uiuunt: Romani quoꝗ barbaroꝝ
legibus, Grecorũꝗ cõgregatis, habitoꝗ optimarũ delectu, sub
ditas sibi nationes eis seruire legib9 coegerũt/illos tñ qui subesse
imperio uoluere/nec ui/nec suasionib9 degerũt/ut romanis legi
b9 uiuerẽt, imo aũt ꝑmulti ꝗ frenũ romani imperii accepere ui
uere uoluerũt illoꝝ legib9, neꝗ enim Ethiopes ꝗ sunt Egyptiis

Thebis cōtermini:neq; multę itē Hismaelitę natiōes,nō Lazi, nō samii,nō auasgi,nō q̄ plurimi alii barbari Romanoꝝ demi natu accepto ullis romanis egibus in conuentionibus suis utū tur,at nři piscatores,ac publicani,sutorq; ille noster cūctis nationibus legem euāgelicam detulerunt,neq; solum Romanos quiq; sub Romano uiuūt Imperio, Sed Scythas quoq; ac Sauromatas,indos p̄terea,Ethyopes Persas Seras,Hirchanos, Britannos,Cymerios,& germanos,utq; semel dicatur omne hominum genus, nationesq; omnes induxerunt crucifixi leges accepere,non armis usi,non infinita ui,militum delectorum,nō in manitates persicę uiolentię,sed uerborum suasu ostensa legū quas predicabāt utilitate,quod sane ipsum nec sine magno sui periculo faciebant,sed in singulis ciuitatibus frequentes passi iniurias,flagraq; passim a,quo uis hominum genere subeūtes dum torquentur colligantur ,omnem deniq; crudelitatis speciem patiūtur benefactores,itaq; homines salutaresq; medicos tanq̄ insidiosos & inimicos alii quidem procul arcere alii pedibus petere,alii manicis ac pedicis colligare,atq; eoꝝ alios timpanis extendere,alios palis infigere,alios bestiaꝝ dētibus obiectare itaq; latores quidem legis ipsosq; precones perdere illi,& confodere potuerunt:multo enim illi uiolentiores,uel post necem latorum apparuerunt,illis namq; iam uita perfunctis ad Scythas ad [illegible],barbarasq; alias nationes ipse leges facile penetrarunt:omnibusq; contra reluctantibus, nō solum barbaris, sed Romanis rerum dominis:illi tamen sęmper in eodem robore permanserunt,omnemq; funē(quod edici solet) commouentibus romanis ut piscatoꝝ memoriam nostriq; sutoris extinguerent,illustriorem illam clarioremq; reddiderunt,ac Lygurgi quidem leges,Solonis,Seleuci,Charondę, Minois, aliorumq; latorum cessare,ac posthaberi iusserunt:nullusq; eorum hominum qui legibus illis uiuebant,reluctari est ausus, corū itaq; qui olim celeberrimi legūlatores fuerāt memoria prorsus

extincta est: Romanę autem leges Grecorum Ciuitates moderan tur: cessat enim apud Athenienses Areopagus & Helyena & iu ditiũ quod in Delphiuo habebatur, quingentiq; senatus, & unde cim uiri, cessant legum cerimoniarũq; magistri: cessat belli prę fectus, cessat annuus princeps quorum alioquin nomina pau cis dumtaxat cognita sunt: qui in ueterum historiarum monumẽtis uersantur, sed neq; apud Lacedemonios est uidere patrio ritu hospites e finibus pelli, non captiuos ac spurios seruitutem ser uire, non eos asseri in libertatem quos ipsi Neodomodes uoca bant: nõ deniq; ex Lygurgi legibus licenter pueros adamari: ne q; cuiq̃ fas est mutuo abusu nuptias uiolare: Ciringus enim ille q grecorum sapiẽtũ iuditio cẽsetur optimus legũ lator suis in legi bus scriptũ reliqt ut aiũt q de re pub: Lacedemoniorum scripsere licerẽ eis q nuptiale iugũ subierũt, uiris quidem ex alienis uxo ribus, feminis aũt ex alienis maritis sibi filios cõparare, ita sese impune licẽterq; cõmiscẽtibus: has uero, Lygurgi leges, & Pla to admiratus quamq̃ ipse ciuitatẽ instituendam accepit: his gu bernari legibus iubet: Sed nos in philosophorum & eorum qui tulerunt leges, iactant optimum esse ad extremum cõfutatio nes locum reiiciamus: nũc uero Pythiarum legum (nihil enim refert easdem Lygurgicas appellari) refellamus, infirmitatẽ si mul enim Romani iusserunt has cessare leges, & suas accipi: ergo inexpugnabilis illa uis Lygurgicarum legum soluta est: at le gum quas nostri piscatores, ac publicani: quasq; sutor tento riorum tulerunt, ac promulgarunt: non Caius, non Claudius dis soluere potuerũ: nec qui eis Nero successit: hic enim tã & si duos optimos legis latores, sua immanitate prostrauerit, Petrũ nãq; ac Paulum interfici iussit, ac certe quas illi promulgarũt leges minime substulit: nõ deniq; Vespasianus, non Titus, non Do mitianus, quamq̃ multis ac uariis machinationibus eas oppu gnare contenderit, multos enim de medio substulit, qui se legi bus illis addixerãt, omne tormentorum genus contra eos inten dens

dens/Traianus insuper atq; Hadrianus magno se apparatu cõtra eas leges instruxerunt ac Traianus quidem Persarum potẽtatum dissoluit: Armenosq; Romanorum freno subiecit, Scyticas preterea nationes cõpulit sceptris suis parer, piscatorum nostriq; sutoris abolere leges nõ potuit: Hadrianus uero urbẽ Iudeorũ a quibus crucifixus est xp̃s totam diruit & euertit: at eos qui in Christum rediderint abducere a xp̃i seruitute nõ potuit: Antoninus quoq; q Hadriano successit quiq; ex eo genitus ẽ uerus q̃ plurima Trophea deuictis barbaris excitarunt: libertatẽq; adamantibus populis iugum romanę ditionis imposuerunt neq; tamen eos qui lubentes xp̃i iugũ ferebant aut ui aut suasionibus impulerunt missum facere quem tantopere diligebant, cum tamen illos & imitando terrerent, & irrogatis suppliciis cruciarẽt atq; ut Cõmodũ Maximianumq; silentio transeã, cęterosq; imperatores qui ad Aureliani tempora Cari Cariniq; regnarũt: qs ignorat qui Dioclitiani, Maximiani, Mazentii: Maximini, Liciniiq; fuerint contra christianam pietatẽ insania: neq; enim singulos christianos binosue aut ternos: sed simul plurimos oppugnabant, eorum nunc mille nunc dena milia trucidari iubebãt qbusdã uero in ciuitatibus refertas uiris, pueris, mulieribusq; ecclesias incẽderũt: q; magis indignum est in ipso salutiferę passionis die, quo & passionis & resurrectionis memoriam celebramus, omnes cristianorum ecclesias in Romani Imperii finibus destruxerunt: lapidum illi quidem structuras, compagesq; demoliti, in Christianorum uero pias animas potestate nulla usi quę aũt aduersum Christianos apostate Iuliani temporibus audacissime gesta sint, norũt omnes etiam tempestate nostra paulo seniores, audiuimus uero & nos temporum, illorum tragedias, illis narrantibus qui uiderunt: cętero hii tot numero Imperatores tantaq; dominatione orbem gerentes, contusis barbarorum animis clari bellicis uictoriis, atq; illustres manualium tamen artificum rudiumq; hominum, & pauperrimorum mulierũq;

& tela & lana uictũ sibi quęrentiũ, potentes minime fuerunt quanq̃ aduersus eos machinamentis omnibus usi fuerint: Quid autem grandiores natu uiros dico ac mulieres: cũ ne adolescen tes quidem prima litterarũ ęlementa perdoctos, a dei cultu, no striq; seruatoris summouere potuerint: Itaq; Corybantiũ more capita prę furore iactantes, inciti rabie, technisq; ac ueteramen tis usi quãplurimis, piscatoꝝ leges non dissoluerunt quidem, sed multo ualidiores oppugnando eas reddiderunt, plane illis persimiles inuenti sunt qui flammã quidem restinguere concu piscunt, oleũ uero fatui instillantes ardentiorem illã efficiunt: Etenim ii quoq; contra pietatem bello suscepto, pie ueritatis ro bur manifestius declararũt: ac ueluti quondam rubus ille, quẽ uidit Moises, ardore ignis nõ est assumptus: Ita nec christianos impioꝝ bellis petitos, tela hostilia cõsumpserunt: Quin potius sicut lignatoribus siluã cędentibus multo plures pullulare pro pagines ab radicibus q̃ sint rami qui inciduntur ita tunc quoq; piis cõpluribus interfectis, multo plures quotidie ad doctrinã euangelicã accedebant: cruorq; ille cęsorum corporum irrigatio quędam erat nouis in ecclesia emergentibus plantis: cuius rei fidem nobis ea faciunt, quę nunc uidemus, infinita enim pro portione, qui nunc christianę fidei titulo decorant, eos excedũt qui priscis olim temporibus in Christũ crediderunt: eoꝝ siqui dem filii q christianã fidem acerrime oppugnarunt, parentum insaniam, rabiemq; pertesi ad eoꝝ acies transfugerunt, quos a suis parentibus oppugnari uidebant, ex quo factum est, ut im pios gentium ritus euanuisse cernamus sempiternęq; obliuioni traditos esse: Piscatoꝝ uero doctrinã longe lateq; pollere: quęq; illi prędicarunt haberi uniuersoꝝ deum plenę sunt autem ciui tates, plenę sunt uillę hominũ in Christũ credentiũ: montani quoq; uertices ab eo quo tenebant errore liberati iam sunt: ubi enim prius obscenę arę demonũ prestigiis imposturisq; seruie bant: ibi nũc insident Monachoꝝ chori qui Christũ crucifixũ,

patremq; illius deum, ac spiritum laudant: siquis autem existimat piscatorum doctrinam, imperatoribus ad fidem conuersis robur, atq; incrementa supresisse: uel hoc maxime argumento ostẽdit quanta uis eius doctrinę fuerit neq; enim inmutata uolũtate traditas a maioribus suis, leges ueteraq; rerum monumenta atq; inolitam consuetudinem una cum patriis institutionibus contempsissent: nisi ueritatem Cristianę legis admirati, aduersus ea omnia indignationem atq; odiũ concepissent: cur aũt nõ memoria reperitis illata ecclesię bella? inde enim profecto diluetis omnem istius uestrę opinionis errorem: si enim tot tãtiq; Imperatores omni contentione contra pietatem pugnantes cũctis illatis machinis ne minimã quidem uexationẽ illius mœnibus attulerunt, fit continuo ut stolidus ac plane stupidus homo sit qui non putat diuinam esse piscatorum uirtutem: sed Imperatorum potentia opinatur auctam fuisse: atq; ut hoc ipsum nobis clarius elucescat, audite obsecro, qualia nuper facinora p se sunt ausi, q enim illi crudelitatis genus in Christianos commenti non sunt: an non illi tergora diripuerunt? non pedes manusq; absciderunt? non aures manusq; obtruncarunt? non adexcessum doloris uincula arctissima inuenere? non foueas, nõ loculos excauarunt? eosq; ubertim prius melle perunctos, muscarum copia, maximisq; & occultatis crabronibus impleuerunt: qui colligatos figerent, morsibusq; absumerẽt: & tamen cum tot cruciatus, multoq; etiam plures aduersum Christianos commẽti essẽt nos siquidem illis erat uerberibus cedere mutilationibus obtrũcare pdere modis omnibus & corrumpere: fidei thesaurum furari certe non potuerunt, atq; aliis quidem suis legibus succũbere adegerunt subditos sibi homines: at eis qui Christũ credebant, non persuadebant abdicationem legum quas a piscatoribus galileis acceperant: Persicę itaq; nationes, quę iam pridem Zarade legibus regebantur, matrum, sororum filiarum, connubiis susq; deq; commixte, remq; iustissimam arbitrantes, id q erat

facinus iniustissimũ, audita piscatorum lege, atq; accepta Zaradę leges ut iniquitatẽ maximã conculcarunt, euangelicãq; temperantiã protinus amplexę sunt: quiq; prius edocente illo didicerant mortuorum corpora canibus discerpenda, uolucribusq; porrigenda, nunc ex quo in Christũ credere cęperunt/ab huiusmodi inmanitate abhorrent: ac terrę mortuos suos infodiunt: neq; curant principum leges, quibus id fieri prohibetur, neq; tortorum sęuitiã perhorrescunt, magis enim timent Christi iudiciũ cũq; pręsentia cuncta itrideant: somniare magis gaudent: quę non uidentur ea quę demũ reuerentur ac timent: has itaq; nouas leges acceperunt a promulgatoribus Galileis: qui nõ timuerunt Romanorum potentiã: sese ultro crucifixi hominis imperio subdidere: atq; ut hii romanis legibus uiuerent: neq; Augustus ipse impetrauit, neq; Traianus qui Persarũ regna subuertit, & tñ Apostolorum monumenta [redacted] homines, tanq̃ coelitus allata fuerint: uenerantur, indigenęq; aduenarũ atq; externorum hominũ subiecti legibus uiuunt: Massagetę uero miserrimos esse arbitrati, qui alio mortis genere q̃ uiolenta nece decumberẽt, quiq; icirco legem demactandis senibus, comedendisq; tulerũt: postq̃ piscatorum leges, sutorũq; acceperunt, abominabiles illas dapes, ac hostias pertesi sunt: Tybareni quoq; soliti olim seuiores ab altissimis rupibus dare pręcipites legẽ iniquissimã conscinderunt: Euangelica lege accepta: neq; amplius Hyrcani, neq; ipsi etiã Caspii: canes alunt hominũ cadaueribus: neq; Scythę una cũ mortuis hominibus uiuos infodiunt, quos olim uiuentes illi dilexerant, tantam morum mutationẽ, piscatorum leges inuehere potuerunt: atq; hii quidem, uel barbaras nationes uti legibus a se traditis adduxerũt: Plato aũt multo philosophorum optimus, legib9 a se iã cõscriptis, ne Atheniensib9 qdẽ ciuibus suis psuasit/ut illarũ institutis rẽpub• gubernarẽt/ac merito qui dẽ: sunt •n• leges risu dignissimę/ac ne quis me arbitret̃ tñ philosophũ falsi criminis reũ ageř: audite q̃so: gręci hoies cui9modi

illa sint, que is legibus suis facienda instituit: cum enim pręcepisset non puellas modo, uerum etiam aniculas mulieres nudato corpore contuendas proponi, tum animaduertens in risu se soluisse qui, colloquentes intererant: ita inquit orationem suscipiens, qui ridet ob nudas mulieres, quę tamen optime rei causa nudantur: cum ex ridicula sapientia fructũ, utilitatẽq; sit accępturus: nescit quantũ mihi uidetur, qua de re rideat: rursusq; alibi inquiens: hęc autem omnia & de feminis oratio differet, q̃ de maribus dici conueniat: pari enim modo, & fęminas exerceri oportet, nihilq; ueritas affirmare hoc ausim, neq; equitãdi artem: neq; gymnasticam facultatẽ, ita solos decere masculos, ut fęminas quoq; non deceat: & quisnam quęso uos cum dici hęc audiat, non continuo irrideat: natura enim utriq; sexui distribuit sua numera, fęminis quidem lanam facere, uiris autẽ agrũ colere, pugnasq; obire: hoc sane rerũ discrimine, & Homerus utitur: inducit enim Hectorem, sic uxorem Andromachẽ alloquẽtem: Ipsa domum perge, & quę sunt tua mũera cura: telas atq; colus ancillis pensa iubeto: bella uiri curẽt merito quis bella gerenda: at uero tantus ille philosophus, ne poetarũ quidem uidetur diuisionem sciuisse, sed exercere nudas mulieres, atq; equos agitare instituit: quę uero apud Platonem sequuntur superius iam dictis plane sunt consentanea: sic enim inquit iudex uero inspiciens iudicato quę nam ętas celebrandis nuptiis apte conueniat: tamq̃ ob rem nudos mares, nudasq; fęminas umbelico tenus inspiciat: qui uero hęc scripsit nequaq̃ uisus ẽ meminisse quę Cãdaulę regis uxor olim dixisse fertur, illa enim a uiro iussa nudum corpus ostendere ualde pudicum uerbum loquuta est, dicẽs mulier cũ tunica simul pudicitiam exuit: noster itaq; philosophus hic, cũ spõsas nudat, plane ipudicitiã docet in decimo ẽt legũ suarũ libro cõsona his cõscripsit, inquit ergo huius cã oportet disciplinã cõstitui ut tã pueri q̃ puellę choreas celebrẽt, spectẽtq;, ac spectẽtur; cũq; rõe & ętate q̃ habeat coportũas

ac probabiles cās, & hos & illas nudari permittimus, usq; dum singulorꝝ pudor, modestiaq; seruetur: Ego uero ex hac Platonis lege suboriri quidem pernitiem magnam uideo: nullum uero pariter cōmodū prouenire: Quę enim mulieres ita se nudas intuentibus prębeant, nudosq; ipsi mares intueant: nō modo ad inpudicitiā erudiri, sed magnas ad mutuā libidinē prębere occasiones oportet: aspectus enim nudorꝝ corporꝝ tam mares q̄ fœminas irritare solet: ad enormes lasciuię appetitus, sed ne uideamur non tam refellendi studio, q̄ ut philosophorꝝ hunc maledictis, contumeliisq; infamē reddamus: in demonstrando legem hmōi detrimento tantopere occupari agendū ad pulcherrimas illas nuptiales leges transeamus: quales nam illę sint nō nihil ostensuri: audiamus itaq; in repub. sic loquentē inquiens: horꝝ omniū uirorꝝ cōmunes esse uxores, nulli uero propriā sub eodē tecto colere, filios itē omnibus omnes cōmunes esse: ita ut neq; pater quem ex se filiū progenuerit: neq; filius ex quo natus sit patre: tunc superius dictis hęc quę sequūtur adiungit: unus itaquam igitur legis lator, tam uiros q̄ etiā fœminas prius eliget: atq; in cōnubiū dabit, curans scilicet ut q̄ maxime fieri possit, ingenio: moribusq; cōueniant, illi autem sic coniuncti, ut & cōmunes domos habeant, & cōmuni mensa utantur: nihil earum rerū propriū sibi ac suū aliquo possidente simul continuo uictitabunt, promiscue uero ita cōserati, tū in gymnasiis, tum uero & aliis in officiis, ex necessitate induti a natura appetitus, alter ad alterius agetur cōmixtionē: an non tibi quęso/uideor necessaria demonstrare? necessariis inquit ille argumentis ac demōstrationibus uteris: nō Geometricis tñ, sed amatoriis: nō uere tenue periculū est, ne sint istę geometricis multo potētiores ad faciendā populo fidē, trahendūq; quo uelint: hoc itaq; Platonis institutū fuisse, ut uxores oībus uiris promiscue haberent: longi sermonis ꝓbatione nō eget, ipsa enim de re manifestariā legē tulit necessitatēq; ad cōmunē coitum probe cōmentus est: cōmuni

enim domo inquit, & cōmuni mensa utentes ab eo quē natura nobis indidit appetitū:ad mutuā appellentur cōmixtionē: idq; cōmunes omnibus esse liberos ostendit:cū uidelicet unusquisq; cuicunq; se mulieri impune cōmisceat: proq; suo habiturus sit quicquid innascat:hęc itaq; cū animo reputaret/ qui ibi loquēs inducitur,interrogassetq; enim Socrates,an non quę necessaria sunt tibi uideor loqui? respondit hic uerbis, nō geometris uteris, sed amatoriis necessitatibus,neq; tenue periculū est:ne sint istę Geometricis multo ualentiores ad faciendā populo fidem, trahendūq; quo uelint: ego autem hoc loco ualde admiror eoꝝ improbitatē, quia Platonis uerba quodā alio sensu interpretari contendunt:immo autem detorquere,ac deprauare conat: aiūt enim illū nequaq̄ cōmunē uiroꝝ ac fœminarū coitū instituisse: sed quandā potius beniuolentiā familiarisq; cōiunctus societatē neq; stolidi audiunt quę is dicat, q̄ si uidelicet domo, meusa, gymnasioq; simul in cōmune omnes utant necessitate insiti ap petitus ad mutuā impellentur cōmixtionem: Sed ii fortasse cū tam ad ridiculas Platonis leges erubescant: pręceptoris sui pec catum nouis interpretamentis occultare agrediunt: at qui eos magis decuit Platonicę illius sententię meminisse, qua dicitur amicū quidem hominem sed magis amicam esse ueritatē: Sed nos age alias quoq; Platonis leges audiamus(inquit)enim con gruere mulieri,inquā ego ut a uigesimo ętatis anno ciuitati incipiat ciuis parere; uiro autem cum primū transierit summum illū apicē procurrentis augumenti ab eo ętatis articulo ciuitati filios procreare adusq; quintum supra quinquagesimū annum sed enim hęc instituta nihil afferunt, q̄ manifeste noxium sit: quæ uero insequūtur non risu quidem, sed lachrymis igneq; potius sunt dignissima, quæ tam pulchrę leges deleantur, sic enim inquit, ubi aūt uiri ac mulieres gignendi tempus excesserint,liberos eos sinemus cōuersari ut uelint,hoc solū p̄monētes ne quem amplius conceptum fœtū in lucem edant: si quis aūt

institutum hoc uiolauerit & fœtum ad partum perducat: ita eũ deniq; exponat: ut omni prsus alimonia careat: quid uero unq̃ tale uel Echetus: uel Phalaris legibus suis instituit: qs tale parricidii genus ẽ unq̃ ausus nam qui prohibet fœtus in lucẽ edi abortiuis profecto farmacis infantes corrumpi iubet: qui uero etiã mãdat eos infantes, qui lętalis poculi uim superarint in lucem quę editi sint ita expari ut ne cõmuni quidẽ alimonia subleuentur, sed famę gel uue intereãt, aut ferarũ dentibus discerpãtur: quẽ excessum crudelitatis nõ superat: hęc itaq; noster Plato de nuptiis, quę de liberis pcurãdis in legibus suis canit: quę uero etiã de alia spetię libidinis narrat, pronum est uolentibus cũctis perdiscere: illos enim qui cõtra leges naturę masculã Venerẽ consectantur, beatissimos hic esse opinatus est, ac ubi ex hac uita decesserint, siue excesserint nihilo setius beatos fore asseruit: non enim exiguum amatorię prę mium ferunt: neq; ulla lex iubet ad tenebras iterq; subterraneum eos pgere qui sub cœlesti uia detinentur: sed ut illustrem uitam agentes beati sint simulq; pficiscantur coaligeri & conuolucres sui amoris causa, Tum uero hęc ita repetendo concludit (inquirens) o puer ita tibi diuina munera largietur amatoris beniuolentia: hęc autẽ nõ de castis amatoribus, sed de impuris obscenisq; a Platone dicta sunt: quod ex ipsius dialogis plane cognosci potest, hãc uero legem, neq; romanorum spurcissimus Imperator Nero neq; Assirius ille Sardanapalus, qui uoluptatibus ac delitiis est notissimus, uel tulit unq̃, uel laudauit, ego enim puto uel eos qui ual de uoluptatibus seruiunt: animi morbum quem ita patiuntur nequaq̃ laudare, sed tempori deseruire cum ex perdita consuetudine habitum iam contraxerant: quid autem commemorare oportet quam nefaria ea sint quæ de cędibus ac parricidiis Plato in legibus suis instituit; Insontem enim innoxiumq; haberi iubet qui proprium seruuum occidat, eum uero qui iracundia succensus alienum seruum de medio tol

lat, tanti mulctandū censet, quanti seruūs ille meruerit, at enim qui liberum hominem prę iracundia enecet, solū bienniū exulare iubet: qui uero per insidias perimat triennio extorrem agit: Eum porro qui dū exultat, idem parricidiū facit per petuo exilio puniendum censet, easdē uero pęnas decreuit, & patribus qui filios, & filiis qui parentes, & uiris qui cōiuges/& uxoribus qui maritos occidant: uerū enimuero leges quidem hic tulit, nulli tamen hominū suis legibus uiuere persuasit: nō ciuibus, nō externis, non urbanis, non uillicis, non gręcis, non barbaris, nō seruis, nō liberis, non uiris, non mulieribus, non iuuenibus, nō lōgeuis, nō litterarū studiis innutritis: nō deniq; rudibus, & indoctis: Ego uero quas Galilei piscatores cunctis nationibus leges dederunt, iam uobis cōtemnendas proponam uos aūt quęso, & has & illas inuicem cōparantes, nostrarū diuinos radios admiramini: Plato igitur eximius philosophoꝝ scelestissimū prędicatū cōmendat/beatissimaq; huic flagitio reposita esse pręmia ostendit, at uero generis humani seruator nō admissum modo flagitiū sed procaces, lasciuosq; intuitus puniendos decernit: Qui enim uiderit mulierē (inquit) ad concupiscendam eam: iam mechatus est in corde suo, ac philosophus qdem inpune ac licenter alienis uxorib9 admisceri instituit: at humanę naturę opifex, qui eam ipse effinxit unumq; ab initio uirum plasmauit/has dissolui nuptias uetuit: unam uero copulę huius occasionem dissoluendę proposuit: qua penitus nuptialis distraheretur cōiunctio: Inquit enim, omnis qui dimittit uxorem suā excepta fornicationis causa, facit eā mechari, & qui dimissam duxerit adulterat: Quibus sane uerbis cętera uxoris uitia ęquo animo ferri iubet, seu loquax sit illa, seu temulenta, seu cōuitiosa/sin uero nuptiarū leges transileat in aliūq; uirū procax intendat, tunc deniq; copulam solui iubet, eadem uero rursus & per futores litteras mādauit corynthiis, bonū est inquit enim homini mulierē nō tangere, ꝑpter fornicationē aūt unusquisq; uxo-

rem suam habeat, & unaqueq; uirum suum habeat, uidetis ne igitur inter sutoris ac philosophi legem sit differentia: hec enim singulos singulis uxoribus uiros addicit, ille autē mulieres omnes uiris omnibus communes esse permittit: quin & ubi conseruandę continentię dat pręcepta neq; uxori permittit ut uiri sui conuictum, conuersationemq; fugiat: nisi hoc ille cōsentiat: neq; item uiro ut ab uxore sua semotus uiuat, canon comprobāte: inquit enim mulier sui corporis potestatem nō habet. similiter autem uir sui corporis potestatem non habet: sed mulier, nolite fraudare inuicē, nisi forte ex consensu, putat enim fraudari sua potestate, qui preter animi sui sententiā abstinet a cōplexu uxoris, tum uero mox ad ea quę sunt perfecttiora perducens hęc addit ad tempus ut uacetis ieiunio & orationi: & iterum reuertamini inidipsum: sic itaq; ipse maturę leges dimensus causam pcepti subiunxit (ne inquit) tenet uos Sathanas, utq; doceret: illum tentandi nostri sumere a nobis occasionē sequutus est ita uidelicet propter incontinentiā uestram: de cęlibatu autem nō leges quidem, sed consilium dedit ostendens, quāta sit in eo uitę statu utilitas, inquit ergo: qui sine uxore est, sollicitus est eorum quę sunt domini: quomodo placeat Deo: qui autē cū uxore est, sollicitus est eorum quę sunt mūdi, quomodo placeat uxori: hęc sunt quę de mulieribus ait apostolus, docens a uirginitate: & cęlebatu cōferri nobis uitam quę sit curarum immunis: admiramini queso amici homines sutoris, hebręi linguam, deniq; q per eam loquutus est adorate, q nisi uobis molestum est, leges quoq; de cędibus, ac parricidiis q̄so inspicite: philosophus enim ne pris quidē interfectorē talionis penę subiecit: at liberator uindexq; noster importunā quoq; cōtumeliā, iniustūq; iracūdię motum, cēset puniendū eē: inqt enim, omnis q irascitur fratri suo sine cā, reus erit iuditio, qui autē dixerit fratri suo R hacareus erit cōcilio: q aūt fatue reus erit geenne ignis: qui & otiosi sermonis rationem se repeiturum comminatus est: neq; amicis

solũ benefacere/sed inimicis prçcepit / diligite enim inqt inimicos uestros & orate pro persequentibus uos: subinde uero osten dit & prçmiũ ꝙ obitoꝶ certaminũ dignitatẽ longe excedit: ut scitis inquit filii patris uestri, qui in cœlis est: qui oriri facit solem suũ super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos: cũq; de iure iurando mentionẽ faceret, iurare prorsus inhibuit, satis est inquiens ad cõfirmanda ea quç loquimur, si dixerimus est, non est, pauperem quoq; uitam perfectissimã esse disseruit: qui enim inquit nõ renuntiauerit omnibus bonis suis, nõ põt meus esse discipulus: & tamen adeo exactũ uitç genus suis legibus institueret, nihil delectabile, nihil iocundum sese nobis in hac uita daturum promisit, sed paupertatẽ, miseriam, cõtumelias/flagra/cedes/ac multiplices uexationes, inquit enim in mũdo pressurã habebitis: & beati eritis cũ maledixerint uobis, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me: Gaudete, & exultate quoniam merces uestra multa est in cœlis, ac labores quidẽ illis periculaq; osten dit: prçmia uero/&coronas post hanc uitam se daturũ promisit rursusq; ait, si me persecuti sunt, & uos persequentur, si sermonẽ meũ seruarũt & uestrum seruabunt: & rursus: si dominum Belzebuch uocauerunt, quanto magis famulos, & domesticos suos: leges itaq; sunt huiusmodi: dignũ uero prçterea est, ut diuinos illos homines/quiq; illis etiam crediderũt suspiciamus/& admiremur: Cum enim eã prçdicari legẽ audissent/neq; tamen aut diuitias, aut potentatum, aut corporis robur a uocante xp̃o accepissent, sed tantũmodo rerum quç uidebantur largis promissionibus crederent: nihilo tamen secius & labores desumpserunt & pericula perpessi sunt, terramq; habitabilem peragrantes gentibus uniuersis doctrinam saluberrimam detulerunt: nihilo uero minus, & eos laudari par est: qui traditam ab eis doctrinam acceperunt: quandoquidẽ illustre, nihilq; cõspicuũ magistris, ꝓdicatoribusq; illis incernẽtes, sed piscatoꝶ sutorũq;

Idioma, extremamq; rerum omnium egestatem, neq; enim saltē ad uictum necessariis abundabāt, quo enim pacto sibi comparарent, quibus euāgelica lege ꝓhiberetur, cogitare de crastino, tamen non solum nouę legi credidere, sed quibus ad eam diem legibus uixerant, prorsus omissis, patriisq; relictis moribus uel maximo cum periculo ipsi quoq; uitę reliquum peregerunt: etenim magistrorum suorum uestigia cōsectati prędicatiōibus dare operam, pariq; modo a temulentis illudi, cedi, percuti, conuitiis aspergi, per easdem deniq; tempestates ad salutis portum profici sci, tanta autem pietate quos ad mortem periclitatos uiderant, prisci homines uenerati sunt: hodieq; mortales cuncti uenerantur, ut eorum loculos esse opinentur bonorum omniū fontes uberrimos, harum itaq; legum, queso, greci homines robur, ac uirtutē inspicite: has enim leges romani, ac persę illorumq; extra ditionem positę nationis, abolere conati, suam ita quidem imbecillitatem ostenderunt, earum uero legum multo clariorem potentiam reddiderunt: ac uero quas Lygurgus leges, Solonq; tulerunt nullis unq̄ uexationibus agitatas fuisse legimus, sed abolitus sponte sua, dissolutasq; uidemus: neq; uero Apollo Pythius nec Dodones Columba, quas olim leges tulerant perpetuo conseruarunt: ad primos enim Romanorum iussus extinctę sunt: age uero greci nobis ostendite unum saltem spartiatam Ciuem qui pro tuendis Lygurgi legibus, unum Atheniensem, qui pro Solonis, Locrensem qui pro Seleuci, Cretensem qui ꝓ Minois subire mortē ptulerit, nemo autem uestrum id ostēdere nobis poterit: at nos contra uos ostendimus pro piscatorum sutorisq; nostri legibus, uirorum, mulierūq; multa milia mortem seuissimā subiisse: testis aūt nobis sunt, testiumq; ipsorum idest martyrum excitata templa quibus urbes q̄ plurimę regionesq; exornantur, ac illustriores redduntur, magnaq; inde tum externis, tum indigenis hominibus emolumenta proueniunt, quādo igitur & ipsarum legum, & latorum differentia quanta sit, ex ꝓposita comparatiōe

quanta

quanta sit iam constat, atq; ibi quidem humanę rationis inuēta hic autem Dei numera: maximeq; salutaria uisa sunt, gratis hęc quęso animis accipite Gręci homines neq; a Deo magnificum liberalemq; donatorem parui omnino facite: scietis autē multo melius diuinoꝝ munerum: legumq; dignitatem, si pessima e uestris animis opinione depulsa, oculos sacris hiisce monumentis admoueatis: & rursus de pręclara circumcisione xpi, ut inquit egregius theologus, & declamator eximius: immortalis sęmper erit ea Darii regia uox, qua percunctātibus amicis, quid in toto principatu difficillimum offendisset? respondisse fertur: hominum merita, ut in me collata offitia quisse extimare: & eis pręmia saltem ęquare reddēdo potuisse: immensa itaq; difficultate obuia conquirimus nos, quāta fuerint hominis dei in circumcisione merita, queq; eis debita pręmia: & qbus a deo fuere tributa, quo tamen id facilius fiat expendamus, uelut in librili, hinc in circūcisionem omnia liberaliter data, geminasq; exequemus/singula pensiculatim reputantes: postq̄ igitur octauus illuxisset dies intueamur parentes ad templum prouehentes infantē, inq; hoc temploꝝ excelsissimo delubro, in hac uīa proxima coelo ara pro genere humano: DeoMax. Christū max. in maximū oblatū munus spectemus: en litauimus agno, aut uitulo? plus ego superis testantibus una oblatione dixi qua possit ulla copia sermonis enarrari: offertur suprema creaturarum homo innocens deitati iunctus, summa fulgens gratia immensa beatitudine fulgens ac fruens, uirginis natus rex angelorum creator omniū, dei filius, satius trinitatis, pro cuius ęquamēto cunctis creaturis longe maiora cogit Deus sempiterno suo iure nobis repēdere grādia hęc: ampliora subnectā: cerno enim iam modo lapideo cultro lei pręputium secari: indoluit primū tenera ętate Iesus: at dolor hic omnium potest medere tormentis ingemuit infans clamores simul pios ad sidera tollit: sed replēt hii eiulatus letitia orbem, demulcent inferna omne coelū gloria in

tonāt/deflet quā p̄sentit pęnā / uerū lachrymę illę decore mare egerūt supeminēs Oceanū, quo labes omniū eximi:macies pel li: quorūuis emendari uulnera, quę aut facer ef fluit fauguis, crescēsq; denegū agglomerat lacū:de quo q cōbiberit,ānosa po sita senecta floridā iuuentā renouabit,exanimata cadauera eo cōspersa in sanctiorē uitā reuiuiscēt: an ne poterant hęc extera in sacro Christi corpore uidimus examen in ęquilibro sistere? nōne suorū meritorū summa omnē iam fidem excessit: uerū quę interna & insuper cœlesti dominici pectoris templo, nobis abdita momento circūcisionis effulsere:uix capit humanę cōiectura mentis,diuina illa namq; natura in profundo cordis dei, & in intimis animi eius uirtutib9 gestiente,quis beatissimas suas cogitationes p̄sequet? quis flāmatas pro nobis preces explicet? quis crucis desideria,& assertionis nostrę ardorē credēdo possit ęquare? nimirū meritorū aceruī montes superant: & sidera tangentes, ingenti in latissimā in cœlū uiam faciunt, nunc si uestras aduertitis mentes una memoranda theologorū significatione omnia claudā in circūcisionis sacramento,meritorū Christi magnitudo sufficiens fuit pro totius humani generis redēptione,& usq; adeo profuit, q̄ si forsan naturali egritudine postero die infans Iesus obiisset, potuisset enim tūc sic periisse,expetito dumtaxat, exoptatoq; crucis aculeo nos liberi:ab inferis patres fuissent erepti: & cœli fores ut nunc patulę sunt omnibus patuissent: adeo etiā nō assecutis ardenter uoluisse abunde pulchrū atq; gratissimū & facti loco receptum apud deū semper fuit,nā dei pręsens imago admonet oportere, cōspicite igit̄ hunc quē nuper paruulū uidimus uagientē omniū mēbrorū nexu deuinctum uerbum & appellaui factum, in uastissimā molem nunc crescentē,ac super hoc altarę stantē quantū,qualemq; cœlicolę uident omnipotentē meq; silentia tenente ad uniuersos mortales uoce quam tremiscit mundus pauca hęc audite loquentem/ sitiui,arsiq; hominū salutem testantur in primis quę octauo ab

ortu die uolens ipse tulit, spectatissima ut palã est admonitione hominũ: cum maius malũ sit minima huius carnis iunctę deitati, lesio quam totius creaturę malum, indolui tamẽ, cõgemui clamaui, fleui, sanguinem & pręputium reliqui, ut uos refectis criminibus a morte redducerem: uerum homines quasi nõ mea ꝓgenies sed truci ac pessimo parente cacodemone ad crimina nati spreuere ingratissimi omnia: neq; perfidi cõtempsere nam quis mortalium? quis fletu ingemuit meo? quis in plagis lumina flexit? quis lacrimulam pietate uictus excussit? quis dolentem deum suum cõmiseratus est? quem scelerum penituit? aut abominandę confusionis suę studuit? heu ira incẽsus agor quã do nunc in pręmium eorum, patri ipsi potius cõtabescunt: otio & ob ingluuiem uiuentis ęlementa omnia importentosissimas gulas condunt: hic primus amor: & studia pręcipua, amentes libidines: & mõstriferos cõcubitus ꝑdere: assidueq; Clinopalẽ ludere: primus hominum honos est nocentissimũ congessisse p omne nephas aurum, & rapinas; finis sit in nefarios usus amẽtissima profusio, bonoꝝ ęgestates, gemitus, ludibria: & mortes ęquitatis: & iustitię ueneratum numẽ, ne terras linquens in coelum redderet, captum: cauatumq; pędorosis mersere carceribus ut illud: meq; primo quotidie sine reprehensione uendant: atq; reuẽdãt, festos omnes dies meos: atq; profestos triethericis baccanalibus diurna ac pernoctu alea, tessera, talo, facinorosissime prophanare: me etiam passim, quoniã stigmate nequeunt, con uitiis furenter lãcinant: audẽtq; mediũ unguem ostendere: aut laqueum mittere: uel crucibus desperanter minaces detorreri, nostris iccirco uocibus, ac monitis duras abstruxere aures, frugiferasq; lachrymas meas ut lotiũ abhorruere salutiferum sanguinem canibus alitibus lingendũ: & exorbendum prębuere: atq; utinam ambabus: cęterisq; ferarum potentis inquam tartarea tandẽ uersi monstra hoies, odere celicolas: & Deũ: hiisq; manibus & armis qbus orbẽ uere fidei subegisse debuerãt: o ifrenã

christianorum superbiā, ipsum coelum proscindere sunt adorti/& tunicā meā, quā uirorum nulla uis discindere ualeat frustatim secare cōtendunt lachrymabile heu nimiū fuerat hactenus processisse humani ingenii probitatē: at illi etiā in uiscera mea, in spōsam meā, in dei ecclesiā inque dei ipsius cor, & essentiā: proh scelus infandum, insidias omnes, rabiem omnē, impia arma, omnia cōtempsere: o prodigia: o mors: o tempora sęua, uerum enimuero dabunt si uiuit deus, dabūt improbi uiuentes etiam per omnia tormenta ultrices pęnas, utque demū probos iuuet nefas ultū, scelus extinctū, omne crimē perditū, ferarū hoc ego digito fundamenta quatiā, totumque ab radicibus imis orbem euulsum conteram, delinquentesque omnes profunda in tartara trudā his dictis nostros reliquit uisus: me uero totū error sęuissimus occupat, ut omniū ignarus tm̄ superū auxilia tacitus implorem, cum subito coelestis tubę, terribilē sonitū admonentē audio, humiliamini sub potenti manu dei, & uos exaltet in tempore iracundię suę: ecce itaque nos dn̄e cum dolore, cū gemitu, & lachrymis, in cinere, & cilitio, quasi amentes corā te omnes nudamur, colla fune restringimus, deuincimus post terga manus corda pandim9, animas effundimus/corpora hęc nostra in imū terrę centrū deicimus: atque sub nefandissimi Luciferi pedibus, ut exitialia scelera nostra demeruere substrauimus, deque tā profundissimo loco ad te hominē innocentē, & deum uiuentē uoci ferantes clamitamus, ueniā petimus, misericordiā pręcamur, p illam super omnē cogitatū sanctissimā dei essentiā, & personarum trinitatē/tuā humanitatē/& uirginē matrē, perque āgelos omnes & spiritus beatos, per te metipsum seruatorē nostrum oramus atque obtestamur et flagitam9 atque obstringimus: miserere dolentium, succurre mētibus, iacentes erige, submersos suscita, mortuos uiuifica, ęternoque patri tuo offer benignissime obsecramus pro nobis illud tuū penetratum caput, compunctum cerebrū, laniatos crines, sanguineā frontem, languentes oculos, emissas

lachrymas, percussas genas, squallentem barbam, fedatos uultus, mutatam faciē, reuinctum collum, enodata brachia, cauatas manus, traiectos pedes, apertum latus, effusum sanguinem resolutā aquam, numerata ossa, laceratissimū corpus, exāgues uenas, distractos neruos, uoratas medullas, torta uiscera, liquę facta intestina, opressum Cor, & mortuū, & quidquid pietatē flectere possit demōstra: & nos animo repurgati, ac tetra illuuie emaculati, atq; ab inferis rediuiui incipiamus tandem, nil conscite nobis nulla pallescere culpa, tū uero pius circa nos decreta referas in melius nutantemq; mundum omni formidine solūas, adsis quoq; Clemens, hinc fedatę sponsę tuę, ac inuincibilē dextrę tuę potentiam ostende, utq; limus hic durescit, & hęc ut cera liquescit uno eodemq; igne, sic uno eodemq; tuo crucis signo continuo densissima iaculeris fulmina, quibus infestas cœlo acies, pcipites agas, obduratosq; debelles, eiusdemq; dextrę uictrici ligno subiectis oibus pareas, pellas a Christiano eminus orbe pallentes omnes morbos, imperiosam arceas famē, climines malas fraudes, dolosas eximas insidias, amentem discordiam, belliq; figmēta profligas, eadē signante ualida manu pacis dulce decus reddas, cœlestē iactes lucem: lustres hominū pectora spargas leui gratię rore terricolarū animas, uoluptates, mētes, amœnes corda, reformas corpora, ut cum iocūdi deo ue grati lōgos impleuerimus annos, leti cœlo imitamur aperto, & rursus non esse incōueniens, ut abrogata prisca lege, posteriori ob temperādum sit: nam ut inquit septimus floreñ. primum cū dure definitis dicendo: non licet esse uos: & hoc sine ullo retracto, humaniore perscribitis, uim profitemini: & iniquā ex arce dominationem, si ideo negatis licere, qa uultis nō quia debuit nō licere: q̄ si qua nō debet, ideo nō uultis licere, sine dubio id non debet licere, q̄ male fit, & utiq; hoc ipso pdicatur licere, q̄ bene fit, si bonū inuenero esse q̄ lex tua phibuit: nō ne ex illo pręiuditio prohibere me pōt: q̄ si malū esset iure prohiberet, si lex tua

errauit puto, ab homine cócepta eſt:neq; enim de cœlo ruit,mi ramini hominẽ aut errare potuiſſe in lege cōdenda:aut reſpiſſe in reprobanda:nō enim & ipſius Ligurgi leges a Lacedemoniis emẽdate,tantum auctori ſui doloris incuſſerũt ut in ſeceſſu me dia de ſemet ipſo iudicarit:nō me & uos quotidię experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totã illam ueterẽ:& ſqual lentem ſiluam legũ nouis principaliũ reſcriptoꝝ:& edictorum ſecuribus obtrũcatis:& ceſis:nō ne uaniſſimas papias leges quę ante liberos ſuſcipi cogunt q̃ Iulię matrimoniũ contrahi: poſt tanctę auctoritatis ſenectutẽ heri:ſeuerus conſtantiſſimus prin cipũ excluſit:ſed & iudicatos in partes ſecari a creditoribus le ges erant: conſenſu tñ pub:credulitas poſtea eraſa eſt:in pudo ris notã,capitis pena cõuerſa eſt:bonoꝝ adhibita ꝓſcriptio,effũ dere ꝙ adhuc uos repugnande leges latent,quas neq; annorom numerus:neq; conditoꝝ dignitas commendat:ſed equitas ſola & ideo cum iniq; recognoſcunť,merito damnanť:licet dãnent quomodo iniquas dicimus:immo ſi non puniunt etiam ſtultas ſi uero facta,cur de ſolo nomine puniũt facta, q̃ de aliis de ad miſſo,non de nomine probata defenduntť inceſtuoſus ſum, cur non requirunt infanticidiať cur non extorquentť in deos in Cæſares aliquid committo:cur non audiorť qui habeo quo pur gerť nulla lex uetat diſſuti ꝙ prohibet admitti:quia neq; iudex iuſte ulciſciť,niſi cognoſcat admiſſum eẽ ; ꝙ nõ licet neq; quis fideliter legi obſequitur ignorans quale ſit ꝙ ulciſcitur lex:nul la lex ſibi ſoli conſcientiam Iuſtitię ſuę debet,ſed eis a quibus obſequium expectat, ceterum ſuſpecta lex eſt,quę probari ſe non uult,improba autem ſi non probata dominetur: & quales ergo leges iſte quas aduerſus nos ſoli exercẽt impii,iniuſti, tur pes,dementes,uani,quas Traianus ex parte fruſtratus eſt ue tando inquiri Chriſtianos,quas nullus Hadrianus q̃q̃ curioſi tatum omniũ explorator:nullus Veſpaſianus:quamq̃ Iudeorũ debellator,nullus Pius,nullus Seuerus impreſſit,facilius uti

q̃ pessimi ab optimis quibusq;, ut ab emulis q̃ a suis sociis era/dicandę iudicarent: nũ religiosissimi legum, & paternoꝝ institutoꝝ ꝓtectores, & cultores respondeant uelim de sua fide, & honore, & obsequio, erga maioꝝ consulta si a nullo desciuerũt, si in nullo exorbitauerũt: si nõ necessaria: & aptissima quęq; disci/plinæ obliterauerunt: quoniã ille leges obliterauere: quoniã ille leges abier unt: sumptũ & ambitiõnẽ comprimentes: quę centũ ęra nõ amplius in cenã subscribi iubebant: nec amplius q̃ unã inferri gallinã & eam nõ saginatã, quę patricium: q; decẽ pondo argenti habuisset pro magno titulo ambitionis senatus summo uebat: quæ theatra stuprandis maribus orientia statim destruebant: quę dignitatẽ & honestoꝝ natalium insignia, nõ temere, nec impune usurpari sinebant, uideo enim & centenarias cenas a centenis iam sextertiis dicendas, & in lauces parũ est si senatoriũ, & nõ libertinoꝝ, uel adhuc flagra rumpentium argentaria metalla ꝓducta: uideo ut Theatra, nec singula satis est, nec nuda nã ul hieme uoluptas impudica frigeret primi Lacedemonii penulã ludis excogitarunt, uideo & inter matronas atq; ꝓstibula nullũ de habitu discrimen relictũ, circa fœminas quidẽ etiã illa maioꝝ instituta ceciderunt, quę modestię, quę sobrietati patrocinabatur: Cum aurũ nulla norat pręter unico digito quem sponsis oppigneraſſet pronubo annulo: cũ mulieres usq; ad eo uino abstinerent: ut matronã ob resignatos cellę uinarię loculos sui inedia necarint: sub Romulo uero, quę uinũ attigerat impune a Mesemo marito trucidata est: iccirco & oscula propinquis offerre, & necessitas erat, ut spiritu iudicarentur, ubi est illa felicitas matrimonioꝝ de morib9 utiq; prosperata, quę per annos ferme sex centos ab urbe condita nulla repudiũ domus scripsit: at nũc in fęminis prę auro nullũ leue est mẽbrũ: ꝓ uino nullũ liberũ est osculũ, repudiũ iam uero & uotũ est quasi matrimonii fructus etiã circa ipsos deos uestros, quę ꝓspecte decreuerãt

patres uestri,item uos obsequentissimi recidistis, liberum pa/
trem cum misteriis,cõsules senatus auctoritate nõ modo urbe,
sed uniuersa Italia eliminauerũt,Serapidẽ,& Isidem,Arpocra
tem cũ suo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri: idest cu/
ria deorũ pulsos,Piso,& Gabinius consules,nõ utiq; Christiani
euersis iã aris eorũ abdicauerunt turpiũ & ociosarum superstitio
num uitia cohibẽtes, his uos restitutis summã maiestatẽ cõtuli
stis,ubi religio?ubi ueneratio maiorib9 debita a uobis?habitu,
uictu,& instructu,sensu,ipso deniq; sermone proauis renũtia/
stis,laudatis semper antiquitatẽ,& noue de die inuitis: per q̃
ostendit̃,dum a bonis maiorũ institutis deceditis,ea uos retine
re:& custodire,quę nõ debuistis nõ custodistis,ad huc q̃ uide/
bimini fidelissime tueri a patribus traditũ in quoprincipaliter
res transgressionis Christianos destinastis,studium dico deorũ
colendorũ de quo maxime errauit antiquitas,licetSerapidi iam
iã romano aras restruxeritis:Baccho iam Italico furias uestras
immolaretis suo loco ostendam,proinde despici,negligi, & de/
destrui a uobis aduersus maiorũ auctoritatẽ: nunc enim ad illã
occultorum facinorũ infamiam respondebo,ut iam mihi ad ma
nifestiora purgẽ:dicimur sceleratissimi de sacramẽto infantici/
dii,& pabulo Iude:& post conuiuium incesto: quod euersuros
luminum canes leones,scilicet tenebrarũ,libidinũ impiarũ in
uerecundiã procurent dicimur tñ semper,nec uos q̃ tam diu di
cimur eruere,curatis:ergo eruite si creditis,aut nolito credere,
qui nõ eruistis, de uestra nobis dissimulatione pręscribit̃ non
esse: q̃ nec ipsi auditis eruere, longo aliud munus carnificii in
christianos imperatis, nõ ut dicãt quę faciũt, sed ut negent q̃
sunt census istius disciplinę, ut iã edidimus a Tyberio est, cũ
odio sui cœpit ueritas simul,atq; aperuit,inimica est tot hostes
eius,q̃ extranei,& quidẽ proprie ex emulatione Iudei ex con/
cussiõe, milites,ex natura,ipsi ẽt domesticis nr̃is quotidie obsi
demur,quotidie,pdimur in ipsis plurimũ cohortib9.&cõgrega

tionibus nostris opprimimur: quis unq̄ taliter uagienti infanti superuenit? quis cruenta aut inuenerat aut Cyclopū,& Sirenarum ora iudici reserauit? quis uel in uxoribus aliqua inmunda uestigia deprehendit? quis talia facinora cū inuenisset celauit? aut uendidit ipsos homines trahens? si semper latemus, quādo proditū est,quod admittimus,immo a quibus prodi potuit:ab ipsis enim reis nō utiq; cū uel ex forma omnibus mysteriis silētii fides adhibeat? Samothracia & Eleusinia reticentur,quanto magis talia quę prodita matri humanam animaduersionem ꝓuocabūt dum diuina seruantur:si ergo non ipsi ꝓditores sui sequitur ut extranei:& unde extraneis notitia cum semper etiam impie immutationes arceant profarios,& arbitris caueatur:nisi si impii nimis metuunt:unde Cæsariensis:quid faciemus si altius hęc repetierimus:gręcoꝝ igitur popularis,ut ita dicam,& fabulosior theologia,& Phœnicū ac Aegiptioꝝ huiusmodi eē ostēditur ut auctoribus iam suis cōprobatum est: quam nō iniuria in principio pręparationis Euangelicę collocamus,ut & nos in memoriam redigamus:& quę nesciūt discere possint,qualis maiorum nostroꝝ erat relligio:& quāta nos ipsi ueritatis ignoratione quasi uiolentia obruti emersimus,per euangelicam prędicationem:& apparentiā saluatoris ueri dei Iesu xp̄i,qui non in parte una orbis terrarum: nec apud gentem unam, sed ubiq; quasi animarum proprios lucis radios immittens a caligine, & tenebris errorum ad fulgentissimam ueritatis lucem omnes homines conuocauit, apertissime prenominati eorum auctores mortuorum simulachra: & turpissimorum hominum imagines cultas: nullamq; mentionem Dei ueri factam illis fuisse, diuinam iustitiam contemnentibus, & in omnia scelera sponte irruentibus ostenderunt: nam cum mundum uita hominum legibus: & moribus instituta esset pecudum more ad nihil aliud multi quam ad implendum uentrem mentem eleuabant,quos primum impietatis gradum tenuisse contende-

rim:non nulli naturali quodam instinctu paulisper commoti deum:deiq; uirtutẽ salutarẽ esse,mundo putarunt:ac eum quęrentis ad Cœlestium animos erexerunt:& cœlestiũ pulchritudinẽ corporũ admirati deos ipsa arbitrati sunt:alii depressi omnino in terris pręstantiores aut corporis robore,aut prudentia, aut facultatibus,gigãtes quosdã uel tyrãnos uel magos,ac maleficos uiros,qui auxilio alicuius eorũ quos a diuiniore statu decessisse credimus,mirãda quędam facere uidebant̃:uel eos qui humanę uitę aliquo modo ꝓfuerũt:cũ uiuos,tum maxime post mortem deorũ honoribus coluerũt:quare deorũ etiam templa se pulchra eorũ fuisse multi testant̃:ut Clemens in exhortatiõe nõ nullos,gręcorũ auctores scripsisse cõmemorat:ꝙ si placet rursus audiamus:cum enim inquit inanis superstitio initium cœperit quasi malorum omniũ fons multitudinem deorũ constituit:quibus hostias immolare solemnia facere simulacra statuere:& tẽpla condere persuasit:quę tandem deorũ sepulcra prius fuerũt: & magnificentius condita templorũ appellatione uocati sunt: nam apud Larissęã ciuitatem Achrisii sepulchrũ est: ꝙ modo sacrari loco uenerantur:& in atce Atheniensi,ut Anthiccus in nono historiarũ conscripsit Cęcropos sepulchrum fuit:in tẽplo uero palladis,quam ciuilẽ appellant, Erichtonius iacet, Hismarus autem Eumolpi:atq; Darię filius in Eleusinę una cũ Cœlei filiabus sepultus:quid multa:non enim latet a gẽtilibus sepulchra hominum adorari,nempe ꝙ colimus & nos deus unus ẽ: qui totam molem istã,cum omni instrumento elementorũ corporũ spirituũ,uerbo quo iussit,rõne,qua disposuit:uirtute qua potuit de nihilo expressit in ornamentum maiestatis suę: unde & Gręci nomen mundo cosmon accomodauerunt: inuisibilis est:& si uideatur incomprehensibilis: & si per gratiam rerepresentetur inextimabilis: & si humanis sensibus extimetur, Ideo uerus est: & tantus:cæterum ꝙ uideri communiter:ꝙ comprehendi: ꝙ extimari potest, minus est: & oculis:

quibus occupatur/& manibus quibus cõtaminatur & sensibus inuenit: q̄ uero inmensum est, soli sibi notũ est: hoc q̄ est dñm extimari facit, dũ extimari nõ cępit: ita enim uis magnitudinis & notũ hominibus obiecit, & ignotũ: & hęc est summa delicti nolentiũ recognoscere: quẽ ignorare nõ possunt: uultis ex operibus ipsius tot ac talibus, qbus cõtinemur: quibus sustinemur qbus oblectamur: etiã qbus exterremur: uultis ex animę ipsius testimonio cõprobemus: quę licet carcere corporis pressa, licet institutionib9 puis circũscripta, licet cupiditatib9 & cõcupiscẽtiis euigorata, licet falsis diis exancillata, cum tñ resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua ualetudine: & sanitatẽ suam patitur, deũ nominat hoc solo, quia ꝓprie uerus hic unus deus bonus & magn9: & q̄ deus dederit omniũ uox est, iudex quoq̄ cõtestat, illũ deus uidet, & deo cõmendo: & deus mihi reddet: o testimoniũ animę naturaliter christianę, deniq̄ pronuntians hęc/nõ ad capitoliũ/sed ad cœlũ respicit/nouit enim sedẽ dei ui ui ab illo, & inde ascẽdit, descẽdit: Sed quo plenius, & impressius tã ipsum, q̄ dispositiones eius, & uoluntates adiremus: instrumentũ adiecit litteraturę/si quid uelit de deo inquirere: & inquisite inuenire: & inuento credere: & credito seruire: uiros enim iusticię, innocentia dignos deũ nosse, & ostendere a primordio in seculũ emisit spiritu diuino mundatos, quo prędicarent deũ unicũ esse: qui uniuersa cõdiderit: q hominẽ de humo instruxerit: hic enim est uerus Prometheus, qui seculũ certis temporũ dispositionibus & exitionibus ordinauit: exindeq̄ signa maiestatis suę indicantis ediderit per imbres, per ignes, quas deme rendo sibi disciplinas determinauerit: quę ignoratis & deseritis: sed obseruantib9 his pręmia destinarit: & qui producto ęuo isto iudicaturus sit suos cultores in uitę ęternę retributionẽ prophanos in ignẽ ęquę perpetẽ suscitatis omnibus ab initio defunctis & reformatis, & recensitis, ad utriusq̄ meriti dispunctionẽ.

P RAECLARE enim Dixere Theologi, quod ex sacris: diuinisque uoluminibus ac nobis percunctātibus: & edocētibus uti per ea: quę facta sunt inuisibilia Dei mēte conspiceremus: is locus, quo genituram hominis Moses errarat, sese obuiam tulit: ubi hominē legimus ad imaginem & similitudinem dei factū, ut principatum gerat pisciū maris, & uolucrum cœli & animalium & uniuersę terrę, duobus hominem principiis constitutū inuenio corporeo altero, & suapte natura fluxuli, mox quod interituro, diuino altero, spirituali, atque a cunctis prorsus interitus uinculis absoluto, hunc sane hominem quem dei imaginem legimus referētem: & si primo aspectu corporalem non intellegimus, non enim suspicamur deum corporeum, quem Ioannes uerus diuinę mentis interpres esse spiritum cecinit, sed interior homo noster inuisibilis incorporalis, & incorruptus diuinę imagini similis factus ē, in his enim talibus dei imago rectius intelligitur, alteri enim e specula contemplantes, utrūque hominem corporeum, sed & incorporeum ad dei imaginem & similitudinem factum, Mosen diuino spiritu futura prȩuidentem, non ab re intellexisse credimus: creauit namque hominem deus ad imaginem, & similitudinem filii sui, qui non diminuta, sed uerissima patris imago, atque ob id rapinam arbitratus se esse ȩqualem deo: nouissimis diebus istis magnifice nostrę mortis uincula subiturus, semet ipsum humilians carnem nostram suscępit: Christo igitur saluatori nostro, qui ad se ut uerum deū & hominem adorandum e longinqua regione Magos stella duce perduxit, quam simillimus homo factus est, hoc itaque hominum genus quod sua iam nequitia uerbi dei in semetipso imaginem deturparit, in sui amorem, & ueram similitudinem blāde de his uocibus reuocantem ecclesia arrectis auribus audiat: surge illuminare Hyerusalem ea dum taxat sibi inuicem, cōsentanea similia, nec temere opinantur philosophi (ut eorum uerbis

bis utamur) quorũ qualitas una, atq; conformis ferunt nostri theologi, qui soli aliis somniantibus uigilant: Christũ in humanis & diuina, & humana gessisse negotia, & eũ qui perpetuo suam cum patre cõmunẽ essentiã intuetur ętate, & sapientia & cęteris uirtutibus profecisse: is igitur qui uitę hominũ moderatori Christo, quoniã, similis est, ueramq; eius imaginẽ cupit inducere, ętate & aliis animę dotibus proficiat necesse est: si itaq; inextimabilẽ erga deũ obligationis magnitudinẽ cõtemplamur cõtemplationiq; nostræ a fortitudine fundamentũ subiicimus, uenite & uidete opera domini/quoniã fortis, & potens in pręlio prostratos nos, captosq; omnes occisione liberauit: Et cum fortissimi imperatoris pręstantiam animo/eloquentia, & liberalitate constare, sapientissimi quiq; asseruerint: uenite & uidete q̃ ultroneus nulla coactus necessitudine omnipotens Iesus in abiectissimi mancipii formã mutatus, non corporis tenebroso carcere includi, non inter brutissimas belluas in nuda humo destitui: non sordido & spurco senis contactu nutriri exhorruit, sed in erumnosę uitę discrimine prouectus omnia horrenda subiit, & aduersa omnia superauit: quã inmenso salutis nostrę desiderio flagrans, dum in contumeliis omnibusq; exanclatis doloribus occideretur: nec secius sermone q̃ animo pollens Iesus qui rudes/imperitosq; animos discipulorũ ueri boni notitia incensos de terra in cœlũ erexit, quiq; in templo duodecimo ętatis anno doctissimorũ uirorũ cõsumatissima ingenia proculcauit: qui per dira petulantissime meretricis corda perfregit: qui tot prauissimarum mentiũ tumultus repressit: & infrenes animos cornu, calcibusq; impetentis Pauli sedauit, indinauitq; cœlos, & caliginem sub pedibus eius detexit, abstrusa etenim prophetarũ uaticinia illustratis animis enodauit, qui a propheta Eliseo ꝓpterea equi domini appellantur, quia frenum disciplinę eius acceperunt, & iugum ferunt suauitatis suę, & incomparabili eius liberalitate pascunt̃, uenite enim & uidete, quid reliqui sibi fecerit

dominus deus, quin nobis ęque contulerit: prętereo pulcherrimam mũdi huius communem nobis undecumq; ciuitatem in usumq; nostrũ omnia procreata omitto corporis formam, mẽbrorum cõpage: & agilitate pręstantem: & oportune linguę efficaciam: nos etiam sibi non solum ingenio, animoq; similes genuit: sed uera patris dilectione est amplexatus, sed eruditione magister, auxilio frater, protectiõe amicus, obsequio etiam seruus ad infimam quoq; laudatorum pedum lauandorum famulationem prosequutus: nõ labori: non uigiliis, nõ incommodis non cruciatibus, non uitę pepercit, ut ęternam delicti, errorisq; nostri punitionem deleret, sed proh uoluntatem domini inexplicabilem: post inclitę resurrectionis uictricia signa, ubi ex illo Apocalipsis elogio: uicit Leo de tribu Iuda: ubi mansuetudine agnus lupum, fortitudine Leo, diabolum prostrauit: o admirabile diuinę beneficentię studium cum letus in Cœlum remigraret, nõ redicula ueterum illa Imperatorũ congiaria, uilia uolucrum, ferarũ, uariarumq; rerum missilia non periculosa auri, argenti metalla profudit, sed spiritus sancti cœlestia munera, & infinitum diuinitatis lumen est elargitus, ut omnibus linguis gentium salus prędicaretur: utq; ex apostolorum & Euangelistarum affatu sacerrimi in omnem terram aquarum fontes erũperent: & sanctissimi ubiq; ignes excitarentur: quorum nos expiatione flagrantes: serpentes tollere, ęgros sanare, demonia eiicere, nouisq; uti linguis ualeremus: ut nos met ipsos scilicet intueri, ac nosse, ut etiam aliis opitulari: & prauas cogitationes repellere ausi: & diuina mysteria extra seculum tractantes candẽ illam ęternam beatitudinem consequeremur: nam lõge amplio ra adepti sumus quã diaboli nobis inuidia eripuerat hoc ne fides amplius nostra diffunderet, aut spes fluctuaret: aut Charitas frigeret/reuelata sunt mysteria angelorũ omnia/uota expleta salutisq; nostrę prouectio stabilita est: nec animę solum: sed carnis etiam ueritas: sed diuina simul: & humana gloria patefacta

est:atq; ideo conuescens deus ascendit, ut carnẽ, spiritui subia/
centem famulari ostenderet: si igitur resurrectio dum spes no/
stra, ascensio glorificatio est: ut enim mors domini uitã restitu
it, surrectio erexit: ita ascensio cõsecrauit o ineffabilem ascensus
celebritatem o dignissimum Cœlestis Imperii propagationem
o prȩclaram inuictissimi Imperatoris uictoriam: ipse idem do/
minus uirtutum, dominus: & rex glorię Christus qui olim cor/
pusculo uili opprobrio, flagellisq; exulceratus fedissimo Crucis
interitu extabuerat Cœlum inclytus triumphator ostẽdit itaq;
ut memorat Theoderitus ex priscorum sententiis usu uenit ut
ea mirari corpora atq; efferre laudibus soleamus, quę sint mem
bris integra, non cassa, non mutila quęq; naturę benefitio con/
sonam pulchritudinem semel sortita, eam perpetuo saluam: ab
solutamq; tueantur: quibus autem corporibus, uel deest ali/
quid uel superfluit, ea uulgo monstra dicere consueuimus: pa/
ri quoq; modo: & defectum principatus: & multitudinem, ut
rem maxime noxiam accusamus: monarchiam uero, hoc est
unius principis potestatem, ueluti rem optimam laudamus: eo
fit ut Homericam illam sententiam magnis laudibus effera/
mus: quę huiusmodi legem nobis instituit: aut bona res mul/
ti domini, rex unicus esto, & dominus: hęc autem uobis non in
cassum tanq̃ inanes nugas effutio: sed qui ab humanis rebus
diuina nobis demonstrare contendam, dignumq; censeam di/
uinis in rebus huiusmodi comparationes terminum a uobis
seruari: ita ut sani quidem uobis, atq; integri appellentur, qui
ueram sectantur Theologiam, quam uidelicet: & ab initio na
tura hominibus tradidit, & diuina subinde eloquia confirma
runt: manci uero ac debiles habeantur, non ii solum qui nullos
esse deos opinantur, sed hii quoq; qui in multa numina deum
unum partiti sunt: quiq; rerum omnium conditori parem crea
turam statuere, non itaq; soli Athei deum negantes habendi

sunt: Diagoras Milesius Cyreneus: Theodorus, Euemerusq Thegeates: & quicunq hos consectati sunt Plutarcho teste deum esse penitus abnegantes sed Homerus pretera: & Hesiodus philosophorumq collegia, nam & hi multos deorum ordines fabulantur: quosdam autem illorum ceu pessima quedam mancipia, humanarum perturbationum seruos esse testati sunt: neq etiam defuerunt qui turpissima flagitia queq uel. ipsi accusant: & a quibus suos abstinere adoloscentes magnopere abhorreant, deos nuncuparent: ac tanq diis cultum uenerationemq exiberent: atq ut testis est Siculus Diodorus omnium mortalium primi egyptii Solem Lunamq deorum nomine appellantes: Solem quoq Osirin: Lunam uero Isin esse dixerunt: Pheniceces uero cum hec ab Egyptiis accepissent, illorum exemplo deos sibi plurimos effecerunt: Plato etiam Cratylo, affirmat graecos primo hoc errore: & de his uidelicet qui falso dii nominentur imbutos fuisse: ita uero inquit, uidentur mihi grecorum primi hos solos esse deos cēsuisse, quos hodie barbarorum permulti, Solem ipsum uidelicet, Lunam, Terram, stellas: & Coelum quae cum uiderent cursu quodam, quasi entia, ab hac ipsa currendi natura quasi currentes nominarunt: ipse quidem sapientissimus omnium rerum opifex, cum sit undecunq ditissimus nec ullis quę uidentur: queq uideri non possunt rebus indiget at Coelum tamen Terram Solem: & Lunam, cęteraq omnia quae sentiuntur, queq conspicua sunt, ad usus hominum, commoditatemq creauit: immo liberalitate ac magnificientia amplius hominis: q pro necessariis rebus contulit: perq huiusmodi creaturas prębet humano generi facultatem bonis omnibus perfruendi iucundissime: Sol enim ab ortu se se tollens, diemq efficiens excitare homines uidetur, ad diuersa munia obeunda: Luna uero ubi iam luminare maius obscessit, nocturnas ipsa tenebras moderatur, atq ita fit, ut neq eos qui requiescere a labori

bus uolunt, contristet nimię lucis copia: neq; illis rursus qui aut facere iter cupiunt, aut quicq̃ agere non oportunam facem Luna sufficiat: ubi uero iam Luna deficit idem pręstare offitium stellę cernuntur: ipse igitur mundi opifex (ut dudum dixi) hominibus prouidentia tanta cõsuluit homines autem qui muneribus his, quę maxima consecuta erant quasi ducibus quibusdam suis ad dei contemplationem uti debebant, rerumq; illarum auctorem laudando efferre, ipsum quidem in honoratũ in laudatumq; reliquęrunt: coluerunt autem naturam uel ut apostoli Pauli uerbis utar, seruierunt craturę magis: q̃ creatori munerumq; illorum tum magnitudo, tum pulchritudo occasionem illis ad ingrati animi uitium prębuit: datorem namq; illorum munerum ignorarunt: ipsis autem muneribus honores deo debitos persoluerunt, at qui hunc hominum errorem sapientissimus deus multo ante persentiens non nullos defectus elementis subiunxit: ut illorum quidem species ac magnitudo intuentes homines ad opificem demirandum attolleret, ipseq; uicissim labes, ac patientię homines cohiberent: quo minus ea tanq̃ deos adoranda censerent, in promptu enim uidere est lucidissimum Solis ac Lune corpus exigue pretentu nubis obduci caligineq; ac nubibus obtundi illorum radios: & hebescere, non nunq̃ uero accidit ut in meridiani temporis articulo, nec obiectis nubibus, nec ulla effusa caligine, Sol luce sua cassus appareat: idemq; infortunium tempore nocturno, afficiat: quæ sane ipsa, non absq; sapientissimi Dei consilio euenire putanda sunt etenim cum moderatus ille tepor qui a Sole diffunditur aptus sit alendis corporibus plantariisq; ac seminibus ualde commodus, dum illis quidem auctum, nutritumq; subministrat; fructus uero ipsos ad maturitatem oportunam perducit deus autem ab eodem sole uehementiores radii nõ nunq̃ inten-

derentur instituit, qui & hominum ipsorum, & cęterarum ani mantium corporibus permolesti essent, fœtusq; corrumperent/ a seminibus arboribusq; profectos nullamq; aliam ob rem insti tuit, nisi ne solem uitę causam esse, auctoremq; opinemur, sed ministrum esse/atq; organũ diuinę uoluntatis credamus aerem porro ipsum tuendę nobis uitę quasi socium quendam adiuto/ remq; constituit: huius enim reciproca spiratione, non solum homines, sed brutę quoq; animantes uictitare cernuntur, eiusq; in lapsu refrigerare, insitum calorem leuioremq; efficere: nihilo tamen secius, & pestilentes morbi ab aere inuehuntur: contra/ ctaq; pestis intemperie corpora tabescunt: ne & hunc deum esse opinemur, sed cum & illum uideamus crebris affici qualitati/ bus, immutariq; posse, ab eius adoratione abhorreamus, pari quoq; modo, & terram datricem uitę diuitiarumq; omnium, pa rentem insuper ac nutricem, communeq; animantibus solum deus decreuit: Sed tamen ne earum rerum spectaculo decipia/ mur ita, ut eam ueluti bonorum primam datricem in deorum numerum reponamus: multas huic quoq; uariasq; rerum infir mitates adiunxit ex nimio siquidem calore & frigore, iniuriam patitur, ac longe plusq̃ sit opus, imbre diluta fatiscit atq; dissol uitur, ita ut seminibus ac plantariis uitium afferat: rursumq; si nubes tempestiuam pluuiam non effundant rarescit ea pror/ sus, & ad sterilitatem perducitur: sepe etiam accidit ut pluuia tempore non suo illapsa corruptionem, uitiumq; adducit unde perniciosas hominibus animantes progigni necesse est: hanc itaq; terrę infirmitatem cõspicantes, qui sunt sane mentis: tãq̃ deum Colere illam recusant, perq; illam potius perq; enascen/ tia germina ad contemplandum terrę, germinumq; factorem, tanq̃ per quedam media perducuntur: sapienter igitur quidam nostrorum, atq; argute inquit e creaturarum magnitudine ac

ſpetie, proportione quadam generationis auctorem ſpectari: neq enim qualia ſunt opera: talis continuo ipſe eſt opifex: nec quanta hec ſunt, tantus: & ille eſt, uideri: & hec poſſunt, contrectari manibus ac ſentiri, non nulloſq defectus, atq infirmitates adiunctas habent: ille autem nec tangi nec uideri poteſt, nec quidq pati, neq corrumpi, neq (quod ab eo facta opera patiuntur) ullam ſubit circumſcriprionem, ualde igitur appoſite proportione quadam in ſuperioribus uerbis illis additum eſt etenim cum Cœli conuexa, terrę latitudinem, marium tractus ſplendorem Solis, Lunęq nitionem: ceteraq huiuſmodi contuemur, quæ oculis cerni poſſunt: nequaq his rebus factorem utiq parem facimus; ſed infinita quadam mole ac pulchritudine potiorem illum ſuis operibus eſſe aſſerimus: ut merito ſapiens ille uir dixerit: ex magnitudine: & ſpetie creatarum rerum, generationis auctorem ſpectari: quam ſane ſententiam Paulus apoſtolus ita confirmat: inuiſibilia enim ipſius a conſtitutione mundi ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur ſempiterna quoq ipſius potentia: & diuinitas per ea enim quæ uidentur factorem inuiſibilem cogitamus: hinc pręclare Cæſarienſis, uerum inquiens, quoniam myſticam: & arcanam Theologiam ad incorporeas reducit uirtutes, ne uideatur ad uiſibiles mundi partes diuinum cultum referre, conſideremus ne omnia ſibi rurſus labantur, cum una diuina uirtus non multę colēdę ſint, nam quemadmodū quamuis multę partes: & mēbra unius corporis ſunt, non tñ tot animę, ſed una in homine anima eſt: ſic & in uniuerſo putandum, unum quidem ex una materia eſſe mundum plurimis partibus conſtantem; cuius non multę, ſed una eſt creatiua uirtus, ueri dei uirtus: & ſapientia: illud autem ridiculum eſt, q etiam Egyptiorum nugas

ad incorporeas transtulit uirtutes oblitus Chreremona illum ab eo productum qui pręter hæc uisibilia nullum alium ab Egyptiis cultum fuisse deum testabatur: & omnia in res naturales, nihil in rem incorpoream illos traduxisse: Cur igitur cum ipsi Egyptii incorporeas & uiuas substantias nullo se modo colere clament: friuolas has intentiones excogitastis? & uniuersabiliter quidem omnia sic refutantur: particulariter autē non difficilis redargutio est: nam ut Egyptiacas nugas prętercam quis mentis compos non deridebit has Græcorum phisiologias? si enim Iupiter secundum eos non ignea uirtus illa atq; ætherea: ut teste Plutarcho prisci putabant, sed supremus ipse intellectus rerum omnium creator, & uita est: quomodo Saturnus pater eius erit? per quem tempus significari uoluit Ops autem quo pacto mater, quam interpres iste lapidosam, & montanam uirtutem esse asseruit? Iunonem aęra esse dicens: nescio quomodo sororem, & uxorem Creatoris, intellectusq; uiuifice esse affirmat: Latona rursus, si quasi quædam obliuio sit, quæ animas ad inferiora hæc lapsas consequatur: quomodo hæc obliuio Solis & Lunæ mater erit: Apollinem quippe atq; Dianam Latonę liberos ad Solem & Lunam traduxit: Cur autem Opem & Cererem, idest secundum ipsum lapidosę atq; montanę telluris, & plane ac æqualis symbola colendas esse putat? Cur Dionisium præterea, & Athym, & Adonim generatiuam scilicet plantarum uirtutem, aut inmature defluenti um florum, aut perfecti fructus symbola, tanq̄ dii colendi sunt: Cum humanum genus ad usum cuius omnia hæc a creatore producuntur, atq; multo illis honorabilibus sit hoc modo: & reliqua facile redargues: & si diligentius considerabis mirandā impudentiam eorū duces qui Solem modo Apollinē: modo Herculem, deinde Dionisiū: ac Esculapiū dicere nō uerē

tur: quomodo enim idem pater & filius simul: Id est Esculapi us erit, atq; Apollo: quomodo autem Sol Hercules est / cum Alchmenæ mortalis fœminæ filius Hercules perhibeatur? aut quomodo furore Sol exagitabatur / & liberos incitatus intere/ mit suos? q Herculem fecisse omnes fatentur? Sed duodecim inquit certamina: duodecim cœlestia signa sunt: Quis igitur Euristeus excogitabitur/ qui soli hunc certandi laborem inuito imponat? quomodo autem ad Solem quinquaginta festiades, & captiuarum reliqua multitudo, quibus omnibus Herculem conuenisse fabulantur reduci poterunt: præsertim cum morta/ les liberos ab illis Herculem suscepisse confirment: a quibus Herculeum genus tractum per longa tempora successione du/ rauit: quem porro esse Centaurum dicent: cuius sanguinẽ cru entatam uestem soli Deianira obtulit: unde succensus furore di citur fuisse: uerum non Herculem, sed Dionisium esse Solem ponamus: quæ igitur eum genuit: it sine semelæ quędam, siue Persephone? quomodo autem Dionisius iste, & Sol simul erit, & germinandi miranda uirtus? quam autem dicemus multitu dinem mulierum fuisse, quæ cum Dionisio militauit: quæ ue ro solis erit Ariadnæ: quare autem non omnium, quæ a terra nascuntur, sed uini solummodo largitor Dionisius: qui si Escu lapius & Sol est, quomodo a Ioue turpissimi causa quęstus ful mine percutitur iuxta Pyndarum: sic de ipso dicente: Aurum illi nimiũ, pretiosaq; munera curę: Horrendũ inde pater diuorũ cõcitus ira: cõtorsit fulmẽ animãq; e corpore uulsit: Asclepiadũ uero genus q multis seculis in Gręcia floruit: unde uã hortũ est e terris: sic sane ueris ac certis rationibus in solẽ, & lunã, & reli quas ptes mũdi fabulę transferunt? ergo rursus creatore relicto falso creaturas coluerũt: q nõ si ptes mũdi sed inuisibiles crea toris uirtutes, qb9 oia replet: oib9 adest: oia gubernat, & cõtinet colei se dicẽt: quar nõ pfectis fabulis sicut ipsis / atq; turpissimis

ad ipſum uerum & unum deum non cōuertuntur: hoc enim facere debent: nō autem quaſi mente capti uenerabilem dei appellationem creaturis aſcribere: nec in profundis ita ſe ipſos tenebris claudere: ut intus ſe deum inuenturos confidere uideantur: nec in ſimulachris & inani materia diuinas honorari uirtutes putare, nec ſanguine ac nidore quaſi res gratas creatori offerre: a quibus omnibus liberatos oporteret: tanq̄ ueros philoſophos magna uoce prędicare nō hęc ſe uiſibilia, ſed inuiſibilem ſolummodo creatorem admirari & inuiſibiles, atq; incorporeas eius uirtutes inuiſibiliter colere, non incendendo ignem, neq; arietem, aut thaurum ſacrificando: non ſertis atq; ſimulachris: ſed pio animo, & recta dei ſententia & uirtute, quę ut poſſibile homini eſt, ad dei nos adducit ſimilitudinē; Sed nullus inquā barbarus, nullus gręcus, ante doctrinā ſaluatoris noſtri, hanc ueritatem cognouit, ſaluator noſter ſolus omnes undiq; gentes euangelica prędicatione ad uerā religionem cōuocauit: Sapientes autem huius ſęculi omnia ſe ſcire iactantes, cum deū cognouiſſent: non ut deum glorificarunt: aut gratias egerunt, ſicut Apoſtolus ait: ſed obtenebratum eſt imprudens eorum cor, & dicentes ſe ſapientes ſtulti inuenti creaturas, non creatorem colentes qui eſt benedictus in ſecula: poſt enim longam philoſophiam & myſticam: immo uero impiam theologiam a Phiſiologia ſua deiecti multitudini conferūtur, & multorum errores ſimulachris ſacrificando adaugent: quare patet pudore uictos turpitudinem theologię ſuę phiſiologiam cęlare uoluiſſe, cum fabulas comprobent: q̄ mihi mirum nequaq̄ eſſe uideturcum & ipſos deos uideo fabulas contemnere non poſſe: quippe opere pretium eſt Apollinem ipſum, & Eſculapiū audire quid de ſe ipſis dicant: Sic ergo Apollo (teſte Porphirio in libro quē de reſponſis ſcripſit) de ſe ipſo edidit: Cū Latona graui partus oppreſſa dolore, commotiq; eſſent gemini intra uiſcera, diui ſta

bat terra, aer stabat, fixa insula robur: Accepit fluctus etiam mitescere ponti: Cepere: Arcitenens, uatesq; exiuit Apollo: Esculapius quoq; de se ipso sic edidit: natus ego ex sacra Trica, cui tota medendi ars, cui sese omnis pariter sapientia debet: quē mater peperit cum pressa ab Apolline magnum illum Esculapiū diuum numeroq; receptum, Mercurius autem de se ipso clamat: sub Ioue Mercurius, Maiaq; athlantide natus: formas etiam suas ipsi describunt, ut ex hoc pan oraculo aperte monstratur: Exoluo pani mortalis uota bicorni, delitiasq; deo pariter bipedi Capricorno: non ergo uniuersum ipsum pan est: sed demon quispiam talis uidelicet, quale se ipsum hoc oraculo descripsit: non enim uniuersus mundus hęc carmina edidit: Mercurius etiam quomodo interpretatiua oratio dici potest, cum Maię Atlantidos filium se fuisse fateatur: & Esculapius quomodo sol erit, qui se Tricensem fuisse affirmat, & a mortali se muliere natum non inficiatur: quomodo autem cum sit solis filius, Sol ipse erit? Solis autem & mortalis cuiusdam mulieris filium se appellans, quomodo non erit ridiculus? Apollo etiā si Sol est, quo pacto Delo insula genitum se a Latona prędicat? hęc obiicienda eis tunc maxime censeo, quando inprudenter Saluatoris nostri uirgineum partum deridere audent: pręsertim cum non a poetis ista: sed ab ipsis diis dicta sint: Cum igitur & poetæ fabulose theologiam tradiderint philosophi phisiologice fabulas intelligant, dii uero ipsi aperte, qui, & unde fuerint, suis oraculis declararunt: manifestum scilicet est, quia diis credendum est, uel quia dii sint: uel quia unusquisq; melius, q̄ cęteri sua cognorit, q; si forte ita est/ philosophoꝝ phisiologię falsę omnino inueniuntur: sin uero philosophi ueritatem asse quūt ipsoꝝ deoꝝ de ipis testimonia falsa relinquent: Sed illud forsan quispiā obiiceret, quia responsum Apollinis philosophorū sentētiæ cōueniens hoc modo inuenit: Sol & Osiris: Itē Dionisius her9 Apollo rex &, itē retinet lucis, q &noctis habenas, q

uentos,qui dat imbres,qui tẽpora mutat,stellaꝝ summus rex in mortalis,& ignis idem ergo dii & poetaꝝ fabulas,& philoso phoꝝ sententias comprobantes pugnantia de se ipsis cõfirmãt nam si mortalem sibi matrem ascribit Apollo:& patriam unde oriundus fuit sponte fatetur,quomodo sol erit?ꝙ si sol est quo modo delos insula patria:& mater latona?hec enim uera esse ip se Apollo respondit:preterea si Apollo est, quomodo de se ipso hec cecinit utrum sol de Coelo in aliquem hominem descendit: & hec de se cecinit:sed non est possibile talem,tanq̃ substantiã homini se subiicere,an intelligentia & uirtus illa que in ipso ẽ: sed nec illam animam hominis unquam suscipere potuit,eadẽ utemur ratione de Luna,quam uis potestatem que in luna est Hecatem appellantes:& malignorum spirituum originem pu- tantes,cum ad amorum obscoena inuocent ministeria,concedẽ dum eis fortasse uideatur:quomodo autem:& Pluto: & serapis in Solem referuntur,cum malignorum spiritum princeps esse Serapis predicetur:ex quibus omnibus mystica philosophorũ theologia falsa:&Cauillatoria uniuersa uidetur oraculorum au tem omnium auctores demones ac malignos,qui non nunq̃ fa bulas:non nunq̃ philosophoꝝ sententiam ratam faciunt: ut & illos derideant:& hos maiore arrogantia perdant:quis nõ uide rit ꝙ prisci philosophi multa ex Mose:& Prophetis hausere: un de Plato mystice quoqꝫ rerum cognitionem prophetis acceptam rettulisset, nam in Thimeo cum de nõ nullis principiis dispu- taret,ita disseruit:ignis & aliorum corporum principium sup- posuimus:ita incedentes ut necessarium uisum est rationi con- uenire:que autem in iis principia sunt,& Deus,& quicunqꝫ iũ ctus est illi amicitia,superne cognouerunt:sed quos nam alios Dei amicos preter Mosen:& reliquos ꝓphetas existimat,in quo rum prophetias cum incidisset:& illorum de iuditio sententiã perdidicisset,in primo de re. pub: libro ita exclamauit dicens: postq̃ autem eum processerit quispiam ut prospiciat sibi moriẽ dum

dum esse:irruit in illum:& timor:& cura rerum earum quas antea non timuerat:namq; ob ea quę de inferis prędicantur in quibus iniusti homines pœnas luant,ueretur se illic afflictandū:& quę sibi fabulosa olim:& ridicula uidebantur,tunc euertūt,cōcutiuntq; animum ne uera illa sint expauescentem,hic idē uel senectę debilitate:uel quia iis quę illic geruntur propior est:illa ipsa magis perspicit,quo fit ut suspitione:& pauore repleatur:nec non secum ratiocinetur,atq; consideret:num iniuste quempiam affecerit:tum siqua ante acte crimina mēti se ingesserint:ueluti pueri cum de somno subito expergefiunt formident:& spe mala uitam ducant:si enim uero nil mali in se ipsis conspexerint:dulcis spes semper adheret,atq; senum nutrix bona ait Pyndarus, comiter namq; Socrates ille inquit:eū qui Iustus:& sanctus est,dulcem uitam perducere:quo spes altrix senectutis dulce cor subleuet,quę uersatilem mortalium mentem maxime gubernat:hec ille in primo suę rei pub.libro:in decimo uero clare manifesteq; posuit:quę a prophetis,quę ab indicio dicerat,sed ob gentium pauorem,non tanq̄ ab eis edoctus eruditus autem ab aliquo qui(ut sibi fingere libuit)surrexisset:& quę in inferno geruntur enarrasset,uerbis autem istis scriptum reliquit,adstitisse alicui qui a sotio interrogaretur,ubi magnus ille Arideus eēt,hic autem Arideus cuiusdam urbis Pamplilię Tyrannidem usurpauerat,patre sene:& fratre natu maiore trucidatis, alia quoq; multa scelera,ut ferebatur cōmiserat,respondisse uero illū,nō uenisse,aut uenturū esse Arideum, sed iis uerbis adiecit metuenda spectacula contemplati sumus, cum prope hos in eo essemus:& reuerteremur,pateremurq; plurima,tū illum repente uidimus Tyrannis plurimis permixtum:erāt & priuati simus,qui facinora enormia commisissent, qui dum redire conarentur os illud nō patiebatur:sed mugiebat quoties eorū quispiā,qui uenia indignus,se met flagitiis refersisset regredi moliretur priusq̄ debitas pœnas dedisset,mihi quoq; adstite

rant uiri & truci, aspectu ignei, qui eosdem obseruato signo cõprehensos ducebant, Arideũ autem: & qui simul erat capite pedibus manibusq; trũcatos, decoriatosq; ac super tribulis reuolutos iuxta uiam diuersos pertrahebant, ac spectantibus significabant, quorũ id causa fieret: ꝙq; in tartarũ proiciendi reptabantur: inter oẽs uero timores quos essent perpessi (quãq̃ ii essent: & magni: & plurimi: is inquã excellebat: qui de oris illius mugitum inferebatꝰ: Cum sursum diis pœnas: & flagella esse: atq; iis opposita pręmia narrabat: quia in re mihi uidetꝰ Plato nõ solũ de iuditio sententiã a ꝓphetis didicisse, sed eam quoq;, quę de resurrectione est a gentibus minime credita, in eo enim ꝙ affirmauit animã una cum corpore iudicari: nil aliud insinuauit: q̃ ꝙ sentẽtię de resurrectiõe adstipulareꝰ: qui enim fieri potuit, ut Arideus: & ceteri qui corpus, cui caput: & manus: & pellis inest reliquerãt super terrã, tanta in inferno flagella substinerẽt: neq; enim manus, aut pedes, pellẽ ue habere animã cõfitebunꝰ, sed cũ in Egypto in prophetarũ libros incidisset: & dogmata, de resurrectõe corporũ admisisset: docuit animã ipsam cũ corpore iudicari, nec Plato modo, uerũ etiã Homerus apud Egyptios, hec edoctus: Tytion pariter expendere pœnas asseuerauit: ita enim in eius Nechyomãtia Alcynoo Vlixes enarrat uidimus: & Tityum celebrem telluris alumnũ: Expansumq; nouẽ corpus per iugera cuius: utrinq; assidẽs contundit uiscera uultur: quę non certe ad animã sed ad corpus referri debẽt: eodẽ modo: & Sysiphum: & Tantalũ in corpore pœnas pati narrauit: quod aũt in Egyto diuersatus Homerus fuerit: & multa ex iis q̃ ibi didicerat, ad suã poesim ipse cõuerteret: satis edocet, Diodorus Historicorũ celebratissimus: q asserit illũ in Egypto ꝑfectum didicisse ꝙ poculũ illud cui Nepõthes nomẽ fecit, irę malorũq; omnium obliuionem afferẽs accepisset Helena a Polydãna uxore Theonis: & in Spartã deuexisset: eodem pharmaco prodit Homerus usam Helenam Menelai plãctũ sedasse corã Thelemacho susci

tatum: Idem ex Egyptiorum historia Veneri cognomentũ indidit aureę, nouerat enim in Egypto Veneris puerum nuncupatum: q̃ si quispiam nosse aueat, cuius nam gratia Isthęc nũc ad memoriam reuocauerimus, id propterea fecisse nos discat, ut ostenderemus poetam ipsum, multa ex diuina patrum nostrorum historia in suam poesim transtulisse: atq; inprimis, creati mundi principium a Mose celebratum, ita enim scripsit Moses: In principio creauit deus cœlũ & terram, deinde solem, & lunã, & stellas, hęc in Egypto didicit Homerus: & de iis quę de mundi Genesi scripta erant admodũ oblectatus, Vulcanũ introduxit in Achillis scuto, ceu mundi quoddã geneseos imaginem delimasse: ita enim scripsit: hic etenim ignipotens struxit, maria, ęthera, terras, ardentem solem plene quoq; lumina lunæ: atq; coronatum signis fulgentibus orbem: Sed & quoq; paradisi terrestris imaginem in orto Alcinoi ueluti ad adseruatam effinxit: quem semper floridum, & plenũ fructibus similitudine quadã ostendit: atq; in hunc modum scripsit: Hic nemora emittunt procera e stipite flores: punicei fructus, & olentia mala, piriq; & dulces ficus, & blandę germina oliuę: quis neq; deperiit fructus, nec desinit unq̃: non ęstas hiemsq; nocent, uerum aura Fanoni: perpetuũ spirans: hos profert: deicit illos: atq; pirum ueteri, sic pomo poma senescunt: Atq; recens passis superaduenit uua racemis: Ficubus addunt ficus, & uinea diues: Frugiferũ teneris germen radicibus effert: Huic soboles Phœbi radiis cõtacta calescit: Hanc manibus carpunt ex illis musta tepescunt: Illi deciduus flos: huic natura ꝓpinquat: ętas/& patulis refluat uindemia labris: Cur nõ uerba isthec clarã & manifestã eorũq; a primo propheta Mose de paradiso dicta fuerant imitationem ostendũt: Si quis uero turris ędificationẽ cõtemplari uoluerit, cuius structura tẽpestatis illius aditũ sibi in cœlũ parare posse putauerũt: certior utiq; fiet, & hanc ipsam per hortũ & Ephialtem allegoria quadã poetã imitatũ, de illis enim ita cecinit: hii

siquidem bellum decernũt impetu magno cœlicolis, ossam statuunt pręponere: Olympo: & foliis tremulum componere Peliõ Ossę: Terrestris cel sum, ut referaret semita Cœlum: similiter de humani generis hoste de cœlis ꝓiecto, quē diuinę scripturę diabolum nuncupant: id enim nomenclatͤ a prima hominis calũnia sortitus est: siquis exacte cõsiderauerit, inuenire a poeta mētionem factã, nõ ꝙ enim ꝓprio diaboli signarit nomine sed ex pessima illius operatõe cognomē indiderit, quippe illũ damnũ appellauit: idq; de Cœlo ab ipsoꝝ deo detrusum asseruerit: & tã q̃ exacte memor uerboꝝ q̃ de illo ꝓtulit Esaias propheta in sua poesi scriptũ reliquit: acturũ cõptis damnũ cępisse capillis: dicitur iratus stabilē iuratus auernũ: nunq̃ stelligeros reditur ũ rursus i axes, sic fatus celso damnũ detrusit Olympo: sed ut Theodoritus meminit: si forte existimatis eos sine sensu nũc esse, nec ita potius decessisse, ut beati fructus percipiãt, Pyndarus hãc a uobis rõnem, opinionē ue extrudat, quo loco hęc ait animę piorũ cœlos colētes cantũ beatũ: & magnũ in hymnis canũt: si ergo Cœlũ sedes illoꝝ est, qui pie uitã duxerunt hũc ꝑfecto finē sui cursus: & martyres consecuti iam sunt: his enim magis piũ esse, nil põt, Empedocles quoq; agrigentinus, ita quorundã felicitatē cõmendat, hymnidicę artis: peritiq; mortales cũctos primi post terga relinquũt: sunt ubi dii superi magnis in honoribus aucti: ꝙ si uatibus ac medicis tantũ ille honoris repensum prodidit: quid de illis dicendum sit? qui pro religione ac pietate tanta Fortitudinis ediderũt exēpla, qbusq; res actę in uita, non solum Fortitudinis: sed Iustitię, Tēperantię, ac Prudētię fidem cõciliant: qd enim illis Tēperatius possit? q noluerũt ab inceptis illis dogmatibus discere q̃ olim bona crediderũt? qd uero illis sit ēt Iustius, q diuina munera, sibi execto iugulo cõpararũt? suaq; ipsi corpora ꝓ eo tormētis oibus obiectarũt? qui cruci corpus suũ ꝓ nobis tradidit? quid porro prudētius? quid sapiētius dici queat? iis qui hoc cõsilii captauerũt, ut quęcũq; sunt in hoc

Terrarum orbe cõtemnerẽt, uelut ea quę nihil hñt stabile ac mansurũ/illa aũt toto pectore adamarent/quę sermone ullo exprimi nõ possunt: qd deniq; fortius eis sit, qui multa uariaq; certamina subeuntes, animi cõstantia eos uicerũt: a qbus acerrime torquebant᷑: hii sunt igit᷑ uere hominũ duces, principes, ppugnatores, custodes p quos a nobis infortunia auertunt᷑/ pcul arcẽt᷑: quę a demonib9 inferunt᷑ mala: Heraclit9 pfecto etiã eos q in bello occisi essent, nullo nõ dignos honore extimauit: inquiens quos enim Gradiuus occidit/ & honor dii & homines psequuntur: rursus alibi: soli maiores/ maiorẽ sorte hñt/ hãc uero illi9 orationẽ haud equidẽ ipe admitto: Quã plurimi enim q cœlestẽ uitã pegerũt: uiolentã mortẽ ppessi sunt: Si ergo omnes qui in bello cesi occubuerũt honorari cõueniat/ cõtinuo uel Oedippi filiis Etiocli ac Polynici, hoc a nobis premii psoluet᷑: q patre p contemptũ post habito Tyramnidẽ affectãtes, mutua in se rabie cõuersi alter alterius sanguine dextras cruentarũt: honorib9 itẽ & Pisistradide, honestandi erũt/ ab Armodio, & Aristogitone iure optimo trucidati/ uerũ multo aliter fecisse Atheniẽses inueniũt᷑ pcussoribus enim statuas ęreas posuerũt eorum posteris imunitate tributorum cõcessa: nõ sunt itaq; omnib9 ferro pemptis: ut Heraclet9 ait, honores dandi: sed iis pfecto q p sua in deũ pietate necẽ alacres exceperunt: hii nãq; (ut ipius uerbis utar) soli nimirũ aucti maioresq; sunt, ideoq; maiori sorte merito pfruunt᷑/ q nũc & a cũctis late mortalib9 honores amplissimos ferũt: & ęternis insigniri coronis expectãt/ uerũ illud Heracleti dictũ ualde admiror inquiẽs manere morientes homines/ ea q neq; sperãt/ neq; expectãt/ q aũt sanctorum animę beati finis iucũdissimos fructus pcipiant: Plato quoq; in Phedrone ostendit, & ait, q aũt uideãt᷑ uitę sanctitate pre cęteris egregii fuisse: hii sunt q terrenis malis ueluti quodã carcerẽ liberãt᷑: ad supernã uero purã illã habitationẽ pueniũt: paulo uero mox, & hoc addidit ad habitacula uero multo his quoq; pulchriora pueniũt: q neq; facile ostẽdi possunt

neq; mihi ad hec explicāda nūc tēpus dať:neq; qs uero cū hoc dici audiret desiderio illius diuinę uitę succēsus ęquū sanctūq; existimaret, uiolētas sibi manus inferēdo, se se ipsum de hac uita abstruderť, necessario addidit:nephas ē se se ipm queq̄ de hoc soluere habitaculo:fugāq; hinc arripere:atq; ut paucis dicā malā eē materiā arbitrari:ait uero posse animā cū seorsum ad se ipsam receperit uerā cōsequi sapientiā:maiorēq; humanā uirtutē ac facultatē:qñcunq; uidelicet amor, hinc eā subuolare fecerit p philosophicā uitā ad terminū suę spei ꝑfectā ubi alterius uitæ sempiternū pricipiū capiat:rursusq;, in eodē dialago inquit optima quidē cū spe bonas hinc animas ꝑficisci:at q mali sunt homines, pessima inqt cū spe uiuūt:idē Plato philosophiā mortis meditationē eē dixit:dicēs:q recte philosophiam attingūt in eo sunt discrimine, ne uidelicet hoies alios lateāt:qñquidē nil aliud curāt studētq; nisi ut moriantur:mortui ue iā sint: hec itaq; oia in Phedrone Plato cōscripsit:in decimo āt rei pub. libro sic inqt:Ex iis aūt qui in expeditiōibus perierūt:quicūq; laudatus interiit, nōne aurei generis eē primū dicemus:paulo mox:quid aūt inquit:an nō in posteꝝ perinde:ac demones illi fuerint, eorū colere sepulchra:atq; adorare debemus:idē uero nobis faciendū existimabimus:quotiens uel senio cōfectus:uel alio mortis gñe obierit:q dū uiueret egregie bonitatis homo, habitus sit:sedet Cratilo sentētiā hāc Plato latius explicuit:laudat enim Hesiodū poetasq; alios, qui dicūt bonū hominem uita ꝑfunctum eximię sortis gradū:maximosq; honores apud in mortales deos accipere:fieriq; demonē hoc est scientē a prudentia uidelicet orto cognomine:hoc eodē in loco:& ipse sciētię hominem colloco: Hesiodus uero de aurei generis hominibus ita cecinit:at postq̄ genus hoc terra mors obruit alta demones ii sancti terrestres ui tę uocanť:custodos hominū nr̄a hec quibus oia curę:q; si poeta Hesiodus auxiliares:custodesq; mortaliū eos uocat q olim sācte beneq; uixerūt:eāq; poetę huius sentētiā philosophoꝝ optimus

adeo confirmauit, ut eorum hominum sepulchra colenda esse atq; adoranda censuerit: quid ita quæso boni uiri, quæ ipsi facimus accusatis? nos enim pari modo eos qui illustri pietate uiguerunt, proq; ea iugulati ac cæsi sunt: & auxiliares & medicos nominamus: at non demonas tamen: absit a nobis hic furor: sed amicos dei fideles seruos esse dicimus, dicendi libertate maxime usus: dum certissimum bonorum prouentum nobis prenuntiarent: id q; etiam uobis philosophorum princeps in sua Epinomide ita significat inquiens haud sane dixerim posse homines beatos, ac felices euadere, paucis exceptis: donec uiuimus, ita decerno: bona aũt est spes morienti omnia cõsequi: hec aũt per q̃ similia sunt ii qui in sacris monumẽtis legunt: ne beatum quenq̃ feceris, ante obitus sui diẽ: & rursus: usq; quaq; lumẽ est iustis: & iustorum animę in manu dei sunt: & quę sunt his similia, solere aũt mundi deũ rectorẽ iustos homines dũ sunt in uita, iniuriis, cõuitiis, uerberibusq; subiicere: Idẽ Plato i repub. sua testatur, Iustus enim ita preparatus, ceditur, torquebitur, colligabit, oculis eruet, cũcta deniq; perpessus, postremo etiã suspendetur: sunt itaq; miserrimi, qui cęteros mortales talibus damnis afficiunt: felicissimi uero, qui ea perpetiunt: posse aũt sanctorum animas, uidelicet defunctorum, uel cũ extra corpus hoc fuerint hominũ curare negotia: Plato etiam in undecimo legũ libro hisce uerbis affirmat: oportune itaq; admodum ea quę superius tractata sunt locuti uidemur animas uidelicet defunctorum: uel postq; e uita excesserunt, quæ inter homines fiant curare posse: Sermones ergo qui de hisce rebus habentur, ueri ac beati sunt: Credendum uero est, & aliis quoq; narrationibus quæ eadem nobis tradunt: ita ille quidem, & antiquæ & multę sunt: credendum præterea & hiis qui leges tulerunt: ita hęc se habere: cũ itaq; philosophus credendũ esse rumoribus censeat: uos tñ non solum nobis fidei nil habetis, clamantemq; & uentorum uocẽ audire non uultis: sed ne uestro quidem philoso

pho credendum esse existimatis; cum tamen is plane affirmet sanctorum animas etiam corporibus exolutas humanarum rerũ statum curare: decet autem profecto quantumque est hoc honoris ac premii eos adipisci qui res diuinas totis precordiis adamarũt: quique ad usque supremum uite diem in hiis persliterunt inceptis: quae olim ab initio preoptarũt: neque passi sunt eam cui a sese ad dixerant stationem relinquere: hinc diuus Iustinus: nam & Plato differens an uero a sua re pub: propterea pepulit Homerum Plato: quod in legatiõe ad Achillẽ dixerat: phoenix Dei uertuntur & ipsi: hoc autem Homerus: nõ de ipso rege: & eo qui iuxta Platonem deorum opifex est, cecinit: sed de non nullis, quos multos esse Greci putarũt: ut est nobis a Platone discere: ubi ait dei deorum: uni autem primo deo, aurea illa cathena omnium Imperium: & potestatem Homerus attribuit a cuius diuinitate ceteri tantum distarent dii ut haberentur digni, qui inter homines computarentur, ab eodem Vlixes cõtra Hectorem, ad Achillẽ loquẽs in hunc modum introducitur: Ipse hominesque deosque, Ioui confisus honore, Indignos retur tumida circũfluus ira: quo in loco mihi uidetur Homerum cũ eademque Plato in Egyto didicisset, extra controuersiam hoc ipsum inuenisse, ut deo qui existit fretus eos qui non existũt plane negligeret: ipse nanque poeta alibi ui alterius dictionis pronominis scilicet deũ significat: quod pronomen participio equiualeat: quo deũ Plato existentẽ dicit quo loco ait quod est semper existẽs generatiõe priuatũ: neque enim temere mihi dictũ uidetur a phoenice, nec si pollicitus deus ipse auferre senectã: Et mihi florentẽ circũ fudisse iuuentã: hoc enim pronomẽ ipse existens, re uera deũ significat: idem quoque asseuerat oraculũ: quod uobis de Chaldeis: & hebreis allatũ est: nam per cunctancte nescio quo, qui nam forte uiri deum pure coluissẽt: ita respõdisse, illud asseueratis: qui per se genitũ hebrei colueri tonãtẽ Chaldeique simul, Sophiã, diuinaque norũt: quo pacto igitur Plato Homero: nascitur, affirmãti, cõuerti deos: siquidẽ Homerũ illud

utilitatis gratia dixisse, manifestũ est ex hiis quæ ibi dicũntur: eorum enim proprium est, qui precibus: & sacrifitiis, dignum putãt. Clementiã consequi: ut dignitatẽ incõuertibilẽ existimarẽt: nequaq̃ deligerẽt a criminibus quę cõmiscuerunt retrocedere: qñ quidem expenitẽtia nihil se utilitatis pcepturos putrarẽt quid sit ergo? ut philosophus Plato cõdemnet Homerũ poetam asserentẽ uertibiles eẽ deos: cũ ipse deoꝝ opificem tã facile conuersum introduxerit: ut interdũ quidẽ mortoles deos: interdum uero in mortales eosdẽ affirmarit: nec de illis modo, sed de materia, ex qua (ut inquit) necessario producti sunt dei uaria loquunt: & aliquando ingenitã, aliquando genitã asseueret: Ignarus ꝙ in quibus Homerus incusat, in illa ipse met cõpegisse cõuincit: Cũ dicat tã facile deoꝝ opificẽ conuerti: tã & si Homerus de ipso ẽt Deo cõtraria cecinerit: qppe qui eũ scribat, ita de se ipso dixisse: Nec reuocare datur, nec falli aut fine carere: Cũ capite annuero fient mãdata Tonantis: Sed hec quidem inuitus (ut putauerunt) Plato formidans illos qui deoꝝ pluritatem uenerant: aliena de aliis uidetur narrasse: quę uero a Mose: & a prophetis de uno deo mystice dicta fuerant: ea edoctus efferẽda putãt: pium affectantibus cultum quid sentiat manifestans, eo namq; delectatus, quod Moses a Deo susceperat: ergo sum existens, breuem dictionem participio expressam: multa cura specularidã recepit: cognouitq; deũ cũ suam Mosi ęternitatẽ significare uoluisset, dixisset: ego sum existẽs: quandoquidem hec sillaba idest existẽs, non unum dumtaxat, sed tria innuit tẽpora, pręteritum, pręsens, atq; futurum: sic enim Plato id ẽ existens ad futurum rettulit tẽpus: quippe qui dicat non dum existentem: hoc autem ꝙ dico non dum, & nõ in pręteritum ut non nulli putant: sed in futurum tempus referri debet: ꝙ e prophanorum monumentis plane cõstat: Plato igitur quasi capiat uestiẽtibus enarrare, quę mystice: atq; occulte de ęternitate dei per participium illud dicta fuerant: his maxime dictio

nibus utitur scribens:deum etenim,q̄ est antiquū dogma omnium principium,finē:& media continet: quo in loco procul dubio,legem Mosis,antiquum dogma nuncupauit a Mosis,nomine abstinēs,Cicutę Formidine:ut pote qui nouerat ipsius uiri doctrinam gręcis inuisam antiquitatis aūt uerbo Mosen expressit cuius legē:& antiquā:& prima,tum ex Diodoro: Tū ex reliquis historiis,supra nobis demōstratū est:quod eū Theodorus legis latorū primū fuisse cōmemorat, non repertis adhuc Gręcarū characteribus litterarū qbus illi in historiis scribendis usi fuere:& si eorū ineptias narrauerimus:alibi tamen Theodoritus pręclarus Theologus inquit lumē hoc sensibile: q̄ oculis usurp amus siue id superne ad nos deferatᷣ,siue his in terris humano artificio comparetur,intuentibus plane iudicat,quid sit aurū quid argentū:qd ferrū:aliarumq; rerum materiamᷣ pari modo ostēdit:quin : & colorum,figurarumq;,nec non plantarū atq; animalium differentias idem docet:Sed enim qui sunt acri oculorū obtutu,soli rerū hanc discretionem percipiunt:ipsi nāq; cecutiens,nihil prorsus ad solis radios assequuntur:Cum ne ipsam quidem luminis claritatem,his persimiles esse noscunᷣ,q intellectualis ueritatis lumen intueri nolentes amāt in tenebris ignorātię diuersari:ueluti aues illę quę noctu tantummodo uolitantes,meritissima noctis nomēclatura signantur: noctuę siquidem ac Nycticorāces,ut inimicam sibi lucem suffugiunt, amant uero tenebras,tanq̄ maxime salutares atq; his quidē,nemo sane mentis indigneᷣ:atq; succēseat,natura enim ab initio genus hoc uitę illis addixit:qui uero ultro se se tenebris adiūxerunt,quid nā qnęso uenię cōsequanᷣ: pręsertim cū diuinę lux ueritatis omnē continentem:cunctasq; iam insulas suis radiis late cōplerit:orbisq; totius fines:ac terminos occuparit:nam q ante xp̄m exortū hoc erroris laqueo tenebanᷣ,aliquā ut cunq;:ac mediocrem saltem excusationem afferre poterāt:q̄ uidelicet sol Iustitię non dum ortus fuisset:ac propterea quasi in noctur

nis tenebris uitam traducerent/ solisq̃ naturę facibus ducerentur: Cum uero nunc Sol iustitię non modo exhortus iam sit: Sed ut poetice dicam medium cõscenderit axem: Quis iam quęso relictus excusationi locus, iis qui meridiano tempore alluci nantur: quiq̃ ne luce iucundissima perfruantur, oculos ultro concludunt: ni mirum pessima opinionis affectio nebulam propellere, ac dissipare illos non sinit: putant enim se optime cunctorum mortalium intueri ueritatem, propterea q̃ eloquentiã uirorum disciplinis innutriti fuerint: neq̃ animaduertunt marinis piscibus quanq̃ plurime salsedini innutritis: tamen ad cõdituram ne minus & sale adhibito opus esse: neq̃ itẽ intelligũt: ueritatis cognitionẽ ab idoneo linguę concentu petendam non esse: Quid enim Homerica poesi queat esse iucundius? quid inquã eius dulciloquio sit suauius? & tamen hunc Homerum ille qui apud uos habetur optimus philosophorum (puto autẽ uos nossę quæ dico) Aristonis uidelicet Plato, filius unguento prius perunctum, sicut hirundines a mulieribus solent: procul eiecit ab ea quam ipse constituit ciuitate, omnis licentiæ atq̃ impietatis magistrum esse testatus: inquit enim poeta: hic blasphemare adolescentes docet illisq̃ flagitiosas de inmortalibus diis opiniones insinuat, tenerisq̃ adhuc animis inserit per nitiosas & corruptissimas disciplinas: aliis prȩterea multis in rebus accusant eximium poetarum: aut itaq̃ omnis qui in dulci eloquio sit exercitus, idoneus est habendus: qui ueritatem pdoceat: q̃ si uros nobis philosophos obiectatis, illud ꝑ cõperto scitote: hoc quoq̃ multis erroribus fuisse implicitos, neq̃ enim omnes eadem militari uia incesserunt: neq̃ prȩcedentium maiorum uestigia consectati sunt: Sed tum proprias sibi quisq̃ uias fecerunt: tum uero & innumeras excogitarunt multifidęq̃ sunt enim mendacii, falsitatisq̃ semitę: ipse etiam Tymõ Phylasius suis salib9, ac dicteriis uros philosophos tragice insectatus est: & quorum magna copia ego sane pauca quędã com-

memorabo, mortales miseri, probrosi uentris ad instar: quę nā uos lites nugis pugnātibus urgent: o utres animi sensus quos implet inanis: uobis autē hęc explicui, nō tanq̄ nugaꝝ homo, uerbosusq; fabulator: sed qui uobis ostēderem fuisse Orpheum generatiōe una bellis Troianis antiquiorē, Linus porro, ac Museus circa Troiana tēpora uiguerūt: Thamiris itē, ac Philemō, fuerunt illis contemporanei: cum ergo ut Porphyrius, inquit, Moses hisce poetis sit mille annis antiquior, hii uero poetarum sint antiquissimi (post eos enim: & Homerus, & Hesiodus nati sunt, qui: & Thaletē, & alios philosophos multis annorū spatiis pręcesserunt) cumq; sit Thales, auditoresq; Thaletis uetustior insequutis philosophis: cur nō queso his omnibus relictis ad Mosen Oceanum Theologię transimus a quo ut poetice dicam fluuii omnes, & maria omnia deriuātur: illic enim: & Anaxagoras: & Pythagoras, Platoq; post eos, parua quędam ueritatis lumina, quedam quæ initia desumpserunt, Socrates quoq; qui Archelao, Anaxagoreq; coniunxit, ab eis didicit quęcunq; de deo aliis ipse tradidit, Moses uero nequaq̄ secutus hominū rationes, sicut illi fecerunt: sed clarissima dei uoce perdoctus Theologiam nobis conscripsit. Deus enim conditor rerum omnium initio legis quam Mosi dictauit: unum coli deum precepit: inquit enim ego sum dominus deus tuus, qui eduxi de terra Egypti: Cumq; Mosen recētis benefitii admonuisset, hortatus ē ut in dei seruitio permaneret: neq; debito deo cultu, quēq̄ pręterea impertiretur: sed uni Deo tribueret: nō enim erunt inquit tibi alii dii, pręter me, tum & manifeste Mosem docuit, nihil eorum quę uidentur esse Deo persimile, prorsusq; inhibet ullam ab eo fieri imaginem uisibilem, rerum eamq; opinari simulachrum Dei esse: cum uideri Deus non possit: inquit enim non enim facies tibi Idolum illiusq; rei similitudinem quęcunq; in Cœlo sursum: quęq; in terra deorsum: & quęcunq; in aquis sub Terra sunt, uobis nō facietis: neq; ea adorabitis, quoniā ego dominus

minus deus tuus:uocem inquit audisti:faciem autem non uidi
sti:nullam itaq; figuram efficies: cuius exemplum ignoras qn-
& alibi falsos ac mendaces deos coarguens eliminansq;, Egyp-
ptiorum errores, ita in deos alloquitur: audi Hisdrael domi-
nus deus tuus, dominus unus est, hac pollent doctrina Mose
os monumenta: talemq; theologiam & historiis, & legibus, &
prophetiis inseruit:scriptisq; a se quinq; libris multos quidem
qui:& haberentur:& uocarentur:nec tamen essent dii, coli per-
hibuit:uni autem ac soli deo, rerum omnium conditori cultum
exhiberi pręcepit:Iesus item, qui potestatem ductandi populi,
imperiumq; a deo patre accepit, omnis deniq; prophetarum
chorus, eadem hæc & hortari, & precipere non destiterunt,
hic etiam est ille Iesus ueri dei imago patris, & unus, cum om
nium parente deus de quo Dauid dixit dominus domino meo
sede a dextris meis:& alibi eructauit cor meum uerbum bonũ
& rursus:hic est filius meus dilectus:in quo mihi bene compla
cui ipsum audite qui iter illud cœleste mortalibus ostendit, qui
ad cœlestes illas sedes ascendit in illo præclaro, illustriq; die,
hic ille pręsignatus est dies cum Hieremias uidit leonem ascen
dentem de cubili suo, & predonem gentium se leuantem hunc
diem ueluti prestantem habebat ante oculos, Daniel cum ce-
cinit: ecce in nubibus cœli filius hominis ueniebat: & usq; ad
uetustum dierum peruenit: nonne stabit inquit Zacharias
pedes eius super montem oliuarum ad orientem, princeps ille
prophetarum Dauid ita uaticinatur reduxit, electos suos in ex
ultatione, & letitia, & Iubilatione & in uoce tubę ascendit, abe-
ant igitur, & suo periculo desipiant Impii Arriani, qui diui-
nam ab humana in Christo naturam nephariis uerbis separan
tes ueluti stridentes procellę:& turbulentissimę tempestates au
si sunt diuina omnia, & humana uiolare:nesciebatis insani mo
do Christum ut deum, modo ut hominem loqui consueuisse
nesciebatis & dei, & hominis substantiam in eo unã esse psonã

nesciebatis ꝙ neq̧ mortem solus deus sentire, nec solus homo superare potuisset: ꝙ dei filius factus est: & nostrę infirmitatis particeps: non suę expers maiestatis: ꝙ neq̧ loco se mouet qui loco non continetur: neq̧ uenerat per Cancrum: neq̧ reuersus est per Capricornum, quia ne, ac redire animos astrologi opinantur: sed quemadmodum se submiserat, cũ formam serui indueret ita secum ea sublata ascendit: ac super euolauit ad Cœlum quare super excelsa mundi (ut Augustinus canit) Terrenum corpus hodie imponitur, & ossa inter sepulchri angustias: paulo ante conclusa cętibus angelorum inferantur in gremium inmortalitatis mortalis natura transfunditur o nullis antea seculis auditam humani generis dignitatem o admirabile diuinę mysterium Clementię: quo erexit ex terra inopem: & extercore eleuauit pauperem, quo interclusum ab adam nobis iter ad coelum Christus aperuit, quo patrum nostrorum animos e tenebris in lucẽ euocauit: quo fuso, fugatoq̧ humani generis hoste uictor: & triumphator in patriam reuersus est: quid enim per Deum maius nobis confiteri: conferriq̧ potuit: q̃ ꝙ cœlestibus exequati dignitate sumus: resurrectio namq̧ domini inmortalitatem: & post interitum uitam superesse nobis ostendit: at ascẽsio in Cœlum beatitudinem: quidquid ergo effecit Christus: anteq̃ pateretur (ut beatus Leo docet) ad demonstrandam suscepti hominis pertimuit ueritatem post passionem uero ruptis uinculis, mortis infirmitas in uirtutem, mortalis in inmortalitatem: Contumelia transiuit in gloriam neq̧ enim Christus ut Enoch translatus: neq̧ ut Helias per aerem ab Angelis subuectus: sed sua uirtute Gregorio asserente, Cœlum penetrauit: hac uirtute obsignatum a Mose Christus aperuit testamentum: hac inferorum portas perfregit: hac morte inita mortis necessitatem uicit: hac deniq̧ in Cœlum se subtulit: atq̧ ęterni concors Imperii ad dextram patris conscendit: signabant illi thraces, uetustissimi: ut apud non nullos legimus: dies ꝙ iu-

dicabant fortunatos candidis lapillis in urnam conditis, quos quidem fortasse per quasdam uitę illecebras:& inhonestas uoluptates transigebant, quanto nos Euangelicę legis Christianę sectatores, & uerius, & Iustius felicitatē non albis calculis (ut illi) sed candida nostrorum pectorum simplicitate, solido gaudio, spe firmissima, integerrimis officiis, perpetua obseruantia diuinis modulatiōibus prosequemur: Cęterum si cupimus huius diuinę uirtutis fieri participes: & eius uim intueri, & quonam modo Christi ascendentis exemplo cum corpore in Cœlū nos etiam ituri simus: fomenta corporis potissimum fugiamus & non ea parte animi, quę sensum, motum: & appetitum habet Et quę Origeni: & Cratippo: & Philoni uisum est ab actiōe corporis non seiungitur: sed ea quæ intelligentię ac rationis ē particeps: & ab omni labe corporis separata, nos ipsos supra Terrā extollamus, qua quidem Moses, cum deo in monte Synai collocutus est: qua Helias, Helicusq;: & cęteri prophetę, per conquisitas solitudines, heremi omnes reliqui cultores deum inuestigarunt: qua Ioānes apostolus super astra euectus est: quia Paulus ad tertium Cœlum euolauit: Stephanus Cœlos apertos: & filiū stantem, ad dextram patris uidit: habet enim profecto ipsa animi (ut ita loquar) castitas atq; uirginitas quandam cum diuinitate cognationem, ut cum carceris corporei tenebras mens ipsa discusserit, ad diuina facile penetret: ac sępe etiam pręuideat futura: contemplemur itaq; purgatis animis, quantum humano generi Christus contulerit, cui non modo animę, sed etiam corporis immortalitatem confirmauit: quid igitur ulterius quęram? quid de animarum inmortalitate primus ille Pherecides Syrus, quid Zoroastes? Orpheus, Pyttagoras: & Plato: & sex post Platonem Achademiæ disseruerint: Iam mihi super hac re uatum, Sybillarumq; sordent carmina neq; iam illud sapientis Salomonis dictum admiror: donec reuertatur puluis in terram suam, unde erat; & spiritus redeat ad eum

qui dedit illum, iam & ille suo falso commẽto exagitetur: Auer rois qui uoluit unũ esse omnibus intellectum: lõgum esset om nes recensere xp̃m huiusmodi sacramẽto nõ modo hanc ipsam animarum inmortalitatem nos docuit: quę omni morte deteri or esse põt, si cruciatibus apud inferos torqueatur ęternis: quod ne philosophi quidẽ quamuis alia quadam ratione negauere, iis accidere, qui se in hac uita libidinibus penitus dedidissent: uerum etiam ad eam nos aduocat ęternitatem / quæ beatitudini coniuncta sempiterno ęuo fruatur: ad illam quę cũ pœna est ui tium perducit ad hanc uero uirtus ipsa comitatur: quemadmo dum igitᷣ uidere discipulis licuit, ut in ea spe confirmarentur xp̃m in Cœlum subleuari: sic nobis quoq; fide nobis interposi ta ad illa ęterna gaudia peruenire sperandũ est: Sed fide opus est omnino, sine qua nutant omnia: & ferũtur in pręceps: hãc Paulus apostolus, hanc Leo pontifex: hanc Gregorius ille Na zazenus implorat: Salue humani generis dux: & Imperatrix fides: Salue uera religio, pietatis alumna, magistra scientiarũ te duce igitur tales euadamus ut ad Templũ illud ęternitatis ascendentem saluatorem nostrum sequi aliquando mereamur sed flagitia sunt calcanda sub pedibus, & malis uitæ rationi bus finis imponendus, ut gradum illuc faciamus: & expeditio res euolemus: & si nos illius extremi Iuditii: q̃ prędicauerunt Angeli, nullus horror mouet: si nullus mortis ęternę pauor ex citat, saltem mouere nos debeat: & allicere sensus nostros, uitæ illius sempiternę cupido: Timantes (ut traditur) pictor artifi ciosissimus cum Ephygenię immolationem depingeret, tristem depinxit Calcantem, tristiorem Vlixem, Menelaum tristissi mum: sumptis affectis non haberet quem uultum Agamem noni patri daret, caput eius obuoluit: & suo cuiq; animo de dit extimandum: Eodem mihi consilio in re tum letissima utendum est: ut non cum possit meę in mortalitatis infirmi tas: quanta sit illius ad quam semper, ac quotidie imita

mur Ciuitatis ęternę perpetua beatitudo:& solida sine fine felicitas, aliquo deuotionis genere cōsequi exactissimis cogitationibus nostris extimandā maiori ex parte relinquā:adhuc tamē pręgestit animus rerę desiderio diuinarum inter illas uersari:& quadam mentis alacritate altius feror:q̄ ingenii mei uis inbecilla patiatur:Iam ante oculos obuersantur hec omnia diuina mysteria:deum factum hominē,natum ex uirgine a morte suscitatum,humanam secum carnem in Cœlum extollere:& nostram supra sidera collocare naturam:insuper nubem illam cādidam qua xp̄s uictor a patre suscipitur:angelorum exercitus circumstrepentes: demonum turbas fugientes:Cœlum ipsum pauescere:astra mirari:agmina plaudere: Tubas inflari:totū illum Cœlestis regni Senatum effundi:regiam dulcibus hymnis resolui:archana Cœlorum reserari:ornatum regem glorię cruoris rubore perfusum ascendere letissimos cęlites speciosum uulneribus xp̄m:spolia de castris Tyramnicis reportātem: diuinis carminibus extollere:Saluatori igitur nostro quibus possumus uerbis gratias agamus inmortales:Et quem neq̨ laudibus dicēdo:neq̨ intelligendo mente consequi possumus,supplices precibus adoremus:ac pro salute comparata nobis ipsi gratulemur siquidem ut supra edocuimus resurrectionem mortuorum non nulli ex priscis posuere:nam & Plato ita edocuit,ut Eusebius memorat progressus,deinde aliquātulum mortuos reuicturos dicit:q̄ nescio unde iam aliunde q̄ a Iudaica scriptura intellexerit:ferebatur inquit a priscis eos qui in ultima circulatione moriuntur uicinos futuro tempori,in prima rursus resurgere:ac ab huiusmodi multa nobis nuntiata esse,quę nunc uulgo,non recte falsa putantur:consequens enim est hos senes ad puerorū rursus naturam conuerti: & mortuos qui iacent in Terra rursus,tunc esse reuicturos generationem sequentes,quę in contraria reuoluitur:nisi quos Deus in aliam conditionem traduxerit & progressus dicit tempore omnium exacto: quoniam mutatio

nem fieri oportet, cum terrenum genus defecerit omni anima per generationem in Corpus iussum deducta, tunc uniuersi gubernator habenis gubernationis demissis ad altitudinem suam abibit: mundum autem rursus parce: & in nata cupiditas euertet: quod cum fieri uiderint dii minores partes mundi suę gubernationi commissas relinquent: mundus autem reuolutus: atque in contrarium latus: & magno terremotu concussus in auditā omnibus animantibus pestem incutiet: & tempore aliquo exacto omni turbatione sedata solitum Cursum recipiet: Deus enim ne omnino dissoluatur gubernacula rursus capiet, & omni expulsa turbatione inmortalem ipsum: & insenescentē efficiet: & post pauca dicam inquit tibi sermonem fortissimi uiri Iris nomine genere Armeii: qui olim in prælio mortuus post decimum diem fere iam corpore currupto delatus a suis domum, cum in rogū poneretur: decimo die postquā decidit reuixit: multaque se ibi uidisse narrauit: ac inter alia: quod anima egressa e Corpore cum multis in locis quęrēdam demum deuenisset ubi Terrę hiatus inter se connexi maximi erant: & ex opposito duo ad Cœlum itinera Iudices autem sedentes uidisse a quibus qui Iusti fuisse iudicabantur in anteriori parte signis alligatis ad dextram & sursum in Cœlum ire uidebantur: iniuste uero ad sinistram: & deorsum signis ad posteriorem partem eorum alligatis: in quibus scripta erant eorum facinora quę cum uidisset accessisse: atque rogasse: dicebat ut liceret ei hominibus hęc nuntiare: quod cum illis placuisset per omnia illa loca diligentius ductum fuisse: hec Plato: Plutarcus autem in primo de anima hęc narrat: Enarchus (inquit) nuper egrotans, tanquā iam mortuus a medicis fuit relictus: & breui tempore postea in se ipsum reductus: dicebat se mortuum fuisse: & in Corpus iterum restitutum: nec me egrotatione moriturum, reprehēsosque aiebat uehementer a domino suo eos spiritus qui animam eius duxerūt: ad Nicandam enim missas, non ad illum fuisse: Nicandas enim Coriarius erat: &

in paleſtris non ignobilis, qui eo tempore, quo Enarchus reuixit in maximas incidit febres, ac repente mortuus eſt' hic aũt uiuit ſuperſteſq; eſt feliciſſime nobiſcum manens: hęc ideo poſui, quia ſcriptura etiam hebreorum non nullos reuixiſſe ueriſſime narrat: ſic etiam de iuditio uniuerſali: Cum etiam ſcriptura iuditium: poſtq̃ hinc aberimus animarum futurum dictitet & per alia multa, & per hoc non minus: Iuditium inquit ſedit fluuius ignis coram eo fluebat, mille alia adminiſtrabant ei, & decies centenena millia adſiſtebant ei: audi etiam Platonem de iudicio dicentem, & fluuii Noę utentem: multaſq; priorum manſiones, & diuerſa impiorum ſuplitia non aliter fere, q̃ hebreorum ſcripturã narrantes: ſcribit enim in libro de anima ſic: Tertius amnis in medio iſtorum exit, & iuxta hoſtium in latiſſimum incidit, locum igne ardentẽ ubi facit paludem mari, multo maiorem aqua, & limo ebullientẽ: ac inde turbidus, atq; limoſus terram circum amplexus prope paludem Acheruſiadem defluit: nec ipſi permixtus: ſed crebris ſub terram uorticibus circũuolutus infra Tartarũ exit: hic eſt amnis quem pyriphlegetonta nominant: a quo paludem ſtygem nomine fieri creditur: in hunc fluuium, qui incidit grauiter in aqua tortus fertur circũuolutus pyriphlegetonti oppoſitus: tandem prope Acheruſiadem paludẽ ex oppoſito uenit: nec etiã huius aquam cuipiam inmiſcetur, ſed circum latam in Tartarũ tandem exit in oppoſitum pyriphlegetonti: hũc poetę Cocitum appellant/ hęc cum ita ſe habeant: cum defuncti ad eum locũ deuenerint quo deportantur primum diiudicantur, qui nam iuſtę, & qui nam contra uixerint: & ſi qui uidebuntur medio quodãmodo uixiſſe in uehicula ſcandunt ſua, & per Acherunta in paludem deferuntur: ubi graui ſupplitio depurgantur: & poſtea liberati honores conſequũtur ſecundum benefactoꝝ ſuorum dignitatẽ: qui autem uidebuntur propter magnitudinem peccatorum curari non poſſe in Tartarum omnes deiecti, nunq̃ inde poſſunt

exire: qui uero curabiles sunt, qnamuis maxime peccarint: ut puta si contra patrem & matrē ex ira aliquid fecerint, & postea penitudinem habuerunt uel homicidio/uel alio quodā facinore contaminati, hos in Tartarum deuenire necesse est, & annuo torti temporis spatio eiiciuntur ab unda, homicidę quidem in Cocythum, patris autem & matris uiolatores in Pyriphlegetonta: Cūq; ad Archerusiadem fuerint paludem clamantes uocant, alii quos uituperant: alii quos occiderunt, cūq; uocarint rogant, & supplicant ut in paludem suscipiantur, & si exorauerint exeunt & liberantᶜ a malis, sin uero nō exorauerint rursus in tartara feruntur, ac inde iterum fluuios: nec prius cessant q̄ exorauerint quos leserunt: hec enim ultro a iudicibus imponitᶜ qui autem sanctitate uiuendi excelluisse uidebuntur: hii sunt qui ab ista terra quasi a uinculis liberantur: hoꝝ qui se philosophia purgarunt, sine labore in sempiternū uiuunt, & habitationes pulcherrimas consequūtur, quas nec uerbis exprimere possibile: nec si posse tempus sufficeret: horum igitur gratia o summa cunctis uiribus uirtutis curā oportet in hac uita gerere optimum enim propositum est, & spes maxima: hec Plato: q̄ autem dixit non esse possibile uerbis pulchritudinem illarum habitationum exprimere: nonne simile illi nostro estᶜ nō uidit oculus/nec auris audiuit/ nec in cor hominis ascendit quę prępparauit deus amantibus eum, habitationes autem multas dicit & nos multos esse apud patrem mansiones dicimus: pyriphlegetonta uero ignem ęternum esse quis dubitabitᶜ Hebreorum enim poeta similiter clamat, quis nunciabit uobis locū ęternūᶜ & rursus uermis eorum non morietur: & ignis non extinguetᶜ Plato quoq; in Tartarum deiectos impios nō exituros inde asseruit & pios in beatis locis in sempiternum uicturos affirmat: q̄ uero addit sine labore: nonne illi simile estᶜ uide abest dolor, moeror, gemitus, q̄ autem dixit non simpliciter: Sed cum in uehicula conscenderint/ sua in Achetonta amnem depelli: quę

nam alia uehicula denotare potest, q̄ corpora, quib9 assumptis una cum eis secundum Hebręorũ scripturas uitæ retributio fit: hinc triumphator auctor salutis nostrę in manu forti hostibus deuictis, prostrata morte, ac patribus subradianti, crucis uexillo liberatis: non Cliuũ Capitolinum equis albis, sed lucidissima nube angelico mysterio preparata susceptus: ut diuinitatẽ suam, & humanitatem dotibus gloriæ, quoniam strenue militauerat honestatem ostenderet ad sedem Empyream uidentib9 discipulis ex monte oliueti spiritum sanctũ missurus ascendit, & humanitatem quæ culpa primi parentis depressa iacebat: super choros angelorum exaltauit: qui dum bonam conditionẽ inquit Augustinus: sideribus importauit: Cœlum patere posse monstrauit: & dum uictorem mortis in cœlestia eleuauit, uictorem eiusdem mortis quem sequamur ostendit: Ascensio igitur dum catholicę fidei confirmatio fuit: ut securi in posterum crederemus miraculi ipsius donum cuius in præsenti percepissemus effectum: Cum igitur anima rationalis ex gratia ordinationeq; diuina sit inmortalis: & ex ratione uitæ gloriam sortiatur, & pœnã, & omnia nobis archana sint reuelata diuinitatis ut excusationi locus non relinquatur: & auctor salutis nostrę clarum prebens exemplum cœlestis patriæ ianuam reseraiut pro uiribus adnitendum est, nobis, ut thesaurum nostrum, in uasis fictilibus reconditum prauis moribus & impietate, diuina gratia non fraudemus, sed nubem mundanę philosophiæ cum qua nobis superni luminis splendorem, mundiq; lucem sequentibus nihil iam est discutientis calcata uoluptate, ac ex onestissimo uirtutum cõsessu / tanq̄ mœretricula infami ex pudico matronarum cœtu explosa est: nanq; malorum esca ut inquit Plato, illius enim illecebris humanę cupiditates capiunť / ut hamo pisces, sarcinis peccatorum excussis, quibus ad atræ uoraginis gurgitem depremimur: ac fidei clypeo muniti per quã soluamur, si christiano nomine censeri cupimus, si eternę

fœlicitatis prœmium exoptamus, si esse Christi cohęredes uolumus, Christi uestigiis insistamus: qui ut inquit Apostolus pro nobis passus est:& ut eius uestigia sequamur, exemplū reliquit qui reformabit corpus humanitatis nostrę configuratum, si me rebimur corpori claritatis suæ, ut membra capiti cohereant: caput autem Christus est: cuius triumphalem ad cœlum ascensum pro animo recolentes, ut scilicet spiritus gratiam cordibus nostris infundat, oremus, pręclarum illud in ore semper habentes: Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos pretioso sanguine redemisti. Unde Septimius disseruit: hic est ordo nostræ institutionis, hunc edidimus, & sectę & nominis censum cum suo authore: nemo iam infamiam incutiat: nemo aliud existimet: quia nec fas est ulli de sua religione mentiri: Ex eo enim quod aliud a se coli dicit: quam colit negat, quod colit & culturam, & honorem in alterum transfert:& transferendo iam non colit/quod negauit dicimus & palam dicimus:& uobis torquentibus lacerati cruenti, uociferamur: Deum colimus per Christū illum hominem, putate per eum & in eo se cognosci uult deus & coli, ut iudeis respondeamus, & ipsi deum per hominem Mosen colere didicerunt: ut Gręcis occurram Orpheus pierię Museus Athenis Melampus Argis Trophraus boetię initiationib9 obligauerunt, ut ad uos quoq; dominatores gentium aspiciam homo fuit Pompilius Numa qui Romanos operosissimis superstitionibus onerauit: licuerit & Christo cōmentari diuinitatem rem propriam: Non quia rupices, & adhuc feros homines multitudini tot numinum demendorum: ipsa urbanitate deceptos in agnitionē ueritatis ocularet: Querite ergo si uera est ista diuinitas Christi: Si ea est qua cognita quis reformet ad bonū: sequitur ut falsę renuntietur: comperta in primis illa omni ratione: quæ delitescens sub nominibus, & imaginibus mortuorū quibusdam signis & miraculis & oraculis fidē diuinitatis operatur; atq; adeo dicimus esse substantias quasdam spirituales:

Nec nouū est nomen sciunt demones philosophi: Socrate ipso ad demonii arbitriū expectante: Quid ni? cum & ipsi demoniū adhesisse a pueritia dicatur, dehortatorū plane a bono omnes sciunt poetę: Etiam uulgus indoctum in usum maledictis frequentant: nam & sathanam principem huius mali generis: proinde de propria conscientia animę eadem ex sacramenti uoce pronun tiat: Angelos etiam Plato nō negauit: utriusq; nominis testes esse: uel magi asserunt: Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens demonum euaserit damnata a deo cum generis auctoribus/& cū eo quem diximus principe apud litteras sanctas ordo cognoscitur: Nunc de operatione eorum satis erit exponere: Operatio eorum est hominis euersio: Sic malitia spiritualis a primordio auspicata est in hominis exitium Itaq; corporibus quidem & ualitudines infligūt & aliquos casus acerbos: animę uero repentinos & extra ordinarios per uim excessus suppetit illis ad utranq; substantiam hominis alendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritalibus uiribus: licet inuisibiles & insensibiles i affectu potius/q̄ in actu suo appareant: si poma, si fruges nescio quod aure latens, uitiū in flore pręcipitat: in germine examinat: in pubertate cōuoluerat: ac si recuratione tentatus aer pestilentes haustus suos effundit: eadem igitur obscuritate contagionis, aspiratio demonum/ & angelorum mentis quoq; corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis: ac sęuis libidinibus, cum erroribus uariis: quorum iste potissimus quod eos istis captis & circumscriptis hominum mentibus comedat, ut & sibi pabula propria nitoris & sanguinis procuret simulachris imaginibus oblata: & quæ illi accuratior pascua est: q̄ hominem e cogitatu uerę diuinitatis auertat pręstigiis falsis: quas & ipsas quomodo ut operetur, expediam: Omnis spiritus ales est, hoc angeli & demones, igitur momēto ubiq; sunt: Totus orbis ille locus unus est: quid ubi geratur tā facile sciunt, quā enuntiant uelocitas diuinitas creditur: quia

ſubſtantia ignoratur: ſi & auctores interdum uideri uolunt eoꝝ quæ annuutiant: & ſunt plane maloꝝ nõnunq̄ bonorum: tamẽ nõnunq̄ diſpoſitiones etiam dei: & nunc prophetis concionantibus excerpunt: & nunc lectionibus reſonantibus carpunt: ita & hinc ſumentes quaſdam temporum ſortes emulantur diuinitatem dum fruantur diuinatione: in oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperẽt in euentus ſciũt Cręſi, ſciunt Pyrrhi cęterum teſtudinem decoqui cum carnibus pecudis Pythius eo modo renuntiauit: quo ſupra diximus: Momento apud Lydiam fuerat habens de incolatu aeris: & de uicinia ſiderum: & de cõmertio nubium cœleſtes ſapere paraturas: ut & pluuias quas iam ſentiunt repromittant: beneficii plane, & circa curas ualitudinum: ledunt enim primo, dehinc remedia pręcipiunt ad miraculum noua ſiue contraria: poſtq̄ deſinunt ledere & curaſſe creduntur: Quid ergo de cęteris ingeniis, uel etiam uirib9 fallatię ſpiritualis ediſſerant? fantaſmata caſtrorum & aquam cribro geſtam: & nauem cingulo promotam: & barbam tactu irrufatam: & numina lapides crederentur: & deus uerus non quęretur.

Finis libri ſecundi.

e T SI PERITISSIMVS RHETOR Etruscus: & theologus: & alii præclarissimi Christi ueri ac diuinæ religionis professores præclare edixerunt: rerum omnium conditorē, & architectū diuino spiritu plenus Moses enarrat, omnibus rite perfectis: qui ad hominis usum accomodata sunt, hominem ipsum postremo insigni & anima, & corpore cōstitutum, innumeris insuper gratuitis muneribus, sensuū præcipue & rationis quadam tranquillitate donatum, quam originalem iustitiam dicimus, in paradiso uoluptatis collocasse: non ut reuinctis manibus feriant, sed ut operaretur: hoc est ut opificis in semet ipso, rebusq; aliis nuperrime procreatis relucentem bonitatem, & celsitudinem contemplatus: eiusq; amore correptus/ in diuinas laudes (ut par erat) prorumperet, ac prosiliret: hūc primum hominis, uel institutæ naturæ statum/seu conditionem theologi nominant, in quo nulla ipsum egritudine, hoc est peccati aculeo stimulante: nullæ quoq; medelæ, idest sacramenta debuerunt institui, posteaq̄ ne quas in adiutoriū sibi dominus dederat delitias uetitam sibi escam porrigentes perturbaret: cū fœmineis fere illecebris irretitus, uni quandam animi excellentiam appetentis ambitione compulsus: diuina miser & infelix mandata & præcepta contempsit: grauissimum heu, q, & in posteros late diffunderetur, uulnus accepit: huic igit' morbo erant præparanda remedia: & quoniam, & inprouidū, & incautum, pretiosis quoq; expoliatū thesauris/inuidi, ac scelesti sicarii, latrones uiatorem ad necem usq; percusserant, iumenti dorso impositum altis uulneribus misericordiæ oleo delinitis diuerso medicaminum, hoc est sacramentorum genere, pientissimus ille Samaritanus debuit recreare, post hominis itaq; naufragiū primo ineffabili Dei optimi maximi bonitate sensibilia sacramenta instituenda fuerant: ut q̄ sæpissime sui oblitus homo in constantia uoluntatis gratiam non custodit; eandem sibi posset

(modo uelit)per sacramenta facillime comparare: integerrima rursus diuina iustitia quitebat: qui in inuisibilem creatorem suum, negligeutia, & preuaricatione mandati superbierat uisibilibus creaturis/qualia sunt sacramēta humillima colla subiiciens ad gratiā se disponeret: quam sacramentis susceptis, diuino procul dubio secum percusso fœdere, continuo assequeretur: postremo sapientissime uoluit: & decreuit sapientissimus opifex, per hęc salutis nostrę adinueniri remedia, quæ delinquendi occasione, & suppetias prebuere, sicq; est merito factum, ut homo & arbore, & sensibilibus ad inobedientiā prouocatus, signo crucis, & sensibilibus sacramentis curetur, his nanq; ad indiuisibilem, & in eis latentem diuinam gratiam, & uirtutem cognoscendam, admissa iam scelera cęcutięns effecta mens hominis instruitur, & eruditur, & qui torpore, & ocio in uitiorum prolaberetᵉ abissum/per uisibilia sacramenta se met ipsam exercens de tentatore callidissimo triumphat: & se se ad futuram gloriā capescendam accingit: hunc deum, quem non modo secretiori animi, uerum etiā exteriori cultu adorandū recta ratio suadet, in ea quam naturę legem appellant: oblationibus ueluti creatorem sacrificiis ut redemptorem: postremo decimis tanq̄ munificentissimum, seruitutis, & bonorum operum compensatorem homines bonæ uoluntatis sacramenta coluisse sacra scripta testantur: legimus insuper hisdraheliticā gentē diuina lege, quā scripta theologi dicunt: per dei ministrum Mosen promulgata sese innumeris occupasse & exercuisse sacrificiorū & sacramentorum generibus, sicq; boues, capras, oues, & id generis animalium, ac etiam non uiuentium complura pientissimo deo offerre edocti sunt, quo & ab idolorū cultu, quem sedula, atq; frequenti inter Egyptios consuetudinē inclinabatur, facilius auocerentur: & unicum ac uerum sacrificium futurū Christum pręfigurarent: bos nanq; referebat fortitudinem xp̄i, eius innocentiam ouis, capra uero, uel hircus similitudinem carnis pec-

cati: nouimus tandem benignissimũ euangelicę, hoc est, gratię legis latorem, pręfinito iam tẽpore absoluto iã pauca admodũ, ne multitudine obrueremur, noua & saluberrima, utpote certissimã uniuerso orbi paritura salutẽ, sacramẽta instituisse, quę sic aliis omnibus prestare non dubitamus: ceu corpus suã ipsius umbrã, & solidissima quęq; res umbratilẽ sui imaginem antecedit, illa nanq; exteriores tantũmodo corporis uel mortui, uel immundę rei contactu, sordes contractas, uel leniter purgauerũt, hęc uero interiores maculas animæ abigunt, & abstergunt, sanguis enim tauro℞ & hirco℞, & cinis uitulę aspersus (Paulo teste) inquinatos sanctificat, ad enudationem carnis, nõ animæ: Sed dicit fortasse quispiam nõne, & eadem quam modo nobis baptisma tribuit apud ueteres circumcisio gratiã conferebat? fatemur utiq;, quas ex infecta parentũ carne traxerunt, in illis circũcisionem maculas abluisse, uerum ꝙ illis uenturi tantum redemptoris leuiter prestitit fides, eius qui iam uenerit locupletius nobis pręsentia condonabit; ea propter Christi sponsa depositis uetustatis exuuiis: in uestitu deaurato, idest ardẽtissima æstuans charitate & gratiarum abunde uarietate circundata, ouanti similis iubilat, & exultat: quũ sacra baptismatis unda in speciosissimo regnata sponso ad Iordanem fluuiũ choreas conspicit angelo℞, patentes cœlo℞ fores intuentur: contemplant spiritum sanctum in columbę speciem descendentẽ, suauissimã deniq; patris uocem hunc unigenitũ dei filiũ attestantẽ, intentis auribus percipi: quibus innuit nõ tantũ quo distet a circũcisione baptisma, differt aũt ut figuratũ a sui met figura: nõ solũ insuper quo Ioãnis ab initio redemptoris baptismate discrepet: & enim ut dispositio & pręparatio quędã ad uitã spiritualẽ uerũ etiã & alio℞ christianę religionis sacramento℞ efficacia, dignitas, & excellentię, uberrimus fructus apertissime demonstrat: nã iis omnibus fecunda, & inuisibili gratia, quã tota & sola trinitas reuera Christi passio meritorie sacramenta instrumenta-

liter (ut sic dixerim, patuit anima ipsa modo nõ posuerit obicem) abunde perfunditur, & illustratᵋ: & qui absq; spiritus sancti pręsentia intra se ipsam angustias patiebatur: eadem sacramentoꝝ ope accedente per gratiã extenditur, & dilatatur: dicit enim scriptura Charitas dei effusa est in cordibus nostris per inhabitantem spiritum sanctũ in nobis, ubi profecto ex spiritus sancti in animã facta diffusio significat latitudinem: Quis igiᵋ nostroꝝ dignitatem, sacramentoꝝ & usum nõ admireturᵋ uerũ hęc omnia q̃ apte, q̃ composite/quãq̃ sapienter fuerint ordinata breuiter liceat cõtẽplari: nã quemadmodũ ad naturalẽ cuiusq; hominis uitam necessaria, primum est generatio, nutritio post modum/rursus corroboratio corporis/& amissę deniq; sanitatis curatio: est igiᵋ insuper aliquid per quod in hominũ cętu/atq; consortio, nõ nihil habeat actionis, & operis: ita quoq; ad spirituale humani generis esse, eo excellẽtius naturali quo carne est prestabilior spiritus, paulo ante enumeratis, & sua cuiq; penit9 respondentia, redemptor sapientissime remedia coaptauit baptismate, nãq; spiritualiter gignimur, eucharistię splendide enutrimur & uiuimus, cõfirmatione solida roboramur: sceleribus infecti penitentię pharmaco recuramur: Et quoniã hęc uita spiritualis, nita est, qua ad patriã tendimus, ut expeditius ablatis offendiculis exeamus/extrema unctione perfundimur: quoniã rursus ad christianę religionis secundario rem cultũ pluralitas & multitudo cõducit, iccirco ad naturalẽ hominũ multitudinẽ quę sic bonũ spirituale, ceu natura gratiã antecedit nuptię sunt adinuentę: postremo uero adesse spirituale & gratiã cõmunicandam, sacer ordo aptissime est institutus: o inmensam itaq; diuinę bonitatis clementiã: o ineffabilẽ dei in nos benignitatẽ: non enim omnipotenti deo sat uisum fuerat, nos etiã sibi futuros rebelles, pereasse: nisi per filiũ suũ humana carne uestitum tanta nobis beneficia contulisset, tot nos donasset muneribus, gratiis honestasset innumeris deniq;, atq; fortissimis ob inimicoꝝ

iaculis:& tormentis, ppagnaculis undiq; muniuisset: qua propter exclamare libet o felicissimā xpianę religionis conditionē: nam profecto non est alia natio tam grandis, qui habeat deos apropinquantes sibi, sicut deus noster adest nobis: eia igit̃ tantopere de nobis benemerito redemptori humiliter seruiamus quas docet agamus gratias, condignas illi laudes decantemus: & quem forte in puritate uitę sceleribusq; offendimus: & amisimus, serenitate mentis quęritemus, quęramus inquam hunc floridum, candidum: & rubicundum, ad cuius angeli suauissime personant: sancti omnes exultant, sterilis clamat uidua prophetizat: Symeon senex expectat: Iosep Iustissimus cogitat: Maria mater reclinat: bos agnoscit, asinus portat: stella demonstrat Magus supplex adorat: hic est enim deus deorum: & dominus dominantium: qui in Cherubin terribilis, in Seraphin mirabilis, in uirtutibus deniq; ostenditur in comprehensibilis: hic est qui nuper de Maria uirgine natus, ut nos deos faceret: factus ē homo, in Iordane abluitur, ut nos reficeret, sitiuit ut nobis dulcia ęternę uitę pocula ministraret: tentatur, ut nos de manu tentatoris eximeret: uinculis mancipatur ut nos absolueret: humiliatur, ut nos extolleret: exuitur ut nos contegeret: Coronat̃, ut nobis gratiarum impartiretur diadema: felle & aceto potat̃, ut nobis fontes mellifluos propinaret: mortem suscepit, ut nos redderet inmortales, sepultus est ut suorum sepulchra benediceret in Cœlum ascendit, ut nobis paradisi Ianuam aperiret: ad dexteram patris omnipotentis residet ut credētium precibus exauditis eos collocaret in Cœlis: hic Thodoritus Cirenensis pręsul eximius inquięns, iocosi ferme, ac ridiculi sunt. pleriq; omnes mortalium: neq; est illis cordi studiosum uitę genus, intenseq; grauitatis, sed fluxum potius ac remissum: Ex quo fit ut p quā facile illis dominetur malignissimus demō neq; enim eos hortatur, ad rectam illam uicem angustamq; capescendam, salebrosam, difficilem: & accliuam, sed altera qua prona inclinata le-

uis, atq; expedita est: haud enim illis unq̃ tẽperantię: iustitięq; ullam habere rationem pręcepit: sed confidenter atq; impune cunctis flagitiis libidinibusq; incumbere: omne demum scelus impudenter audere permisit: hinc haud difficulter q̃ plurimos in seruitutem adduxit: fugientes enim laboriosam uirtutem, legisq; diuinæ difficultatem euitantes ad eum scilicet transfugerunt, qui factu facilia, eademq; iucundissima imperant: hoc itaq; pacto in seruitutem redactis primum quidem abolendas curauit, quas de opifice rerum omnium de natura illis ab initio opiniones inscripsit: tum & iniquis mendacissimorum demonum dogmatis imbutos, adorare turbam eorum, qui dii uere nõ sunt: pro uno & solo deo perdocuit perditissime fulcrũ hoc, basemq; subiecit: etenim cũ delinquentes homines latens cura submordeat, pungit enim illos interior conscientię stimulus, nec sinit integram esse uoluptatem peccati: sed acerbissimos illi cruciatus admiscet, id q; plane inspici potest euenire, sicariis crassatoribus & adulteris, quiq; muroꝝ professionem latrocinia, proditiones obeunt: aliudue quippiam audent: q; lege prohibeatur, callidus iniquitatis magister poculum hoc indolentię atq; obliuionis cõmentus est: ut hominibus silicet, eorum qui falso uocantur dii opiniones insinuaret, eos itaq; uoluptarios lasciuissimosq; fieri curant: pedicones, adulteros parentibus uiolentos, incestis matrum, sororum, filiarum, amplexibus inpudentissime pollui, mutuas talamis insidias intentantes, interdumq; deprehensos ab iis quidẽ quos iniuria affecerant colligari studuit, ut illis uulgo, passimq; irrideri, ac eiusmodi flagitiis cœlum, & terrã inquinasse aiunt, quos ipsi cœlites deos uocant: item & marinos terram ponthumq; polluisse, ab ipsis porro nymphis, montes, saltus, syluas, atq; conualles, inquinatas fuisse, has uero tam fędas abominandasq; fabulas: non solum poetis, sed theologis quoq; philosophisq; insonuit, uariis nanq; modis structa fallacia', multisq; dolis pręcepto-

rib9 suis ascitis: quia uero maxima pars hominũ litteras nescit/ neq; idonei sunt qui poetarũ ac philosophorũ uerba, sensumq; percipiant: alia quædam retia rudioribus his capiendis, retinendisq; comparauit: instituit enim pictores, fabrosq; ferrarios, quiq; faciendis simulachris opifices ligno, lapideq; utuntur tales eorum figuras qui uocantur dii, pingere, cudere, conflare, effingere, quales illi fabulatores suis pridem uerbis expresserant: ut haberent, hii quoq; proposita flagitiorum exempla, quiq; participes lectionis, sermonumq; esse non poterant: ita saltem fœdissimas imagines intuendo execrabili doctrina minus carerent, atq; horum artificum simulacris non solum templa complerunt, sed fora, sed uicos, sed locupletum nirorum domos: quoquo enim te uertas, est uidere eos, qui falso dii nominantur, amare pre libidine rabidos ferri: in Venerem concitari: patremq; deorum tauro, aquila, cygno dissimulatum: eoq; pacto amicis fœminis cõmisceri: Mercuriuю uero sermonis presidem, hyrcum effectum Pana filium genuisse caprinis fultum cruribus, & cornibus pręmunitum: quid enim dicam Pythii Apollinis ardores, Daphnesq; uirginis temperantiam? quid eundem Apollinem lauri truncum brachiis amplectentem? Quid a Plutone raptam Proserpinam? Quid errores Cereris matris? hęc enim omnia & poetæ fabulantur: & Theologi uestri comprobant: philosophi autem grauissima quidem illis mysteria coaptare contendunt: quanto uero magis id student, tanto magis ridiculam fabularum allegoriam adducunt his itaq; diis, infestus homini demon, festos dies, cerimonias solemnes, populariaq; conuiuia celebrari instituit, suis quęq; nominib9, ac titulis insignita: Ioui qđẽ Pandia, & Diasia herea uero Iunoni, ac Mineruę Panathenęa: Baccho aũt patri Dionisia: Cereti Eleusinia, & Thesmophoria, Apollini Delia & pythia: cęterisq; pterea oib9 quoq; sane & magna est turba, suas

cuiq; solemnitates dicauit: & singulos; demonum nomine eas uocans: Hermea Mercurio: Possidonia Neptunno: Herculi Heraclea, Asclepia: & Panacia Esculapio: neq; uero is solum quos deorum nomine dignabantur: sed hominibus etiam ipsis cultum hunc pietatis exigebant: in huiusmodi autem conuenticulis omne flagitiorum genus patrabatur, initia enim Ceteris: & liberi patris orgia eos; scelerum quędam inuolucra prętendebant: Eleusis namq; pectinem ostentabat: uererum aūt phallagogia libero dedicata: sed enim citra enigmatum hec inuolucra ipsa quoq; orgia, qui a celebrantibus fieri cernebant: ad omne flagitiorum genus spectantes facile incitabant, quis enim uel salacissimę homo libidinis intra cubiculi penetralia: ea patrare unq̄ est ausus, quæ satyros; Chorus publica in pompa flagitiose exhibuit: Cum Sylenum Pariaq; in medium acceptos circumferrent, hunc quidem in baccas rabida libidine irruentem illum uero quem effeminati adolescentis esse pedagogū aiunt ebrietate nimia resolutū: hisce diis ueteres centenis; millenisq; mactatis bobus rē diuinā facere itegros illi ouiū greges integra boū armēta iugulare, Thus adolere, uinū libare, hec enim fieri deos; sacerdotes uidebāt: aiunt uero poetę ualde illos gauderē suis libaminibus ac nidore: ipsosq; testari solitos, hoc sibi decus, hoc ueluti p̄miū esse reliquū ca q̄ potissimū eā libēter, ad Ethiopū sacrificia ꝓficisci: hectoreq; illis omni diligētia, omniq; cura dignū cēseri: q; illos; aras nūq̄ uacuas sacrifitiis passus ē esse: sed neq; Chrises Homeri uersibus celebratus, Appollinē cuius ipse sacerdos erat, suę ꝓbitatis: modestieq; submonuit: sed pingui um coxas; quas cesis Tauris Caprisq; adolebat: ut uero deū sciatis nec sacrificiis indigere, nec musicis instris: audite q̄so quę ꝓphetas suos nobis loquat: nō accipiā de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hircos: meę enim sunt oēs bestię; agri iumenta in mōtibus. & boues, cognoui oia uolatilia cœli: & pulchritudo agri mecū ē his itaq; uerbis, ꝙque oia repulit q̄ lege prius offer-

ri uidebať,neq̃ terrestria solum & uolatilia,sed ipsius quoq̃ libamina/oleũq̃ q̃ cũ similagine ac placentis inferri templo mos erat: hęc enim agri pulchritudinẽ appellauit,iuxtaq̃ hęc & illa esse sua testatus est opera: ita quodãmodo nos erudiens hmõi rebus deũ nõ indigere: Tũ uero non sine quadam eleganti, sed tñ utilitatis plenissima ironia, ignorantiã eo℞ redarguit, suãq̃ ipse auctoritatẽ,patientiãq̃ ostendit, sic enim inquit, si exuriero nõ dicã tibi meus est enim orbis terrę &plenitudo eius: p hęc aũt uerba & mũdi opificio & suo in eũ dñatu manifeste ostensis, q̃ prius hironice dixerat, moderandũ curauit: inquit enim, nũquid mãducabo carnes tauro℞: aut sanguinẽ hirco℞ potabo: cũq̃ ostẽdisset superflua esse penitꝰ sacrificia, esseq̃ deo prorsus indigna: nouũ quendã sacrificii ritũ posuit, q̃ arã quidẽ cruore effuso minus imbueret: sed q̃ lingua dũtaxat labiisq̃ fieret: ait enim immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua: ne quis autem uestrum opinetur hæc solum Propheta Dauid scripsisse, audite quęso qualia sint quæ deus per Esaiam locutus est, ait enim: quo mihi multitudinem uictimarũ uestrarum dicit dominus, plenus sum holocausta arietũ, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo: neq̃ si ueneritis in conspectum meum: quis enim exquisiuit hęc de manibꝰ uestris, sic enim per os Dauid huiusmodi sacrificiis, ritibusq̃ sublatis sacrificium laudis offerri iussit: ita & hoc loco per Esaiã cuncta eo porro eliminans, incorruptionis baptisma, regenerationisq̃ proponit: sic enim inquit / lauamini mundi estote, ne quis autem putaret iussisse illum per Esaiam ut consuetis lotionibus uterentur necessario addidit/dicens: Auferte mala ab animabus uestris a conspectu oculorum meorum: hęc autẽ uerba ostendũt baptismatis scti donũ, Theophrastꝰ inquiens priscos hoĩes/neq̃ thus/neq̃ sacrificiũ/neq̃ ullas uictimas solitos eẽ offerre/sed pauxillũ decerpti fęni/ tãq̃ genitabilis rei partẽ mãibꝰ alte sublatũ flãmis ĩponeŕ cõsueuisse atq̃ ita demũ apparẽtes cę

lestes deos excepisse:tum & post alia q̄ plurima ita subsequitur deos(inquiens)nullo pacto habendos esse,qui sibi rem diuinā fieri cesis animantibus gaudeant:esse enim iniustum, impium scelestissimum facinus mactare diis animalia:ideoq; ne ipsis q̄dem hoc contigere gratis:addit autem & hec amplius,ꝙ merito Theophrastus prohibet rem diuinam fieri animatis rebus, ab iis qui ueram pietatem colere studeant, multis huiusmodi usus rationibus ad suam hanc sententiam comprobādam:mox autem ostendit,quæ diis immolari conueniat,inquit enim, at qui ea decet immolari qbus immolandis nihil detrimenti cuiq̄ inferatur.nihil est enim ꝙ ęque cunctis innoxium esse debeat: atq; ipsum sacrifitiū:rursusq;,abstinendū ē itaq; animalibus,in faciēda re diuina,reuocat ꝑterea in memoriā q̄ factę fuerint hominum cędes:inquiēs mactabatur enim decimo sexto kalēdas Nouēbris hō apud Rhodios, ī honorē Saturni:ꝙ cū ꝑdiu seruatum fuisset,in cōsuetudinē habuit:quendam enim ex iis qui publica sententia dānati essent ad capitale supplitiū ad usq; Saturnalia uiuū asseruabāt:tum uero ait & apud Cypriā Salaminā hominē mactari solitū,gręcos itidem cū ad bella ꝓgrederentur ab humana cęde auspicatos fuisse,aliaq; ꝑ multa in hāc sententiā Porphyrius narrat,scribit & Philo historicus Aristomenē Messenū trecētos olim homines Ioui Ithomio imolasse: Plutarchus quoq; cōsona his testaẗ:aliiq; cōplures historici eadem nobis memorię ꝓdiderūt,quin & tragici poetę huiusmodi cędes suis tragediis decātarūt:quas Męnecei qdē apud Thebanos apud Atheniēses aūt Codri & Lei filię ꝓtulerūt:pronū uero est hęc omnibus edoceri q̄ ueterū historiaꝝ libros in manus sumāt ita enim facile cognoscēt,eoꝝ iussu q̄ falso dii nūcupanẗ:has uictimaꝝ cędes institutas fuisse:at uero mūdi pater ac dn̄s hāc iniquitatē per os dauidicū detestaẗ:inqt enim:& sacrificarūt filios & filias suas demoniis:& effuderūt sanguinē innocentē,sanguinem filioꝝ & filiaꝝ suaꝝ,quos sacrificarūt sculptilibus Chana

am:& per Ezechielem:ita quoq; conquerens ait:& accepisti filios tuos:& filias, quos genuisti mihi:& aduxisti eos amatoribus tuis hos super omnem fornicationē tuam:hęc itaq; passim gręci, Romani, Egyptii, Hebrei, gentesq; alię facinora perpetrabāt postq̄ uero Deus noster hominūq; seruator Christus apparuit illa quidem prorsus extincta sunt:sacrę uero Euangeliorum leges, nationes melius Ciuitatesq; moderantur: pręter alios uero & Sophocles Atheniensis tragediarū scriptor, eas immolationes hominū Tragice detestatur:pie quidem de Deo locutus, sapienterq; insectatus Demonum simulachra:sic enim inquit unus profecto, solus est unus Deus, Terramq; fecit:& polorum uertices, pontiq; fluctus:& sonora flumina:sed nos sopore corde mortales uagi, statuimus hoc solatium mētis leue:simulachra diuū e marmore, aut ex ęre, Elephantinoue ex hebore:fuluo ue ex auro:quis sacra, cetusq; & coronas affatim dantes putamus sic piū persoluere:Ne enim soli nos sed uestri quoq; poetę, historici, at philosophi, huiusmodi ritus plāe irridēt, q uobis diuini:sanctiq; habent:Ego aūt puto & Sochratē Sophronici Mercurio imolari gallū iussisse, ut illatū crimē refelleret:quippe quē Anistus & Melitus, ut inmortales deos abnegantē detulerūt:alibi enim Sochratis idē manifeste ostēdit deū nequaq̄ uictimis indigere: nā & hoc quoq; Sochratis dicta sunt, si modo illius sententias Plato litterarū monumētis mādauit, nullius enim inqt necessitatis usus ue sui cā Deus hūc mūdum fecit, ut honores uidelicet ab hominibus diis ac demonibus refert, q̄ si ꝓuentum sibi quēdam ꝓ rerū gubernatiōe deposceret a nobis quidē uiscerationū uapores a diis autē ac demonibus ꝓpria cuiusq; ministeria, & officia, his itaq; uerbis Sochrates plane ōndit, nullus quidē rei deū ingignū eē nihilq; haberī aliud eiusmodi hostias p̄ter fumū ac putore qdē multo grauissimū, q̄ uos & a p̄ceptoribus uris ꝑdocti a sacris iā monumētis, uñ illi pluria cōpilarūt:diuinā doctrinā uris ī pectoribꝰ cōfirmātes, q̄ cauponibꝰ laniisq; coueniūt

ſacrificia deteſtamini:ſacrificiũ uero laudis creatori Deo offer/te:uobis enim perſuadere hoc debent, non leges a principibus latę,neq; ſuppliciorum metus,ſed ueritatis potentia, quę iam maris ac terrę incolis omnibus eſt notiſſima:ſiquidem impuriſſimi illi demonum ſpiritus fuere,qui mortales ad nefanda fla/gitia & facinora impellentes,ut Clemens: Paulus: Euſebius:& alii illuſtres edixere:quod maligni ab iſta demones humanum genus intruſerunt:quis per ſe ipſum pateat tamen inde quoq; apertius uidebis ſi adulteria:& fornicationes gentilium/ quę uſq; ad hũc diem in Heliopoli phœnicię:multiſq; aliis in locis peraguntur,in mentem tibi ueniant,quaſi enim primitias quaſdam diis debitas turpiſſimas huiuſmodi operatiões in templis offerũt:nam ſi nec homines quidem modeſti,ac mites cędibus: & ſtupris letantur:quanto magis dii aut boni demones, ab his rebus erunt alieni ſi uero quiſpiam obiiciet,malignos quidem eſſe demones,eos qui hęc petũt:alios autem illos bonos, quos maxime tanq̃ ſaluatores uenerantur: quęrendum nam ubi iſti ſaluatores ſui quos colũt ſint:& non poſſunt malorum uim ab huiuſmodi facinoribus:atq; flagitiis auertere,quomodo autem boni ſunt ſi malos demones non depellunt,ſi cultoribus nõ auxiliantur:aut cur humanum piumq; hominum genus atrocitate malorum demonum uexari permittunt? Cur etiam non admonuerunt homines,non ut Deum honorare ſed ut pernitioſum demonem odiſſe illum:cui hęc iniqua:& turpia placerent: quomodo ergo uerum iſti Deum colunt? qui nec Rhodiis,nec Salaminiis,nec Heliopolitanis,fugiẽdos eſſe prauos demones ſignificauit:nec malignum Iunonis ſpiritum,cui tres quotidie homines ſacrificari ſolitum ab hiſtoria didicimus:contemnendum unq̃ eſſe dixit,nec Chios docuit,nec membratim crudeliſſime diſcerptum hominem Dioniſio immolarent: nec Tenedos ſimiliter,non prohibuit Mauorti hominem ubiq; offerri: cur igitur eum colunt;qui uel in liberos prauis demonibus iugulantes

gulantes nequaq̃ defendit: nec dixit in Laodicea Syriȩ ubi sin-gulis annis uirgine litabatur pernitiosum demonem habitare: nec in lybia atq; Arabia ubi adolescentem sacrificantes sub ara sepeliebant: hęc omnia uetus deus quem colunt quomodo non admonuit facienda non esse? incestus etiam & ad ulteria uetus ille ac bonus Deus quomodo non docuit? uero Deo, & bonis demonibus placere non posse? q; nullus unq̃ pręterq̃ Deus noster qui solus deus est, fecisse inuenitur: is enim per Mosen uniuersos pręmonuit homines non esse colenda demonia e contra uero repellenda, contemnendaq;, tanq̃ pernitiosissimos spiritus, templaq; ipsorum ac cerimonias quibus honorantur sic esse delenda, ut nulla eorum extet memoria: qui uero adeo maliciose humanum genus inuasere: tantamq; uictoriam amentia hominum consequuti sunt, ut si colligere in unum quę ab historicis suis dicuntur, uolueris uniuersis istis sceleribus orbem spiritibus subiectum fuisse inuenies: Grȩciam, Aphricam, Traciam, Scithiam, prudentissimorũ Atheniẽsium gentem, ipsam quoq; magnam urbem, siquidem etiam ibi diabolis homines iugulabantur: Rhodium pręterea, Salaminia, insulas omnes, Chium Thenedum, Archadiam, Lacedemonia, Egiptum, Phœniciam Lybiam, Syriam, Arabiam: ubiq; usq; ad tempora Saluatoris nostri, doctrinę fulgor orbem illustrauerit: historicos enim suos iam audiuimus ad Hadriani usq; tẽpora facinora, atq; flagitia illa fuisse portenta, eius uero imperatoris temporibus turpitudinem hanc omnem intellectam, & contemptam fuisse illo uero maxime tempore saluatoris Euangelii pr̨edicatio per orbem in modum fulguris coruscabat: mentiuntur autem quando rebus uicti prauis se demonibus sacrificasse negant illos enim adorabant, illis homines cędebant, ad honorem illorum turpissima admittebant flagitia, quos deos maximos & putabant & appellabant: Saturnum enim, Iouem, Martem, Dionisium, Iunonem, Mineruam, Venerem, & sapientissimum, atq; pul-

cherrimum Apollinem optimos ac maximos deos, ac deniq; saluatores esse predicant: Isti ergo perniciosissimi illi demones sunt: nam si huiusmodi sunt, qui cęde hominũ gaudent (gaudent autem isti quibus nisi homines immolentur ferre nõ possunt) scelestissimi certe spiritus esse conuincuntur, siue ipsi talibus gaudeant q; dubitari non potest, siue aliis hęc offerre permittant: Cur enim si boni sunt spiritus, his sceleribus malignos placari demones iubentur? Cur adeo errare homines patiuntur? ut ad colendos prauos demones ignorantia deductos despiciantur? Cur huiuscemodi humanum genus seruire spiritibus non dedignantur? Cum oporteat si boni dii sunt longissime ab hominibus omnem falsam religionem diuina sua uirtute, prędicationeq; integra pellere: an pater bonus non negliget filium a prauis hominibus circumuentum: nec humanus dominus seruum, nec dux belli, ad captiuitatem suos milites duci patietur, si aliquo eis poterit modo prouidere: nec pastor lupis pecudes tradet: dii autem boni qui miseros ut dicunt homines tutantur: qui pastores, & saluatores, & reges, patres, & domini nuncupantur, inimicis demonibus quasi atrocissimis belluis, homines a quibus pie coluntur, crudeliter trucidandos tradet, nec propugnabunt & protegent imbecillum genus hominum, nec hostes & prauos spiritus tanq̃ immanes bestjas longe a grege hominum fugabunt: nec docebunt homines qui se, remq; suam illis commendant non colendos se fugiendos esse prauo spiritus: quando igitur hęc non faciunt nec unq̃ fecerunt, immo uero e contra oraculis, atq; responsis suis homines immolari sibi petebant, & turpissima flagitia in templis offerri, re ipsa patet pessimos, & iniquissimos esse natura, quomodo autem dii sunt, aut omnino boni demones, qui bonitate ab hominibus superantur: Iniquũ enim Porphirius scripsit non dico homines solum, sed etiam q; multo minus est animalia bruta occidere: quare immolationes huiuscemodi mo

desto atq; prudēti uiro fugiēdas nec placādos spiritus sanguine sed animi uirtute repellēdos cōsulebat:mūdū em̄ animū nō iuadunt, qm̄ eis dissimilis ē qm̄ igit alios bonos, alios malos demones putat, age iam uideamus, certisq; rationibus approbemus malignos esse omnes demones, quamuis gentilitas loco deorū eos ueneretur: q̄ quidem hoc modo monstrare conabimur: omne q̄ bonum est, non prodesse, non potest: & e contra q̄ malum est demones autem: & dii gentilium, Saturnus, Iuppiter, Iuno, Minerua: & similes, ac inuisibiles uirtutes quæ in simulacris, & per simulachra operantur, non solum brutorum immolationibus animalium: q̄ iniustum, & abominabile Theophrasto & Porphirio uidetur, uerum etiam cęde, ac sanguine hominū summopere gaudent: quomodo igitur boni demones isti erunt & non scelesti, atq; perniciosi spiritus: quanto pręclarius diuinum illum spiritum sanctum amplexi fuissent: cuius laudem: & si plurimum infligere nixi fuerint, ut pręclare eos confutarent Didimus, Athanasius, diuus Hieronimus, Basilius, Aurelius: & alii illustres antistites, ut Aprutinus presul etiam memorat: siquidem Saluator noster remigraturus in Cœlum ne discipuli quos ad aperiendum ueritatem: & nomen suum sanctissimum prędicandum relinquebat in terris, sine duce: & preceptore destituti esse uiderentur, pollicitus est se missurum illis e Cœlo spiritum sanctum, ut quæ opus essent edoceret, cuius ope fieri contemnerent minas, cruciatus perferrent omnibus in rebus constātes essent: quinquagesimo deinde postq̄ surrexit die, quæ ipse suo ore prophetarumq; testimonio erat pollicitus, discipuli expectabant adimpleuit, Claro die hora tertia, quum unum in locum conuenissent omnes auditus est sonus e cęnaculo cognitus spiritus, uisus ignis accepta lux domini, intellecta maiestas Cum tot, tantaq; sint religionis Christianę testimonia clarissima: illud semper maiores nostri maximum: atq; certissimum putauerunt, quoniam nihil est signatum, aut promissum in lege

ueteri, quod in nostra nõ fuerit expressum/aut absolutũ nec quicq̃ absolutum aut expressum in nostra quod in illa non signatum extiterit, aut promissum: Moses egressus Egyptum cum agnum sacrificii immolasset Phasen (transitũ latine dicimus)Hębreorum ritu celebrauit: quod fugientes Pharaonem cędentibus aquis Egyptum pelagus incolumes pertransisset: quinquagesimo deinde die post hostiam mactatam in Synai monte legem, tęstamentiq; tabulas accępit: & in fumo nubeq; accępit, eos deinde dies hębrei quot annis, quod seruitute liberati, legem qua in uita domini ambularent accepissent, summo honore, maximaq; pompa celebrarunt, dixeruntq; immolationis tempus Phasen, idest transitum/quem diximus/acceptę autem legis anno dierũ Pentecosten: idest quinquies decies appellarunt, statueruntq; nouas cerimonias, panem noualem ex primis frugibus offerri in templũ, æs alienum populo remitti, & inmunitatẽ omnibus concedi decreuerunt, atq; in lege ueteri, hęc fuit umbra, uideamus nũc quod extiterit corpus in nostra: agnus immolatus xp̃s est qui in expiationem populi electorum ligatus est: ad aram ductus est: in cruce mactatus est: phase nostrũ Christi fuit pasca, idest transitus nostrę mortis ad uitã, pernitiei ad salutẽ: damnationis ad gratiã, quinquagesimo postq̃ surrexit xp̃s die, uenit spiritus legẽ daturus: primũ hebreę promissam igne signatã: a Moyse postremo: tandẽ a xp̃o ip̃o cõpletã: nec uenit in nube, cũ gratiæ inundasset pluuię: nec in fumo quũ ueri splendoris charitas illuxisset, nec panẽ attulit noualẽ, cũ iã panis uiuus descendisset e cœlo nõ ex noua & campestri demessus segete, sed ex nouorũ pręceptorum fermento cõcoctus remissa in pecunia a creditoribus: quamuis enim id posset: sed peccatorum obligatio dissoluta, quæ solius principis dei est posse dissoluere: nec uni apparuit Moysi legem daturus in monte, sed omnibus se infudit apostolis, in cœnaculo in loco celebri/ nõ deserto: in cœtu hominũ / non in solitudine: uenit igitur spiritus sanctus / quoniam promissus a

Christo Apostolis a Prophetis omni carni, super omnem enim uenit carnem, quum superuenit apostolos: cum sint duodecim, totidem tribuum capita esse uideantur, quæ genus humanum, quantum est cōplectantur totum: uenit claro die, quoniam dissipatus priscorum tenebris lucem nobis ueritatis clarissimum attulisset: hoc enim inter spiritum sanctū & Phytones illos ueterum nocturnos interest: q illi in tenebris ueniebāt: spiritus sanctus in luce: illi noctu, spiritus sanctus interdiu illi ambagibus cōuoluebant spiritus sanctus omnes depellit ambages illi quos adibant, reddebant attonitos, & furore extra mentem rapiebat: spiritus sanctus: & q̄ letissimos facit: & mentes ratione consilio: atq; omni uirtutis genere corroborat, uenit hora iā tertia, ut qui hora iam tertia decepti fueramus ab hoste, per parentem primum in paradisum, tertia hora restituti: atq; illuminati essemus p apostolos a spiritu sancto, in cenaculo, uenit ēt hora tertia, q ea hora maiorum instituto patronis, causidicisq; patere: quum cause forenses agerētur: & spiritum sanctū, paraclitū dixerūt: greci nostri patronum: & defensorem inuerterunt: itaq; hora patrocinii ad apostolos qui sui erāt clientes patrocinium defensionemq; descēdit: uenit in flamma, quoniam in fumo fuerat pręsignatus: fuerat in Mose fumus: factus est ignis in Christo, fumus uenturū ignem indicauit: flāmam ignem iā uenisse declarauit: hic cumulus, hęc summa oriētis fuit fidei, ut ceteris in rebus fuit apparatus: hic nuptię factę eē uideanť religio xp̄ana q in Christi natali cœperat: cœpta creuerat, creta atq; aucta testamēto pefecta est fundata, stabilitaq; omnia: apostolos animi ardentissima erga dominū, succēsi charitate: & illuminati: & ad acerbissimā queq; subeūda parati facti sunt: quid. n. pderat crucifixū esse Christū, & mortuū reuixisse, nisi fuissent qui ita factum testarentur: testari autem quo pacto fuissent ausi: quibus tot cruciatus: & supplitia preponebantur, nisi fuissent diuinitus cōfirmati: Iudas xp̄m prodiderat: negauerat Petrus: cęteri

diffugerant: Thomas dubitauerat: pertimuerunt in nauicula: ueniente & loquentem non agnouerant: erant hęc fidei debilia fundamenta mutabãt bases: & leui perculsę metu quatiebant: quid facturi fuissent in eculeo, tormentisq; aliis atrocissimis, q etiã nemine torquente defecerũt? aut quo pacto credituri fuissent cęteri: cũ uel ipsi assertores, ac discipuli dubitassent: qua opus fuit presidiis ualidioribus, quibus minus contemnerent, cruciatus perferrent, per ignem, aquamq; transirent: non deũ ubiq; testarentur, magnifice extollerent, intrepide predicarent/ & quos uerbis nõ possent, miraculis prouocarent: quamobrem uenit spiritus sanctus, ꝓmulgaturus legẽ spiritalẽ, laturus presidiũ his qui essent, cũ tot uariarũ gentiũ, falsis ac impiis superstitionib9 pugnaturi cõfirmaturus animos suoꝝ athletarũ, quibus sciebãt ferrũ, ignẽ, cędes, & crudelissima quęq; ab impioꝝ manib9 esse subeunda daturus suis buccinatoribus, linguã erudita, flãmeã ardentẽ, ut cęteros eadẽ qua ipsi ardebãt charitate succenderent, illustraturus: ita suoꝝ corda, ut neq; cõcilio uinci a quoquã possent, neq; scientia superari: Iã cur uenerit spiritus sanctus uidimus: nũc qbus modis uenire soleat aperiamus: modos qdẽ multos, sed tres ꝑcipue fuisse cõstat: afflatũ: imitationem: accensionẽ: afflatũ halitũ fuisse cõsuesse: ut cũ apłi a xp̄o cęteri uicarii manu ab apłis afflarent: quo genere saluator anteq̃ migrasset ad cœlũ apostoloꝝ uultus inhalauit: ut essent qui cœlestẽ nacti potestatẽ, & auctoritate freti dñica hominũ possent peccata dimittere: sacra cõficere: ritus immutare: initiationes facere: fidẽ stabilire: religionis statũ ordinare: deinde est mutatio/ hęc & sanctior fuit cęteris/ & maioribus in rebus adhiberi solita, ut in colũba mitteret: quę res & ipa a Noe signata, a xp̄o expressa est. Quippe & ille columba nũtiante a qbus liberatus, & his aquis eadẽ supra ceruicẽ sedente baptizatus est: omnium animantiũ, quę cœlo spatient/ & fœcundissima est columba/ & simplicissima: nã & singulis ꝓpe incubat mensib9, & sine frau

de, sine studiis, foris candida, intus candidior, sola ex animan-tibus carere felle, & bile existimat: quã ob rem uisum est cõsentaneũ, ut quos hostis noster sub serpentis auerterat calliditate: eosdem spiritus sanctus sub columbę simplicitate subleuaret: mitis est: amica est: nobiscũ habitat: & nostro letatur aspectu: contra serpens squallidus, spinosus, luridus, totus fallens, & uirulentus nobis, uitęq; nostrę insidiatur: fugit a conspectu, & per latebras obreptans: quocũq; serpit uomit, spargitq; uenenũ: & mortem nostrã quã nobis olim animę intulerat, nunc etiam corpori ut inferat dentibus habet, absconditã: fitq; natura senti ente affectus, ut serpentis occurso improuiso expauefacti, tanq̃ ab hoste, & animi, & corporis capitali exterreamur: colũbę ad-uentu gestiamus nobiscũ taciti: Veteres augures quoq; auspicia nunq̃ prisci homines cõtempserunt occursu serpentis qui callũ interturbet insidias nobis fieri, & cędẽ ꝓpinqui, aut piculũ ali quod impẽdere maximũ crediderunt/ colũbę aduolatũ q supra uerticẽ fiat/ gratiã/ opẽ/ beniuolẽtiãq; ꝓmittere: Idẽ etiã somnio rũ interp̃tes putauerũt, serpentẽ in somnis maledicos, detracto res/ susurrones/ & id gen9 hominũ portẽdere: columbã oĩa q̃eta, amica oĩa benigna polliceri: an putamus cõiectores / quoq; aris diu retẽta est a priscis temere ita iudicasse? sentit inquã natura/ sentit odiũ/ sentit amicitiã/ uidit unde acceperit mortẽ: uidit un de uitã recuperauerit: & in natura transiit quicq̃d in Ada conce ptũ est: Eripuit nobis uitã serpens, cũ illi eripuit/ infecit/ & uoli tauit naturã omnẽ, cũ Adã in quo oĩs collecta erat natura uiola uit: Columba pacẽ ac salutẽ nuntiauit humano generi: cũ Noe in archa nuntiauit, ubi totum humanum genus continebatur: etiam prisci illi qui nostram hanc lucem non aspexerunt deoq; obuoluti opiniunculis columbã rerum maximarũ internuntiã putauerunt: Traditũq; est Mutinensi bello lr̃as. D. Bruti collo alligatas ad Romanos cons. detulisse, poetę uero nõ semp stul ti, & pacis nuntiã, & amori sacram cecinerunt: unde putamus

aliunde q̃a Noę poetas usurpasse, ut pacis conciliatricē: & amori dedicatam appellarent Columbam, nisi quoniam Oliuę ramum quę arbor pacem habet ad archam referens pluuiam iam cessasse aquas recedisse, dominium pacatum esse nuntiauit: his de causis factum est, ut spiritus sanctus, qui totus est amor, fecunditas, in fecunditatis aue resideret: Postrema est accensio quum uenit in ignem, duabus de causis comparata: altera ut apostoli quanta maxima possent charitatis flamma accenderētur: qui essent & ipsi alios accensuri: Altera ut quandam nos similitudinem spiritus sancti: & ueluti cognationem, quanta mēte capere possumus: ex re prope simili caperemus: qua enim re ostendi potuit expressius magnitudo Charitatis /quæ totā feruet, ebullit, ardet beniuolentiā, q̃ si per ignem & flammam eēt ostensa: tu uero quisquis es ita senti, nullum ęstum, aut incendium, nullam uel ardentissimam fornacem tantos iniicere uapores, rebusq; incenduntur, quantus spiritus sanctus charitatis iniicit studium atq; ardorem, his quorum mētes, uel semel uoluit attingere: atq; eo plus iniicit, quoniam ignis & flamma aliquando tandem extinguuntur, spiritus sanctus ubi semel illuxit, semper plus sumit uirium, & magis exardescit: & quantum comparari possunt creata ęternis: Eadē spiritus sancti atq; ignis simillima natura est: ardet hic ardet ille, illustrat unus illustrat alter: hic sordes, hic peccata depurgat solus ignis ex rebus oībus quas superior natura subter Cœli regionē collocauit semper sursum enitit, ad alta surgit: ad Cœlū contēdit, solus ē spiritus sanctus q mortaliū mētes ad supernā & Cœlestē sedē erigat eleuet exuscitet ignis nunq̃ cōputrescit, spiritus sanctus nullā capit labē qua inficiat cōmunicatus ignis, nihil imminuitur, cōmunicatus spirit9 sanctus semp augeť: atq; hic solus ē ignis cuius lux sine caligine ē: flāma sine fumo, rogus sine cinere, scintilla sine rubigine: ardet non adurit: inflammat ardore non consumit incendio; hic ille est ignis Helię, qui surrexit quasi ignis, uer-

bumq; eius quasi iacula ardebat: hæc illa flamma qua cœlestes animantes dum summo principi concinunt/atq; assistunt/erga illum ardere, & conflagrare non cessant, unde quos hębrei seraphicos, nostri inflammatos, atq; accensos appellarunt: hic ille Egyptiorum ignis, qui spiritum omnia conficientem, & commiscentem atq; illustrantem igneum esse, & flamma constare uoluerunt, hęc illa poetarum furta, qui ignem clam cœlo subreptum, ac pectoribus iniectum humanis, mentem infudisse, inhalasse animam, & uitam inspirasse confinxerunt: ita ut cum nihil in terris pręclarius ac lucidius igne, nec scelerius quidq̄ ageret, uehementiusq; accéderet/uisum est extimasse deum nulla re conuenientius infundi spiritum sanctum apostolis potuisse: quam igni, qui non solum ad capiendam charitatem esset accomodatus: sed q; magis uolebat, etiam ad communicandam, quare non in robore corporis, quo decertaret, aut pedum celeritate quo fugerent, datus illi spiritus sanctus, sed in lingua, qua communicarent cętera membra nostra, qui bus audimus, uidimus, sentimus nuntii sunt, & fenestre rerū externarum quæ inde intelliguntur sola lingua ad cōmunicanda consilia, cogitationesq; nostras adinuenta, non q; fiat, aut dicatur a cęteris aperit nobis: sed aliis potius q; ipsi sentiamus ostendit cordis atq; animi nuntia: lingua est ianua mentis, testis memoriæ, ministra rationis, dux humani commertii, ita cum essent pandenda archana dei, aperienda mysteria, ostendenda uia domini/datus est apostolis spiritussanctus in lingua ut hæc gentes possent edocere cum lingua, nec una data est lingua, cum non esset una ratio suadenda, uarietatem linguarum quæ uidebatur uarietas nationum apud quas erant dictu ri faciebant, ut quorum sonus in omnem esset exiturus plagam, remotissima quæq; intelligi & percipi posset in terra, audiendus, & cū non satisessent carneę quę loquerent/addite sunt igneæ quæ succenderent/opus erat sermone ardenti uerbis

flammigerantibus,quę adirent mentem,penetrarent animi intimaa,ccenderent ac inflammarent pręcordia ansatis erat adhibere mediocritatem dicendi,his qui uellent suadere deum hominem factum conceptum sine congressu, natum ex uirgine, mortuum resurrexisse,ascendisse in Cœlum cum corpore, rediturum in terras cum corpore: & resurrectionem mortaliumfacta diiudicaturum qui uellent euellere atq; extirpare ueterem opinionem,plantare nouam fidem,delere ritus maiorum,afferre nouos,extinguere pręcepta patrum: inuehere sua: an inquã erant hęc quæ humanam exposcerent linguam,hac nostra mediocritate dicendi contenta:proh Deum inmortalem quę flamina uocis,quæ uerborum tonitrua:& tempestates esse oportuit quę orbe toto hominum pectora ferirent, quęrerent, raperent, ac inflammarent,ardebant qui audiebant,ardebant qui loquebantur:estq; paucorum annorum spatio religio Christiana tanta propagata,quanta utinam nũc teneremus,an erat hęc aliud q̃ lingua quæ fulminabat:q̃ spiritus quo rapiebantur quam diuinitas,quæ hominum pectora diuellebat,uenit itaq; in flamina spiritus sanctus,ut dei amore animos hominum conflammaret, lingua ignem amoris accœperunt apostoli, ut amoris ignem lingua in cęteros coniectarent, incensi ferebant supplitia, quoniam ambulantes.incensi oppetebant mortes quoniam dei amore moriebantur, quare ad amorem ipsum transeamus amorem diuinam, causam, atq; initium rerum omnium, non modo nostri, Egyptiorumq; Theologi arbitrati sunt: sed pleriq; etiam ueterum philosophorum putauerunt: eumq; per omnem infusum mundum Cœlum,aerem,terras, mariaq; complexum hominem ad suam gloriam, cęteraq;, quæ aut oculi possunt uidere, aut mentem concipere ad hominis ipsius utilitatem procreasse, esse autem amorem supremi principis dei liberalem, ac beneficam uolũtatem,qua se

ipsum primum filiumq; complectitur, deinde in hominem, postremo in omnia extensam & propagatam, in angusto res agit, uerbum uerbo reddendũ est, pater se ipsum intelligens, gignit filiũ in quo sibi bene complacuit: hii dum sese mutuo complectuntur, procedit amor, & quia se infinite bonos intelligunt: infinite se amant, amoris enim initiũ bonitas est, hunc amorẽ alii spiritum sanctum, alii charitatem, alii donum, plerique amorem appellarunt: nobis amorem placuit nuncupare: is ex duorum patris & filii cõnexu ut uidetis procedit: nec ita procedit ut illi antecedant: hic subsequatur, par ętas est omnium, non quod aliquando cęperunt, qui fuerunt semper, sed quoniam nobis uenit in mentem, ut sic uicissitudinem illam diuinitatis interpretemur, appellamus patrem, quia non filii gratia uxori operã dederit: appellamus filium non quod editus sit in lucem puerperio: dicimus spiritum sanctum procedentem ab utroq;, non ab illo, tanq̃ auo, ab hoc tanq̃ patre uenientem: similitudinem rerum aucupamur, non res ipsas attingimus ut gigni eũ dicamus: qui cum semper gignatur, nunq̃ cœpit, aut desinit gigni procedens amorem censeamus, qui cum semper procedat: nunq̃ cępit desinitq; procedere, non mensurantur temporibus qui tempora condiderunt, & fuerunt ante tempora, ita qui gignit ab omni ęternitate genuit, qui est genitus ante omnem ęternitatem est genitus: qui procedit, nihilo fuit posterior, q̃ hii ipsi unde procedit: quas tu mihi nectis ambages dicet aliquis, procedere amorem dicis, age queso a quo procedit? num ab eo qui non prius fuerat? ridiculum est non ante fuisse qui gigneret: q̃ esse qui gigneretur; nec ante fuisse a quo procederetur, q̃ esse qui procederet: Cęcutientes & lippi sunt fateor mortalium oculi: non facile possumus hæc introspicere qui caligamus, sed prospicimus tamen: neq; enim est aliud is qui gignit, q̃ qui gignitur, q̃ qui procedit eadem res est: si modo res dici potest, qui supra omnẽ est rem, & rebus omnibus dedit, ut

essent:Solem,radios,lucem,unum Solem esse:dicimus Sol radios,radii & Sol lucem pepererunt:nec Sol ante radios,nec radii ante lucem oriuntur unum quum aspexeris,omnes aspexeris,& tamen non est lux hęc:quam aspicis in terris,& nimis penetrat in templum corpus illud scintillosum,quod intueris in Coelo:sonus in uocem,uox in uerba pręrumpit,nec potes inficiari id totum esse sonum,aqua e fonte in flumen in riuulos deducta:ubique aqua est:non omnino possunt comparari creata ęternis:quia hęc possunt deficere,&cessare,ęterna non possunt:qui igitur duabus illis diuinis,cœlestibusque personis procedat hęc tertia de qua nūc agitur,& amorē appellamus existimare oportet hunc amorem ęternum esse sempiternumque futurum:ęumque esse ut ante dicebamus:diuinam uoluntatem,qua se inectit,immiscet,atque inserit rebus omnibus,& conciliatur quantum in se est ęque omnibus quamq̄ non ęque omnes complectuntur:collocauit omnes in Cœlo angelos:sed non omnes in Cœlo,angeli permanserunt:inuitauit omnes ad nuptias:sed nō omnes apparatum attulimus nuptiarum:Carent inuidia superni principis beneficia, nec cuiq̄ claudit manum : liberalitas Cœli exhibet se,porrigit,se expandit,datque se se omnibus,qui uelint accipere nec appetitu capitur externo:aut oculorum illectamentis, aut interiore pulsu,sensum reliquorum,non spe, cum nulla egeat re,non metu,cum timeat neminem:non cupiditate,cum nihil affectet bonitate sua:fōtana atque largissima amat ut sint in quos suam possit beneficentiam,Charitatemque conferre:ipse enim ac cumulatissime bonus,ea nos parte complectitur,qua similitudine exprimius bonitatis:parit enim amorem similitudo ipsa ex qua etiā inter homines cętus societatesque nascuntur:quod si amare alterum uideatur magis q̄ alterum,non iccirco fit quoniam in quemquam sit ipse propensior:sed quoniam alter se paratiorē exibuit ad amorem capiendum:amat Impios:& nefarios: amat flagitiis & scceleribus obsitos: sed hii ipsi qui sunt impii, nefarii, flagitiosi

flagitiosi illius amorē reicerūt beneficiumq; sui principis repu-
diauerūt:amat inquā ille uniuersa quoniā amore uniuersa crea
uit:nec pōt nō amare,qui totus est amor:nec nō flagrare incen
dio charitatis:nihil agit ille temere,nec quidq̄ eduxit in lucem:
ꝙ non sciret sibi gloriam homini utilitatem allaturum: dilexit
ergo q̄ creauit.quoniā ea creauit q̄ sciret esse diligenda:atq; hic
diuinus est amor infusus rebus omnibus:& per omnem porre-
ctus mundum:deoꝝ omniū ut poetę aiunt:lōge maximus:atq;
pulcherrimus:utinam sentiretis poetę q̄ dicitis:q amorē nō solū
Deum Max.sed duce Ionico anachreonte,deoꝝ omniū domina
torem appellatis:uera quū efferatis fabulis inuoluimini:& ma-
gnā uenerē nō illā Cypriani īfamē:sed q̄ cœlo nata ē:ꝙ ad oīa ue
niat Venerē appellatā,nō mentimini,qua in sententia scimus
& alios multos:& in primis testem nostrum firmissimum Mar
cum Tulliū extitisse:quis est qui negare ausit amorē diuinum
uenire ad omnia:perficerē omnia?hic igitur deoꝝ omniū uictor
atq; domitor:qui Deum Max.uicit atq; edomuit: nec Iouē sub
iugo,ut illi fabulātur,sed Christū sub Cruce misit in triumpū:
quis obsecro te deum ipsum cōpulit ut mundum hunc tantum
& tam pulcherrimum,tam distinctum Cœlū stellis:aerem uo-
lucribus:maria piscibus:terras animantibus,ad nostrū specta-
culum:atq; uitam exornaret?amor:quis eundem coegit Deum
ut hominem diuinum & Cœleste animal,ęthera preditum mē
te,dominum rerum terrenarum omnium participem cœlestiū
ad similitudinem suam crearet:creatum in loco diuitiaꝝ collo-
caret?Amor:quis eundē hominē errore suo paradiso depulsum
morte dānatū sanguine filii occidione unigeniti supplicio cru-
cis statuit eē redimēdū?Amor:qs deū ipsum cuius habētis regū
tur qīa q̄ Cœlū,ac terras habet in ptāte,q̄ mille si essent mundi
caperē nō possēt utero uirginis:ī claustro carnis:in carcere copis
coarctauit?Amor:qs ut uno cōplectar uerbo deū ipm capit cap
tū ligauit,ligatū cōfodit,attriuit,flagellauit?Amor?amor igit

deum maximū superauit, occidit, misit sub iugum, de illo triumphauit: nec quisq; est hoc ipso prestantior: cedunt omnia, repugnat nihil, & qui hunc cōtempserūt, aut negarūt esse deū, ita male mulctati sunt, aut coacti deū esse faterentur: sensit hoc Arrius, qui quū contenderet hunc sanctissimū amorē, nequaq; esse deum: sed esse creatum, & initium habuisse: in Niceno, Ariminensi, Laodicensi consiliis repudiatus, non solū hominum iudiciis oppressus, sed diuina etiā sententia condemnatus: Cū lassare uentrem in secessu pergeret, ruptis ex templo uisceribus in loco se, & opinione sua digno, uitā eiectauit: sensit Liberius pontifex qui tū sanctissimo Hilario retecto, cū eademq; Arrius assereret, & hunc sanctissimū amorem esse denegaret, & ipse in secessū uisceribus identidē ruptis, nō modo in errore, sed etiam in fetore Arrii extinctus est: sensit Macedonius, qui cū inficiaretur amorē ipsum quicq; eum patre, aut filio habere cōmune, seclusumq; ab illis, & ab omni diuinitate seiungatū Constantinopoli assentiente Damaso iubente Theodosio cōdemnatus: mox ultricibus furiis exagitatus est: sensit Eleutherius qui cum barbarum quendā baptizaturus amorem ipsum peruerse nominasset, & aqua disparuit, & ipse confectus est: sensit Olympus Apher: qui cum nescio quam feditatem in hunc dei sanctissimi amorem euomisset, iaculo ignito e coelo cadente cōbustus est: sensit Lemigildus Visigotorum rex: qui quū Hermigildū filium uera sentiente occidisset, q; cum in Arrianā sectam non posset adducere, ut diuinū amorem aspernaretur: & filius miraculis claruit: & ipse diuinitus excruciatus nō antea potuit quiescere q; cum tota Visigotorum gente reiectis Arrianis hunc sanctissimū amorem ueneratus, colendum, obseruandum: pro deo esse habendum iudicauit: senserūt Albigenses qui cum & ipsi opinione tabe labefactarentur, turpissimaq; inpingerent tribus consiliis damnati: congressu hominū prohibiti, tandem in bello ad internitionē deleti sunt: senserūt Dulcenus, & Margarita uxor

Nouarienſis qui quũ in libidinem prolapſi, nouam hereſim cõflauiſſent: qua dicerent ſtupra, incœſtus: & omnifariam libidines in Charitate eſſe faciendas: & huic ſanctiſſimo amori cõuenire, ita afflicti ſunt: ut Dulcenus nihil dulce deguſtans, & qui eum ſequebantur eiecti patriis laribus in alpibus occiſi ad unũ interierunt: non patitur contemni ſe ab homine: qui hominem ut a cęteris animantibus obſeruaretur effecit: nec mẽdacia de ſe confingi: qui lux eſt clariſſima ueritatis: nec quicq̃ uult eſſe in quo grauius, perfidius ſceleratius peccari a mortalibus poſſit: q̃ ſi in ſe peccetur: pro quibus tot tãtaq; effecit, nec unq̃ ceſſat efficere: natus in Cœlo ad hęc terrena penetrauit, immerſitq; ſe ſe: ac cõcertauit pectoribus noſtris primum deinde per omnia euagatus quantum capere quęq; potuerunt animantia cętera ad curam propagationis hominem etiam adnexum uitę: & concordiam ſocietatis excitauit, iniecitq; primum amorem genialem nõ arte quęſitum aut traditum a pręceptore, ſed ebibitum natura ut tanq̃ hereditariũ habeamus quo nos ſubincitati ſuſpicimus Cœlum: & factorem noſtrum intuemur, alter alterũ diligimus etiam incognitum, unde non nobis uendicamus, ut homines diceremur, non ab humo parum eruditi quidam arbitrantur, quę mater eſt potius animantium reliquorum quę ad illa prona incuruantur, ſed ab humanitate ipſa: quę tota in amore, in beniuolentia, Charitate uerſatur: ita cum nobis inſint ſemina diuini amoris, natura ipſa impellimur ad lachrymas, ad miſericordiam, adopem ferendam, etiam incognitis quę propria ſunt hominis iniecta atq; infuſa diuinitus: addit deinde amorem ꝓpagatiõis per omnem diffuſum naturam: ut cupiant quęq; pullulare, creſcere, augeri, propagari, qui cuſtos eſt ingenii, & conſeruator omnium rerum quę creantur: poſtremo inſeruit amorẽ ſociabil, qui & ipſe ab illo ſuperiori defluxit, concordia & cõnexu natus in Cœlo: concordia, & connexu gaudent in terris: ubi illius ſemẽtem radicemq; geſtamus nec quicq̃ eſt nobis largita

natura preſtantius, & magis ad tuendã ornandamq; uitam ne ceſſarium: q̃ amorem beniuolentię: ꝙ quale ſit hominũ uelim capias exemplo amicum peregre profectũ ex improuiſo redeun tem ſi aſpicias totus ſubito exhilaraſcis, rident oculi, accedit frons, ſupercilia conblandiuntur, tripudiant pedes, geſtiunt pręcordia, medullę omnes letitia occulta titillantur: Quid ini micum ſi aſpicias, cadi humanitas, refugiunt oculi, contrahit frons, ſupercilia conrugant, horrent uiſcera, tremunt pedes, animus totus incrudeſcit, ut coniicere facile poſſis datũ tibi di uinitus amorem: quo letus agas, quo uitã tuearis, hic ſocietates peperit, cõiugauit, affinitates uinciuit, atq; innexuit amicitias oppida condidit: urbes ędificauit: ordines, dignitateſq; cõſtituit peperit regna, imperia propagauit, pacem, concordia fędera cõ ciliauit: hnnc ſi tollas, pietatem tollas: gratiam tollas, pacem, uitam, atq; omnia tollas: ſublato amore in finitimos bellum eſt in parentes impietas, in amicos ingratitudo, in uitam mors, in mundũ omnẽ ruina: fac tibi inquit dñs ad Noa archã de lignis lenigatis, manſiunculas in archa facies, & bitumine linies in trinſecus, & extrinſecus: Quid obſecro te aliud archa q̃ mũdus? quę ligna lenigata niſi mortalium pacati, & concordes animi? Quid manſiunculę niſi ciuitates? quid tandẽ bitumen, quo in trinſecus atq; extrinſecus archa tota liniretur/niſi amor interior ad partem domini, & te ipſum ad mundi ſocietates, quo popu li a procellis & tempeſtatibus iniuriarum bellorum, & rapinarũ muniunt, exterius interius a fraude, atq; inſidiis inimici defen duntur: quo ſublato fateſcunt, ruinę cõmiſſure aperiunt, laxan tur latera, & nauis ipſa quę uita eſt noſtra: & mundus omnis malorum unda madeſcit: cõpletur: demergitur: eo circumlito, cõſtant oia, & tute nauigam9: hũc q cõtemnit, & illũ ſuperiorẽ unde ꝓpagatus eſt cõtemnit: quod ſi tantã uim habeat, amor is quẽ humanũ dicimus, quanto maiorẽ putandũ eſt illũ diuinũ & cœleſtẽ habuiſſe, q nõ cõmunicatione ut in nobis, ſed totus

quantus esset apostolorum pectoribus inmersus, archana pandit, linguam erudiuit: robur animi confirmauit: ut essent qui tantũ suppliciorum uellent perferre: quantum efferatissima impiorum crudelitas posset excogitare: nec aliquod illi reperire scirent tormentorum genus, tam acerbum: quod isti non constantissime, patientissime, addo etiam libentissime substinerent: nec substinerent modo, sed appeterent, nec appeterent solum, sed ultro incurrerent: atque subirent: hic est amor qui fecit omnia, quo nati, educati, redempti sumus, quo uiuimus, quo sustentamur: in quo qui sperat nũquam perit: qui desperat nunquam euadit o sanctissime dei amor: amor inquam dei sanctissime, quas tibi agamus mortales gratias: tu nos quanti, quantum sumus effecisti omnes, quidquid habemus rerum: & natura produxit, aut producta sit, tu cõtulisti nobis: fecisti Cœlũ quo nos ornares, fecisti terrã, qua nutrires, omnia quę gignunt & crescunt, nõ ut tu egeres, sed ad nostram utilitatem produxisti: finxisti nos ad tuam imaginem, & te ipsum inclusisti pectoribus nostris quum uitę spiraculum inspirasti, cõflasti uitam nostram, conciliasti nos nobis, concilium, rationem pietatem prębuisti: extendisti propagationem, gẽtes in filium ęternitatis animas nostras in funiculum hęreditatis tuę alligasti, dilexisti omnia quę sunt, nec quicquam odisti eorum quae fecisti, deceptos ab hoste ut redimeres & tũc eximiam Charitatem offenderes filio dei proprio non pepercisti, uenisti ad nos & ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis, tu es ergo spiritus domini qui replesti orbem terrarum quem fecisti: fac ut te queramus, qui nunquam te queri pateris, quin inueniaris, his itaque dictis alteram quoque personam a prima persona genitam non creatam, hebreorum scripture significant: quam uerbum sapientiam, uirtutem dei appellant: unde inquit Iob inuenta est sapientia: quis autem locus eius est, nemo mortalis uiam eius nouit, & Dauid in psalmis, uerbo domini Cœli firmati sunt: & Salomon ex persona ipsius sapientiæ: ego (inquit) sapientia consili-

um, & cogitationem constitui, & dominus possedit me in initio uiarum suarum ad opera sua in principio anteq̃ terra facta est: anteq̃ abissi producti: anteq̃ montes firmati, ante omnes colles genuit me, & alibi: Quid autem est sapientia & nata sit dicam & non occultabo spiritus ipsa est intellectualis, sanctus unigenitus, omnipotens, omnia penetrans, uapor enim est uirtutis diuinæ & fluxus gloriæ omnipotentis, uerissimus fulgor æterni luminis & inmaculatum speculum uirtutis diuinæ/ ac bonitatis eius imago ab extremo ad extremũ omnia pertransiens, ac recte omnia gubernans, ꝙ quidem diuinum uerbum a patre ad hominũ salutem missum scriptura confirmat, ꝙ deũ & dñm, idest creatorẽ & gubernatorẽ a Moyse & a ꝓphetis appellari cõspicim⁹: uenit aũt ad hoies/hoie assumpto a pr̃e/ad hominũ salutẽ missum ꝓpter salutẽ nostrã: misit enim uerbũ suũ: inquit & sanauit eos: unde doctrina etiam euangelica, prophe ticam & paternam Hębreoꝝ renouans theologiam: hoc pacto incipit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quod factum est in ipso uita erat: & uita erat lux hominũ: merito igitur eodem spiritu Moyses plenus facto cœlo, & terra quasi cum filio suo uerba conferentem, sic deũ patrẽ introduxit, dicentem: Et dixit deus, faciam hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram quod plasmasti etiã occultius significauit dicens: ipse dixit & facta facta sunt, ipse mandauit & creata sunt: aperte nanq; patris ad filium ordinem/atq; mandatũ more humano: nec enim aliter poterat: expressit: nemo enim negabit omnẽ qui aliquid dicet ad aliũ dicere: & qui mandat, & pręcipit alii pręter ipsum mandare/atq; pręcipere: manifestius autem Moyses duorum dominorum patris uidelicet/atq; filii/mentionem fecit/dicens: pluit dominus a deo sulphure & ignẽ: & Dauid similiter/ Dixit dñs dño meo/sede a dextris meis: Donec ponã inimicos tuos sca

bellum pedum tuorum: & paulo post ęternam illam/& ineffabilē generationem uerbi designare desiderans/ait: Ex utero ante luciferum genui te: hęc ita se habere non solum uetus scriptura occultius (non enim omnes tunc ferre poterant) uerum etiam noua ipsis quoque/solaribus radiis dilucidus prędicat: quamuis non nulli Iudeorum sancti/gratia spiritus carentes/aliter interpretati sunt: a quibus non nulla ponā: iccirco non inutilia/quoniā non effusum in aera uerbum dicunt/nec spiritum subsistentem sed diuersas personas/probe sicut & nos: male aūt quia diuersas quoque naturas opinant̄: Philonem ergo audias/scripturę uoces/interpretatione sua explicantē: quam ob rem inquit/quasi de altero deo dicitur in imagine dei feci hominem perpulchre id diuinitus scriptori fuit inspiratum / nullum enim mortale ad supremum patrem / tanq̄ imago conferri potest / sed confertur ad secundum deum / qui primi uerbum est: necesse enim erat rationalem uim a deo uerbo anima hominis imprimi: deus enim qui supra uerbum est, ita supremus est, ut nulla rationalis natura similitudinem eius possit recipere: hęc in primo questionum libro Philonis dicta sunt: qui in primo de agricultura uerbum dei filium quoque dei appellare his uerbis nō dubitauit hęc uniuersa pastor ille & rex deus iure gubernat, legemque statuit: rectum eius uerbum, & primogenitum filium, qui curā totius gregis, quasi maxima regis lux diligenter suscepit, Idem in secundo qui ruborem dubitandi effugere uelit: audacter dicat nulla re materiali machinam mundi conseruari: Sed uerbo æterni dei sempiterno, quod a mediis ad extrema, & ab extremis ad media protensum inuictum naturæ substinet cursum, fouens ipsum, atque conseruans, quasi uinculum quoddam pater qui genuit ipsum constituit: merito igitur nec terra unquam aquis submergetur, nec ignis extinguetur, nec cætera peribunt: cum uerbum dei uocale inter muta ęlementa cō

ſtitutum omnia conſeruet: Hæc Philo: non ne igitur uera hæc noſtra ſunt, qui uerbo, ac ſapientia dei omnia producta eſſe predicamus: falſa uero illa quę nec ueriſimilitudinem ullam habẽt & inter ſe contraria ſunt: Thales enim Mileſius aquam originẽ rerum dicit, Anaximenes aerem, Eraclitus ignem, Pythagoras numeros, Epycurus atq; Demochtitus indiuidua uero corpuscula: Empedocles quattuor alemẽta: hoc Dei uerbum magnum angelum conſilii lucem ueram Iuſtitiæ Solem etiam nominauit, tertio ſpiritus additur ſanctus a ſcriptura quem ſicuti patrẽ & uerbum ſuum, eadem dignitate atq; honore honorari pręcepit: tertius igitur a patre ſpiritus eſſe oſtenditur tanq̃ a patre p ſapientiam eluceas poſt hanc ęternam dei ſubſtantiam rationales uirtutes nec numero, nec ſpetię nobis notas, ſed ſolum uiſibilium ꝓportione: alia enim Solis gloria eſt, alia Lunę, alia ſtellaꝝ, ſcriptura Iudeórum non ut deos, ſed ut, miniſtras honorãdas eſſe oſtendit: & mortali quidem naturę ſtellarum numerus omnino ignotus eſt, Deus uero multitudinem etiam intelligentiarum, & nomina non ignorat, ſcribitur enim qui ſtellarũ multitudinem numerat, & omnibus ipſis nomina imponit, innumerabilia enim profecto genera, & intelligentiarum, & ſtellaꝝ ſunt, Deo autem omnia numerata ſunt, de ipſo etiã dicitur mille milia miniſtrabunt ei, & decies milies centena milia coram eo aſſiſtebant cum enim nunerum uideatur aliquem nominare nuneratas illas eſſe oſtendit uirtutes a Deo, Cum uero tantam numeri quantitatem dixerit, ignotum nobis illum numerum propter innunerabilitatem ſuam eſſe oſtendit: ſed de ſubſtantia earum ſic pſalmiſta ſcriptum reliquit, domine deus meus, quam uehementer magnificatus es confeſſionem & decorum uidiſti, amictus lumine ſicut ueſtimento extendens Cœlum, ſicut pellem, qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignis flammam, noli credere de hoc

corruptibili igne dicere, nec de irrationali aere, atq; spiritu: sed altius quidem atq; sublimius, necesse enim est cum a sensu nostro uerba prodeant translatiue non proprie de intellectualibus dici: unde quoq; ipsum deum spiritum, & ignem, & lucem & huiusmodi nominibus significamus: uirtutes autem illas angelos, archangelos, spiritus, cœlestem exercitum, principatus, potestates, thronos, dominationesq; nuncupamus / quarum omnium iustitiæ solem, & sanctum spiritum ei annexum una cũ deo ac patre creatorem atq; gubernatorem scriptura confirmat: quem unum deum ab uniuersis, sicuti patrem ac dominum hymnis glorificandum propheta pręcepit dicens: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis: Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes stellę, & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea inęternum, & in sęculum sęculi, pręceptum posuit & non pręteribit: Hęc Hębreorum dogmata merito erroribus gentium spretis amplectimur: uirtutes cœlorum ut dei ministros honorantes, solum autem deum & uerbum ac spiritum eius qui cœlum & terram, ac omnia quę in ipsis sunt creauit, & a nihilo suppliciter produxit, ut Hębreorum doctrina occultius, & euangelica expressius pręcipit, colimus atq; adoramus: Siquidem nunc consequens esse uidetur, ut qualem Hębrei de contraria uirtute doctrinam tradiderunt perspiciamus: uirtutes igitur ministrantes, & spiritus qui ad ministerium mittuntur, propter eos qui æternę consecuturi uitæ sunt hęreditatem, sanctos dico angelos dei diuina luce frui, ac iccirco luminaribus cœli conferri docti a scriptura credidimus: a quibus peruersi quidam spiritus cum sua nequitia diuinam lucem suscipere nequiuerunt, tenebrę factę sunt: quorum primũ qui etiam aliis defectionis causa fuit quoniam penitus propter impietatem suam in terram cecidit, quiq; totius uenenose pra-

uitatis auctor est sponte a lumine ad tenebras lapsum draconē serpentemq; lętiferi ueneni productorem, atrocem beluam, & Leonem humanis carnibus uiuentem, ac deniq; basiliscum scriptura solet appellare, causa uero qua lapsus est furor mentis, & arrogantia, hoc pacto dicitur fuisse: quomodo decidit de Cœlo Lucifer qui mane oritur, cōtritus est in terra, qui mittit ad oēs gentes: tu autem dixisti in mente tua in Cœlum ascendā: super astra ponam sedem meam, & ero altissimo similis: & rursus: hęc dicit dominus quoniam exaltatum est Cor tuum dixisti: deus ego sum: & domicilium dei habito, & iterum in dei mōte natus es, inter igneos lapides immaculatus, in diebus tuis ex quo die creatus es, donec iniustitię inuentę in te sunt: exaltatum est cor tuum in pulchritudine tua, corrupta est scientia tua, cum pulchritudine tua propter multitudinē delictorum tuorum, in terrā deieci te, his uerbis apertissime cum superioribus illū uirtutibus conuersatum fuisse docemur: & quoniam ceruicem extulit propter arrogātiam, decidisse, sub quo innumerabiles quidem sūt spiritus simili impietatis errore pro lucida diuina regiaq; habitatione, ad cōuenientiā sibi ac omnibus impiis loca Tartari sententia dei depulsi: quę loca abissum diuina scriptura, & tenebras nō has, sed quas diuina uerba intelligūt, solēt appellare, ex numero quorū multi exercitationis hominū gratia in terra, & regione q̄ sublimis est derelicti erroris humani: & impietatis gentium causa simul fuerūt: quibus interdum nomina indidit scriptura, malignos spiritus: & demonas, potestates & principatus mūdi huius appellans: interdū symbolice, cum piū atq; religiosum uirum, ne multitudinem demonū formidet hortetur: sup aspidem enim ait ambulabis: & cōculcabis leonē: & draconem signū autē est deum ab ipsis odio haberi, eiusq; uoluptati repugnare, quoniam se ipsos deos putari cupiunt: & dei cultum transferre conantur diuinationibus atq; oraculis, tanq̄, incentiuis stultos allicientes, quos a deo rapientes ad profun-

dum impietatis detrudunt, ſolis autem hębreis malitia illorum a priſcis fuit intellecta temporibus apertiſſime damnantibus omnes deos gentium demonas eſſe: nunc autem dei gratia per Saluatoris noſtri euangelicā doctrinā uniuerſis orbis uinculis demonum ſolutis, deū uerum glorificat, ſed fortaſſe uos illud dicturos puto, ne uos quidem hanc unius dei colendi legem, integram prorſus, illibatamq; ſeruaſſe, qui trinitatem non unitatem colamus: Sed ut pręclare Theologi edixere, aliquod eſſe numen in uniuerſo, quoniā deum noſtri dixerunt, non modo ſacrorum canonum auctoritas, pędicat: non tamen innumeris rationibus naturales luce clarius manifeſtant: non ſolum inſuper omnes qui in cœlo ſunt, nationes cerimoniarum, & cultus diuerſitate: illi ſacra canentes confitentur: uerum & uniuerſa quoq; rerum natura proclamat: hunc non eſſe corpus, ſed q̄ preſtantius corpore, ſed ſpiritu, ſed actum purum, ſed immobilem penitus, ſed rerum omnium cauſam, ſed unico mentis intuitu omnia conluſtrantē, ſed poſtremo unicum ſimpliciſſimū multitudinis ac pluralitatis expertem gentilium pauci quibus naturæ ſecretā acutius, contemplari conceſſum eſt, hębreorum cōplures cognouerunt, hunc uero, quem etiam natura unum eccleſia confitetur: abſq; ullla ſubſtantię diuiſione trinū, nulli unq̄ angeloꝝ uel hominū naturali perſcrutatione percipere potuere, ſed primo hębreoꝝ nō nullis (ut de hominibus loquar) ob uitę puritatē angeloꝝ miniſterio reuelauit omnipotens: hinc ſanctiſſimo Habrę meridie tres uiros apparuiſſe legimꝰ/ quos cū uidiſſet cucurrit in occurſum eoꝝ: & adorauit dicens, dn̄e ſi inueni gratiā in oculis tuis; ne tranſeas ſeruū tuū, ſed afferam pauxillū aquę, ut pedes ueſtri lauentur: hic nimirū perſonarū trinitatem in unitate naturę in ternis oculis acutiſſime uidit, id ipm poetę ſacro reuelatū eſt, nā ſuauiſſime cecinit, bn̄dicat nos deus, deus noſter, bn̄dicat nos deus, & metuant eum fines terrę: nonne & hic deum patrem: deum filium, deum ſpiritum

sanctum,nō deos plures,sed deum uidet:& confitetur Moyses quoq; diuinę legis & nuntius:& interpres,quem in mōte angelo reuelante unitatem,trinitatemq; conspexerat,humani generis exordium manifestans:posteris non quibuscunq;,sed acute uidentibus his uerbis noscibilem dereliquit:dixit quoq; deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram post ꝙ autem sacri plenitudo temporis uenit:quo princeps mundi huius foras erat eiciendus,quo mortis nostrę uincula a uera uita magnifice soluenda fuerant quo omnibus deniq; ad Coelum eo usq; spinis & dumis obsitum, iter aperiendum erat,ab arce dei patris,filius deus missus,ex uirginea carne hominē sumēs, non amplius ministerio angelorum, non prophetarum uoce, non uni hebreorum familię,sed uniuerso orbi insinuandū unitatis,ac trinitatis mysterium ore proprio docuit:discipulis quoq; elegerat dicēs:ite in uniuersum mundum:& baptizate in nomine dei patris,& filii,& spiritꝰ sancti:quibus uerbis(si pie ac subtiliter pensitetur)nō modo unicam ac simplicissimam diuinitatis naturam,sed in eandem pesonarum distinctionem productionem ęternam:& propria unicuiq; uocabula, ac nomina significauit:non enim patrem:& filium:& spiritum sanctum deum singulari numero ptulisset,nisi ii tres nos plures,sed unus deus rursus ab ęterno patre esse non potest,si non genuerit filium coeternum,nam ratiōe filii pater dicitur:ꝙ si pater ęternus filius coeternus,& quia nulla mens capit:ꝙ idem generet se ni mirum si a genitor in trinitate filius distinguat:quoniam uero pater ac filius,naturali quadam necessitudine sunt deuincti & sese inuicem mutua beniuolentia complectūtur:ideo iure optimo,ęternis spiritus sanctus,ut genitoris,genitiq; suauitas ab utroq; procedens ęternam non ex tempore personaꝝ trinitatem absoluit:ē enim spiritus sanctus cōmune aliquod patris, & filii quidquid sit illud at hęc ipsa communio consubstantialis est:& coęterna,quę si congure amicitia dici possit,amicitia nuncupetur:

tur:sed aptius dicitur caritas, & hęc quoq; substantia, quia de us substantia & deus caritas est: aliam itaq; doctrinę rationem agrediar:ostédamq; tum Platonem, tum & qui Platonem sunt insequuti philosophos ab iis qui superius nominaui diuinis pa tribus sacrę Theologię quempiam compilasse, suisq; illa libris inseruisse, Plato enim in his quę scripsit ad Coriscum uerba hęc posuit:iurantes studio non inepto, ac eruditione studii sorore p q; eum qui dux est, & causa patrem dominumq; iurantes quem ꝑculdubio scietis si modo recte philosophamini, hęc sunt ca-rissimi Platonis uerba, quorum alia quidem sunt laude dignis-sima ut quę ab apostolica, propheticaq; doctrina minus desce-dant, alia uero sunt grecanicę fabulationis fœtus, ac germina: q; enim alium esse ait ducem mundi totius:& causam alium ue ro eius patrem qui causa sit ingenue ueritatem ostendit:de cu-ius haustu suos ipse sermones excoluit:quod autem eundem ap pellat ducem pręsentium deorũ & futurorum, alieni e duobus no bis subinnuit:aut uidelicet in ignorãtię labem philosophorum incidisse, aut ueritati mẽdacium sciẽter admiscuisse, falsę igno rantię simulatione, pręterea uero & ostendit eos, qui uulgo dii nuncupantur, natura deos nõ esse:quis enim (non modo peni-tus desipiscat)deum uocet, qui semper deus non fuerit? at Pla-to deos in tempore genitos ait fuisse, atq; gignẽdos:inquit enim pręsentium deorum, & qui futuri sunt:quo autem pacto pote-rit esse deus, qui non dum sit? quo inquam pacto augustissimo nomine uocitetur? qui non dum se ipsum sit consecutus? at sa crę litterę:nihil eorum quę ut noua gignuntur, atq; proueniunt natura deum appellant, simplici enim deum nomine illos di-gnatę sunt, quibus iudicandi potestas est credita: quiq; quo ad eorum fieri potuit inpolutam:dei imaginem conseruarunt naturę autem deum solitę sunt, eum solum uocare:qui semper sit deus: quiq; eodem modo, & secundum eadem semper se habet Coete-rum hęc in alium locum commodius dicenda seruabimus, nũc

autem satis fuerit ostendisse, mundi totius causam ac ducem, patremq; eius, haud quaq Platoni prorsus ignotum fuisse: licet uero eundem Platonem, sic in Epinomidis libro loquentem audire: inquiens, & honores reddamus, neq; tamen huic quidem annum, huic uero mensem, huic autem partem mensis aliquam tribuamus, ullũ ue aliquod tempus quo suum permeat polum, mundum perficiens, quem digessit, uerbum omnium maxime diuinum: quod beatus quidem primum est admiratus, tum uero dicendi etiam desiderium habuit, quęcunq; uim ac naturam ut sciri possent habebant: hoc itaq; etiam loco uerbum ait omnia exornasse, nõ uerbi patrem, ad Dionisiũ quoq; idem scribens, sic inquit, loquendum itaq; tibi per enigmata: ut si quid forte litteris hisce nostris uel in mari, uel in insidiosis terræ locis infortunii acciderit: qui eas leget minus intelligat: ita enim res se habet, circa omnium regem, omnia sunt, ut illius causa sunt omnia, ipseq; est causa bonorum omnium: circa uero secundum, secunda sunt, & tertia circa tertium: uidetis ne q̃ meticulose ac pauenter prisci illi philosophi, ueritatis dogmata proferrent: uulgi enim respectantes errorem: non manifesta quidem assertione, sed obscurioribus uerbis ueritatem prodebant: hunc uero timorem Plato & in Thimeo ostendit: sic enim inquit: nunc itaq; animi nostri sententia hæc ferme sit, rerum quidem omnium siue causam, siue causas, siue quodcunq; de his dicendum uideatur, hoc sane tempore loquendum non esse ob non aliam quidem causam, quam q̃ difficile admodum sit, hoc ipso sermone quę mihi uidet exprimere: Pythagoras quoq; numenius in iis quæ de bono conscripsit, manifestius hæc edocuit: ait enim neq; oportet eum esse opificem qui primus est, putare autem oportet opificis dei patrem esse: deum primum, ipse etiam Plotynus qui Platonis emulatur philosophiam de tribus principalibus personis librum conscripsit, in quo & hæc ait: Quid igitur de perfectissimo est dicendũ nihil ne ab eo esse/

an maxima esse potest ipsum? maxima uero post ipsum, mens, & secundarium quodam, mens enim illum intuetur: ac uidet: rursusq; inquit omne autem quod gignit, cupit atq; amat id quod est genitum presertim si soli fuerint: quod gignit, & is qui gignit, cũ uero sit optimum est quod genitum, necessario ascitum illi coheret ita ut hac sola re disiungantur, quod alter hic, alter ille est imaginẽ uero eius, dicimus mentem, manifestius enim dicendũ est plurima quoq; & huic: & Plutarcho: & Numenio: & aliis dicta sũt quodcũq; eiusdem sectę philosophi solidatiq; fuere. ii autem cũ fuerint post aduentũ redemptoris nostri multa christianę theologie mysteria suuis libris inseruerunt. Plotinus itaq; ac Numenius explicantes Platonis mentem tria inquiunt a Platone posita fuisse, quę sint super temporalia, & ęterna, ipsum uidelicet bonum mentem & huius uniuersi animam, uocat enim bonũ, quem nos dicimus patrem mentem uero seu intellectum: quem nos filium: uerbumq; appellamus: potẽtiã uero quę animet omnia, & uiuificet, animam uocat, eam ipsam uidelicet: quam spiritum sanctũ litterę appellant, atq; ipsa ut sepe iam dixi ex hebreorum sapiẽtia: & theologia subducta sunt: ille enim Dauid qui diuinum melos cõcinuit, cuiq; diuina insonat gratia: ita cecinit uerbo domini Cœli firmati sũt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum quod sint aũt sacra euãgelia & Plutarchus & Plotinus audierũt, id quod Amelius ille, qui Porphirii scholis prefuit manifeste oñdit admiratur eni ueheměter prohemiũ illud a quo Ioães Euãgelista Theologię mysteria orsus est: sic eni inquit: & hoc erat uerbũ sequẽdũ quod semp fuerũt quã facta sunt: sicut heracletus ipse cẽseret: ita & per Iouẽ barbarus hõ cẽset / in principii loco / ac dignitate uerbũ apud deũ cõstitutũ: deũq; esse per quẽ absolute facta sunt oia: quod itaq; factũ est / in eo inquit / & uiuens / & uitã / & ens fuisse / in corpus aũt illapsum, carnẽq; indutũ apparuisti hominem in quo tũ & naturę suę magnificẽtiã tũc oñderit /, cũq; morte obita solueret rursus ad diuinitatẽ rediisse affirmat, deũq; eẽ qualis uidelicet prius

fuerit quem in carneum corpus, hominemq; descenderet: usq; adeo igitur barbari hominis theologiam suspexit homo: Platonis aliorumq; philosophorum eloquentię innutritus, ut uerbū confessus fuerit esse in principio, ac deum esse, omnia deniq; effecisse / omnibusq; uitæ causam dispensatoremq; esse: publice uero salutis causa maiestatē quidē diuinitatis carne occuluisse: at ne sic quidem non in parua/& crassa illa corporis nebula detexisse ingenuam nobilitatem: nam & cū euangelista dixisset: Et uerbum caro factum est: diuinęq; naturę uim inmutabilem ostendisset: tum inquit/ & habitauit in nobis/ac deniq; nos edocuit/ ita humanā carnem induisse / ut tamē inuiolabilem incorruptūq; emiserit diuinitatis splendorem: uidimus enim inquit gloriam eius/gloriam quasi unigeniti a patre/plenum gratię & ueritatis: ille siquidem carneus amictus diuinitatis eius radios nequaq̄ languidiores effecit/ Sed uel hoc ipso circūdatus manifestabat quis esset/& a quo tanq̄ radius emicaret: Quę enim illi e diuinis subripuerint scripturis/deprehendet: atq; admirabit/ quę uero falsa & mendacia bonis rebus admiscuerunt/ abradet ille/ac ueluti fimū, stercusq; reiciet ab animæ suę sedibus, furtorum/deniq; latibulis deprehensis Pythagorici: Numenii uerbis fidem habebit: sic enim ille inquit: Quid enim est aliud Plato q̄ atticus quidam Moyses/his autē uerbis apertis ostendit Numenius: quęcūq; pie dixerit Plato & theologia Moseos surrepta esse ut iam tempus sit amici homines, ueritatis radices, altius perscrutari, sicut enim qui auro cōmixtam terram, argentareā ue effodiunt: simulatq; inminuta quędam ramenta inciderint, eiusmodi uestigia consectantes uberiores rimantur uenas, neq; prius ab effodiendo desistunt q̄ multi auri uim, copiamq; inuenerint, ex qua ramenta illa sparsim diffusa fuerant: ita & uos decet Anaxagorę, Pythagorę, Platonis insuper, ac Numenii, Plutarchiq; ac Plotini, cęterorumq; philosophoꝝ auditis sermonibus fontem perquirere, ex quo illi paucis admodum sacris

nudis acceptis libros suos cultores reddiderũt: deniq; illorũ post habita paupertate, sapientię abissum haurire uos decet, ut inde qd sit opifex: quidue opus exactissime doceamini: quę demũ sit dignitas creaturarũ/quę oculis uideri nõ possunt: quęq; sit earũ cõmoditas quę uidet, hoc enim perdocti deũ in magnã deorũ turbã minime diuidetis, sed deũ adorabitis qui semper est, ue req; existit, quiq; ex sola sibi insita bonitate cunctis rebus quæ sunt ipsum dedit esse, ex quo fiet ut q nũc dei hostes inimiciq; estis in domesticos dei atq; amicissimos transeatis, multaq; ut pote familiares freti fiducia, qui nunc ducibus aliis indigetis, ipsi q̃ plurimos aberrantes in ueritatis semitam perducatis: non enim me latet sententia sapientũ, ut inquit Viana proclamator egregius, quę probe admodũ dicit, quia de deo, & uera dicere periculosum est: Quis enim tanta mentis acie prestaret, tantaq; disciplinarũ omnium ubertate polleret: qui se sibi ipsi satis esse polliceret, ad enarrandũ explicandũ ue inextimabile, & admi randũ, colendũ, uenerandũq; sanctissimę trinitatis, ac indiui duę unitatis ęternũ sacramentũ, cuius pfunditatis altitudinẽ Esaias admirat⁹ exclamare cõpellit, generationẽ eius quis enar rabit qui emensus est, manu aquã, q cœlũ palmo, qui montes in libra, & rupes in statera firmauit: Excedit quidem multũq; supereminet humani eloquii facultatem diuinæ trinitatis ma gnitudo, & inde oritur difficultas fandi unde est ratio non ta cendi, nemo tamen ad cognitionem ueritatis magis appropin quat q̃ qui intelligit, in rebus diuinis etiã si multum proficiat, semper sibi super esse: quod quęrat, nã si se ad id in quod tendit peruenisse pręsumit non quęsita reperit, sed in inquisitione de ficit: de hac igitur summa & excellentissima re dicturus cũ mo destia & timore agendum est ubi quęritur unitas trinitas pa tris & filii, & spiritus sancti: qui nec periculosius alicubi erratur nec laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inue nitur, ad cuius notitiam fides sincera ualde est necessaria (di

cente Augustino) mentis humanę inualida, at acies in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei nutrita uegetetur: cum diuinę sapientię magnitudinem, fideiq; reuelatę dignitatem, mecum ipse animo & cogitatione reuoluo, nihil magis necessarium utiliusq; ipsa fide, nihil perfectius, sublimiusq; ac iocundius ipsa diuina sapientia diuinitus reuelata: hominibus in uia datum eē immo latēt enim in rebus ipsis diuinis magna quędam & profunda mysteria, quę nec mens nostra corporis mole opressa, nec humanis eloquiis quanta libet facultate prędita commode explicare potest. sola profecto fides est, quę omissis inferius rationibus de Cœlestis disputat: hęc nos sapientes incidat: & ꝙ humana ratio inuenire non potest: hęc: diuina ostēdit, hęc sancta edocet: cum ipsa sit (Paulo testante) substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium: primo igiť omnium accedētem ad deum credere oportet, ut deum ipsum intelligat: & ut credentibus remunerator existat: scriptum enim est, nisi credideritis non intelligetis: sed quoniam pagani nobis obiicere solent, ꝙ religio nostra quia rationibus deficit, in sola persuasione & credulitate consistit: uellem mihi dicerent: quis mare ingreditur, & liquido se committit elemento, nisi prius se posse saluare credat? qs agricola semina sulcis obruit: & fruges spargit: nisi uenturos imbres, ac uentis spirantibus crescere crederet? quis pręterea matrimonia contrahet? nisi posteritatem crederet successurā quis tandem filios proprios paterno affectu diligeret? nisi interposita matris auctoritate suos eē crederet: nihil deniq; est ꝙ in uita geri possit, si non fides credulitas ue ante p̄cesserit quam ob rem, quid de sanctissima trinitate, ac incōmutabili unitate fides cattolica teneat, quidquid sacra scriptura doceat paucis absoluendum est, tradunt enim nobis, tam fides catholica: q̄ sacrarum diuinarumq; scripturarum testimonia firmiter credendum in illa incōmutabili natura, pelagoq; infinito tres esse personas (quas Gręci hypostases appellauerē) proprie

tatibus relatiõibusq; originis realiter distinctas, patrem scilicet filium & spiritum sanctum unicum deum unius substãtię, uni usue essentię & naturę: Deum cum audis substantiam intellige sine initio, sine fine, simplicem, sine ulla admixtione, inuisibilẽ incorporeum, ineffabilem, inextimabilem, incomprehensibilẽ patrem cum audis, filii intellige patrem, sicut enim nemo dicitũ dominus, nisi uel habeat possessionem, uel seruum cui domine tur: & magister nisi discipulum habeat ita & pater nullo pacto quis dici potest filium non habens: Cum filium, audis Dei patris intellige filium, per quem cuncta crata sunt: non factũ, aut adoptiuum, sed genitum: & unus cum patre substantię: atq; ita per omnia ęqualem deo patri: ut nec tẽpore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: nõ enim aliter confiteri possumus ęternum patrem, nisi confiteamur etiam coeternum filium, ex filio enim pater dicitur: consequens est ut qui ab ęterno pater fuit habuerit filium: Cum spiritum sanctum audis uerum deum ex patre: & filio ęqualiter procedentem intellige, ęqualem per omnia patri & filio / potestate uoluntate, ęternitate, substantia, nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil q; inferius, superiusue dici possit: sed tota trinitas sui perfectione, ęqualis est, ut exceptis uocabulis, quę proprietatem personarum indicant, quidqd de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi nihil ergo in hac sanctissima trinitate subitaneum, nihil nuperrimum, nihil temporale, nihil impotens, nihil maius, nihil minus, nihil inęquale, quomodo autem deus pater genuerit filiũ: aut pater: & filius spiritum sanctum producũt: nolo Augustinũ discutias, nec te curiosius ingeras in profundo archani ne forte dum inaccessę lucis fulgorẽ ptinacius pscrutaris exiguũ ipsum q mortalibus diuino munere cõcessus est: perdas aspectũ, credẽdus itaq; deus unici filii sui dñi nr̃i Iesu xp̃i nõ discutiẽdus: nec enim fas ẽ seruo de natalibus sui dñi disputarẽ: cõtestatus est pater de Coelis dicẽs: hic ẽ filius meus dilectus in quo mihi bñcõ

placui,ipsum audite:& rursus:Idem inuocabit me,pater meus es tu,& ego primogenitũ dicã illũ: & filius de patre: qui uidet & patrem meũ,ego ab eo exiui & ueni in hũc mundũ, & iterũ dominus dixit ad me filius meus es tu/ego hodie genui te:Quis ergo est, qui inter has patris & filii uoces, medius se discussor interserat? & deitatẽ diuidat affectum separet? substantiã rum pat? spiritũ secet? negetq; esse uerum, q; ueritas dicit: est certe deus pater uerus:ueritatisq; pater ex eo q; ipse est filiũ generans idest quia sapiens, sapientiam: quia iustus iustitiã, quia sempiternus sempiternũ: quia inmortalis inmortalẽ,quia inuisibilis inuisibilẽ, quia lux splendorẽ, quia mens uerbum: & quemadmodum dei filius, ita spiritus sancti tertia in trinitate persona, sicut patris,& filii uere dicitur, tres enim personę sunt,quibus credimus uerę,ęquales,diuinę,unius substantię,idest de patre filius,& spiritus sanctus de utroq; procedit: de quo scriptura dicit, uerbo dñi cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ: & propheta: Quo ibo a spiritu tuo,/aut quo a facie tua fugiã? & in alio loco:Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum: de quo etiã Saluator ait:Quũ uenerit paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo,ille uos docebit omnia,& ille iudicabit mundũ,& cõuincet de peccato, de iustitia, & de iudicio, &Christus in euãgelio blasphemiã in spiritũ sanctũ,nec in hoc nec in futuro seculo hominibꝰ statuit dimittendã: uides queadmodũ omnia scientẽ spiritũ sanctum:& omnia potẽtẽ: & ubiq; esse,& oĩa creasse,& omnia saluare scriptura sacra nobis annũtiat:o trinitas uenerãda/deprecãda,adorãda:o trinitas inenarrãda/inuestiganda/incõprehendenda: qa uera est/ inuisibilis est, oĩpotẽs est,se se pdicat,se se anũtiat,Cõstat itaq; infirmari homines sanctę uenerãdęq; trinitatis inenarranda gl'ia maiestatis aut potẽtię:his igit' plibatis credendũ est firmiter, & cõfitendũ simpliciter q; tres sunt qui testimoniũ dãt in cœlo:pater:uerbũ & spiritus sanctus; & ii tres unũ sunt, sicut enim peritorũ pru-

dentúmq; medicorum est passiones infirmitates humanæ prę uenire: & quemadmodū saluti contraria declinentur ostendere ita scriptoris officium est, ne dominico gregi heretica malignitas noceat prouidere:& qualiter luporum ac latronum improbitas sit cauenda demonstrare: quia nunq̄ potuit heretica impietas sic latere, ut non a sanctis patribus nostris, & semper deprehensa sit, & iure damnata fuerunt: proh dolor plurimi nescio quo animo, quo ue cōsilio a ueritate euangelii recedentes, mendacia diaboli sunt secuti: & contra inconcussam ueritatem, ac fidei confessionem, quam de Trinitate prædiximus multa sacrilegia, & falsa adinuenere: quorum cuncta uolumina utile ratus sum, quasi instructam aciem contra me proponere,& totum hostilem exercitum cum suis turmis, ac ducibus congregare, ne post primā uictoriam, alia deinceps mihi prelia nascantur: & incompositi hostium cunei, ac latrocinii more pugnantes instructa ac ordinata acie sunt repellendi: agrediamur iam & fidei Christianę hostes proponamus: apponā igitur in prima fronte paganos: nobis obiicientes, atq; improperantes: Quid est q̄ nos exhortamini, at abiicitis tanq̄ multos colentes deos: Ecce uos deum quem prędicatis colendum, filium habere dicitis, & sine alterius cōmixtione sexus natum esse confingitis: sequunē Iudei nobis aduersantes, & de idolatrię uitio nos reprehendere satagentes aiunt: Quomodo uos christiani unum colitis deum quando & hominē, quem patres nostri crucifixerunt: deum dicentes hominibꝰ extorquetis ut tanq̄ filium dei uenerentur, & colant: cum scriptum sit: Audi Hisdrael, dominus deus tuus unus est: Sed adsunt heretici, qui perdita fide solo ac uacuo remanserunt nomine christiano: quorum error & blasphemia triplex est: nam Sabelliani qui & Patripasiani sunt dicti, aiunt, unus est deus, pater & filius, quoniā q pater est/ipse est & filius nā & si aliū patrē/aliū filiū/dixerimꝰ: dicimur multicolę: Arriani autem dicunt: alius est pater, alius est filius, sed minor est

filius:quomodo enim fieri pōt,ut genitori,genitus extet ęqua-
lis:Macedoniani,qui & Semiarriani sunt dicti:de patre & filio
recte sentientes,contra spiritum sanctum blasfemantes:creatu-
ram esse dicunt:ecce sunt errorum propositę quęstiōes:quasi ho
stium positę acies,contra istas acies pestiferas impigre ad certa
men domino adiuuante ꝓcedamus:adiutorium nostrum a do
mino qui fecit Coelum & Terram,donabit certatim uictoriam
qui certandi donauit audaciam:non nos hostium turba: nō bel
lantium forma:non quasi fulgēs uictrica terreat armatura, Go
liam magnum robustum armis terribilem,ingentiq; turba mu
nitum:Dauid solus paruus:atq; inermis uno lapidis ictu ꝓstra
uit,totaq; Philistinorum castra turbauit: atq; fugauit:accinga
mus igitur lumbos nostros in ueritate:assumamus arma dei,ut
possimus resistere in die:nemo trepidat,nemo formidat,est lo-
rica Iustitię:& scutum dei,in quo sagittę malorum extingun
tur:eia ergo,certamen in promptu est,feruet opus,urget aduer
sarius,spicula parat:iacere tentat,nemo expauescat:plures no-
biscum sunt q̄ cum illis:non diutius immoremur, iamq; ꝙ pro
posuimus ꝓsequamur o pessimi pagani q diuinā hāc gnationē
sine alterius cōmistione esse nō creditis o pfidi Iudei qui codicē
huius sacramenti clausum habetis o impii heretici,qui uel ean
dem eē patris & filii personā,uel filiū patrem,minorem uel spi
ritum sanctum creaturā esse cōfingis:uos uos appello , uos inq̄
ad auctores uestos cōuenio:audi pagane quia scripturas sacras
nō recipis,cū sis durus,lapideus,& idola colas:Hermes namq;
tuus,q Mercurius est dictus in eo libro q logos theologos:hoc ē
uerbū perfectū inscribit̃;ita loqtur:delexit deus filiū suū cuius
nomē humano ore:nō potest enarrari:est nāq; secretus quidam
sermo sapiētię:& uerbū patris:& paulo post,nō habet matrem
sed de solo deo,deus rex omnium opifex ac fabricator: quid au
tem de eodem Sybilla uates audiamus: aliū inqt dedit deus fi
liis hominē colendū,aliū quidē,nō tamē Martem,non Iouem

non Mercurium, sed quem confitetur Mercurius: quid iam clarius? quid apertius istis oraculis dici potest? tui sunt o pagane/ & Mercurius, & Sybilla, habeas iam pagane pudorem, non coitu, non libidine, non coniuctione sexuum, sed diuina quadam mente inexcogitabili, paterna prolatione uerbum in diuinis generatur: ꝙ si sacras litteras, uocesq; prophetarum reciperes desineres profecto admirari ex deo, deum sola prolatione, dictioneq; generari: & nobiscum firmiter crederes: ꝙ tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, ꝙ hii tres unum sunt: uerum quid Iudeus contra nos dicat aduertite quęso, unus est nobis deus pater: pręter ipsum alterum non nouimus: Illum quem uero Christum dicitis, & saluatorem, patres nostri, non deum sed hominem occiderunt: utinam quomodo demones iudicem sic Iudei agnoscerent, saluatorem demones credunt, & contremiscunt: nempe in Euangelio transeunte Iesu dicunt: nouimus ꝙ sis filius dei, uenisti ante tempus torquere nos, ecce demones uiderunt, & tremuerunt: Iudei uiderunt & occiderunt: demones confessi sunt: Iudei persecuti sunt: contra istum perfidum iudeum non laboro, pugnent enim contra eum codices sui, pugnent lex, & prophetæ, aut uictus & humiliatus saluabitur, aut superbus & pertinax punieẗ: sed dic mihi quęso: quid sibi uult ꝙ dominus per Esaiã dicit: nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem cęteris tribuo sterilis ero: ait dominus deus. Quid ꝙ Habraam ad Ilicem mambrę, tres uidit & unum adorat? quid Loth duos angelos sospitatur & ad unũ loquitur? unumq; imprecatur? quid Seraphin per Esaiam clamauit, sanctus, sanctus, sanctus, Quid Hieremias ter dicat ah ah ah domine deus? sed ut reliqua pertranseam: quid sibi uult faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostrã? quid ego sum deus patrum uestrorum, deus Abraã, deus Isaac deus Iacob? quid bñdicat nos deus deus noster. O cęcas iudeoꝝ

mentes,omnia trinitatem loquuntur:omnia trinitatem clamāt uerum tam surdi,tamq; çeci persistunt,ut prçter litteralem sen sum ardāt nihil deponite Iudei,deponite lapideum cor,uestras q; scrutamini scripturas,in quibus clare continet, q; tres sunt qui testimonium dant:superest tandem ut reliquorum heretico rum,quos supra memorauimus impietates confutemus:contra quos noua arma sumenda sunt:quia nouum testamentum acci piūt: quid ais Patrispasia ipsum patrem filium esse dicis ex uir gine natum,& uisibilem factum,passumq; in carne affirmas: audi qnid contra xp̄s in Euangelio dicat qui me uidet & patrē meū:non dixit egosum filius,simul & pater:sed dixit ego in pa tre:& pater in me est:& de se & patre loquens pluraliter ait ego & pater unum sumus nō est ergo filius ipse pater : amplius si ipse pater, ueluti dicebam quem dicis esse filium , fuisset ex uirgine natus:uisibilis factus & passus,Cur Ioannes dicit uer bum caro factum est,cum dicere potius debuisset:pater caro fa ctus ē,cur uidimus gloriam eius,gloriam quasi unigeniti a pa tre,& non uidimus gloriam patris:desine,desine:ergo heretica impietas,cum reuera non sit pater filius,nec filius est pater:& spiritus sanctus ille,qui donū dei uocatͬ nec pater est,nec filius tres utiq; sunt personç realiter distinctç,pater,uerbum:& spiri tus sanctus:& hii tres unum sunt sed quid Arriana improbitas de patre & filio sentiat audiamus alius est pater alius est filius inquit:recte quidem:nam in hoc nobiscum est,contra Patrispa sianos:sed quid ultraͥ filius tamen minor est patre o Arriana he resis crudelis,impia,meretrix erubesce filium dei minorem pa tre dicisͥ interroganti te,quçso respondeas,ut ex tuis uerbis te ipsum conuincas:Credis ne Arriane in deum patrem omnipo tentenͥ credo inqs:credis in filium eius ab eo de substantia sua genitum,personaliter distinctumͥ credo ais: non tamen çqualē patriͥ quçro igitur cur pater çternus non genuit sibi filiū çqua lemͥ nunquid quia non potuit,uel quia noluitͥ alterum te con

cedere necesse est? quodcunq; igitur dederis, uel deum patrem non esse omnipotentem, uel inuidum fuisse affirmare compelleris: amplius si pater deus, filius deus, pater maior, filius minor, iam non unus, sed duo sunt dii: Cur etiam Paulus de filio dicit, non rapinam arbitratus est, se esse ęqualem deo: & filius inquit: omnia quæ pater habet mea sunt; an forte conuinctus dicturus es? æqualem patri filium operatione, ac potestate, nõ tamen origine, ac ęternitate: quomodo enim fieri potest, ut genitus sit ęqualis ingenito origine, ac æternitate: dissolue ergo Arriane hoc argumentum si potes, si dei filius nõ est coeternus patri: ergo tempus erat, quando filius nõ erat: ergo non omnia per ipsum facta sunt? ergo Ioannes euangelista non debuit dicere: In principio erat uerbũ? sed in principio erat tempus: nec ipse filius dei per Salomonem dicere debuit: Ego ex ore altissimi, ante omnem creaturam prodii, cum properabat cœlos aderam ei, & eram cum eo cuncta componens: Sed quia uideo Arriane uelle æternitatem dei calculare: & quot annis deus pater pręcesserit filium: dicas mihi obsecro, ubi natiuitatem filii dei (non dico filii dei & hominis) legisti? cum quo mathematico creatoris syderum constellationem quęsisti: atq; tractasti: quas horas, quę tempora, minutasq; momentorum natiuitatis collegisti: qui omnia condidit, omnia ex nihilo fecit, atq; conflauit: conquiesce cõquiesce iã Arriane, deficit nãq; calculatio, deficit ętas, ubi sine principio inuenitur ęternitas, egressio nanq; eius a principio ęternitatis a diebus antiquis: Sed ne de singulis agamus quicquid contra Arrianum de patre, & filio diximus: idẽ de spiritu sancto, contra Macedonios est dicendum: est enim in illis, & cum illis ęqualis unus non minor, aut tertius deus, qui spiritum sanctum a patre, & filio ęternitate substantia uel cõmunione separat, eũq; negat spiritũ esse patris & filii, plenus est spiritu inmundo, uacuus est spiritu sancto: Eia ergo heretici aduertite, uestrasq; fatuitates, & tenebras remouete: concedite

quęso creatori:& in creatura si potestis capite creatorem: quomodo iste ignis generet ex se ipso splendorem? quomodo etiam producat calorem? & cum tria sint in rebus:unum tamen in substantia:& inseparabilia sunt:& si ignis esset ęternus splendor ab eo genitus & calor productus,essent utiq; ęterni:accedat igitur paganus:accedat Iudeus:accedant & cęteri heretici intueantur lucernam:contemplentur ignem:& in ipso uideant:q; in deo uidere non possunt:ignis pater,splendor ab eo genitus filius calor ab igne:& splendore productus spiritus sanctus:non facio iniuriam si tanti creatoris cupiens ostendere potestatem,ignis, siue lucernę tantillam offeram similitudinem:quomodo etiam fons in se generat fluuium:& cum unum & inseparabile:sit fluuius:& fons:nec fluuius fons,nec fons fluuius intelligi,aut appellari potest:quomodo anima quę intra te est ad imaginem sanctissime trinitatis creata,intelligit, meminit: & uult: & cũ hęc tria,memoria,intelligentia:& uoluntas:diuersa sint in rebus:& actibus,una tamen uita una mens,una essentia:uel natura dicunt. q; si hęc singula inuestigate poteris,scitote adhuc diuine generationis mysterium tanto esse differentius,& eminentius,quanto creator creatura potentior,quanto artifex opere suo pręstantior, quanto ille qui sęmper est eo qui ex nihilo cœpit esse nobilior.

Finis libri tertii.

q VANVIS optimi philosophi nullum aliud officiũ sit: ipsiusq́ p̄clar philosophãtis quã sin gulas cũ partiũ uniuersarũ rationes & causas ex cogitare semp atq́ edocere/deinde in his rationi bus & causis assignandis ad summã deniq́ omniũ rationẽ causamq́ ascẽdere, p̄terea cęteros ad superna pro uiribus secũ ducere: ac dũ quanta sapientia regat̃ orbis omnis ostendit, simul & quanto humani generis cõmoditate ducatur cęteris p̄uidentię rõnibus, satis liquide manifestat: hinc inquã diui Cecilii, nõnullorũq́ philosophantiũ: & quasi deliras opiniones deridet/ deos cõspicãtes asserentesq́ parentẽ deũ omniũ illũ summũ explodentes: Nã ut cõspiciamus inquiens, an stet apud singulos ueritas Melicerta & Leucotheę p̄cipitantur in maria, & fiunt postmodũ maris numina/Castor/&Pollux alter ne moriunt̃ & uiuũt, Esculapius ut in deũ surgat fulminatur: Hercules ut hominẽ exuat Oetheis ignibus concremat̃: Apollo Admeti pecus pauit, Laomedonti Neptunus mœnia instituit: nec opetis mercedẽ infelix structor accepit: antrũ Iouis i Creta cõspicit̃, & sepulchrũ eius ostendit̃, & ab eo Saturnũ esse fugatũ, & q̄ de latebra eius nomẽ accepit: hic lr̃as inprimere, hic signare nũmos in Italia primus instituit: unde Saturni ęrarium uocitat̃: nã & rusticitatis hic cultor fuit: Inde ferens falcẽ depingit̃ a Iano hospitio acceptus, ip̄e bifrons exprimit̃, q̄ in medio cõstitutus annũ incipientẽ pariter & recedentẽ spectare uideat̃ O taliũ philosophantiũ deoꝝ dira portenta omnino execranda & a mortaliũ mentib9 explodenda: o inanis & delira religio taliũ priscoꝝ, ac pernitiosa disciplina: qua de re p̄clarus ille philosophus/ & illustris martyr Iustinus ad eos scribẽs qui a recto diuino cultu aberrarent, Quos nã igit̃ inquiens uiri gẽtiles urę religionis magistros esse dicitis/poetas ne: at q nil uobis p̄derit apud uiros poetarũ gnaros hoc ipsum effudisse: norunt enim deoꝝ ḡnationẽ ab illis supra quã dici possit deridicule cõstitutã

quẽadmodũ licet ab Homero nobis discere primo apud uos: & ꝓcellentissimo poetarũ: quippe qui dixerit gñationẽ deoꝝ etiã a qua principiũ habuisse, ita .n. scripsit: Oceanũ diuũ genesim Thetymq; parentẽ: Estq; ꝑterea meminisse opere pretiũ/qui de eo loquatur, quem illi deoꝝ primũ autumant: & quẽ sępe numero nuncupant hominũq;, deũq; parentẽ: Siquidẽ (inquit) Iuppiter humani dispensat munera belli: ipsum quoq; nõ belli solum in exercitu dispensatorẽ, sed eius etiã criminis quod in Troianos filia ipsius periurio cõmisit, causam fuisse cõmemorat, hunc ipsum & amore captũ, & affectũ molestia, & plorantem & a diis aliis insidias passum Homerus idẽ introducit, & aliqñ super suo ipsius filio talia conquerentẽ, & aliquando pro Hectore: Hei mihi quandoqdẽ earũ Sardepona cogunt, fata, Meneciadę forti succumbere dextrę: O di cura coquit oculis dũ męnia circũ: Errantẽ uideo sequit̃ quẽ cominus hostis: Quę uero de aliis loquatur diis, cũ insidias in Ioué moliti sunt/noue runt ii qui in eiuscemodi uersus inciderũt: scilicet: Quondã cœli colę uinclis uincire tonantẽ: Cõstituũt Iuno, Neptunus & Attica Pallas: Qui nisi terrores centũ gemini Briarei, olli irruerent iecissent uincula collo: Sed & quicũq; de amatoria Iouis ipsius petulantia narrant̃ abHomero oportunũ est̃ nobis surger̃ iisdẽ carminib9 quę apud eũ Iuppiter in Iunone loquit̃ ad hanc sententiã: Nõ ita me domitũ recolo mortalis amore: Siue deę memini pfusam pector̃ flãmã: NõLyxionęę flagrantẽ cõiugis igne Acrisioncę danaes aut uulnera sensi: Exarsi sed nec phoenicis mẽbra puellę: Alcmene, aut Sęmeles Dircei ad mœnia Thebes Non me sicCereris Latonę ue impulit ardor: nonq; cura tui con iunx mihi deniq; sedit: At q arbitror cõsentaneũ, ut deinceps ad memoriã reuocetis: quę in Homerica poesi de aliis diis: & q illi ab hominibus ppessi fuerint enarrent̃: Martẽ nãq; & Venerẽ a Diomede uulneratos affirmat, aliorumq; deorum affectus enumerat: Ita .n. nobis a Dione filia cõsolãte licet colliger̃, ad quam

in hũc modũ uerba facit: Substine nata p̃cor, quid enim tollera uimus oẽs: cœlicolę alternos hominũ mea nata dolores: gradiuũ fortisq; Ephialtes nat9 Alceo: Atq; othus pariter crudeli cõpede nectũt: Trisq; decẽq; iacet mẽses cõstructus in ęre: Et quõdã Iuno dextrã pfossa papillã ẽ: Amphitriomadę pcussa tricuspide telo: Nec nõ ueloci pcussus Pluto sagitta: Cũ nat9 Iouis hic torua latus ægide tecti: Strauerat ad pilios iactatũ uulner̃ cãpos: Tũc Iouis ad soliũ gemebũdus: & inclyta olympi: Tecta abiit tergũ pulsa afflictãte sagitta: Si aũt ex aduerso reliquorũ pugne deorũ meminisse cõueniat id nobis uester hic Poeta suggeret (dicens) Tãtus cœlesti rumor pcrebuit aula: Cũ sęua alterni ruerẽt in p̃lia diui: Neptũnũ cõtra bellabat Phebus Apollo, aduersus martẽ certabat Pallas Athenę: Iuno in obstiterat bello pharetrata Diana: Latonã telis uolucer Cyllenius urget: hęc & in similia de diis uos Homer9 edocuit: nec Homerus mõ, sedẽt Hesiod9 quapropter si excelẽtissimis poetarũ fidẽ habetis qb9 deorũ uestrorũ genealogię cõscriptę sunt necesse ẽ uos, aut eos tales existimar̃: aut eosdẽ creder̃ oĩno deos non eẽ: qd si nec poetis accedẽdũ putatis: qm̃ asseritis mẽdacia illis effinger̃ licere: multaq; de diis pcul a ueritate fabulari: pfecto estis sapiẽtes atq; philosophi ad eos tãq̃ ad munitissimũ presidiũ cõfugere cõsueuistis: ubi qs Poetarum dogmata de diis uobis ingesserit: Nẽpe mortaliũ mẽs tãta obũbratur, allucinaturq;, cupidine fututorũ pręsciẽtia p̃sertim priscis illis, ut qbus ueri deerãt uates Israhelitico populo tantum a deo ipso omniũ parẽte diuino munere cõdonati; demonũ oracula cõsulẽda placuerit: sed diuinationẽ aliũde sibi multifariã pcurauer̃: ueros.n. pphetas aut cõtẽnẽtes, ut pote lege distictos aut post habẽtes i mille isanias deuoluti, mille i p̃cipitia delapsi sũt apud Assyrios/Ariolorũ cõsulta: & traiectiões: motusq; stellarũ obseruatos multifariã inuenim9 p̃noscendi cupidine eisdẽ astrorũ p̃ cognitiõibus: Chaldei: & Egyptii piter icubuer̃ cui9 uanitatis inuẽtũ e caria legim9: Cilices pãphilii: piside & cãtu & uolatu auiũ res futuras: ut Cicero pdit: certissime declarari autumabãt q̃ sup

stitionē manasse ꝓditū est: Arabes a cygnis cęterisq; auib9 uti ex oraculis diuinationē colligebāt/putabātq; brutoꝝ callere sensu: si cor aut epar draconū comedissent: persuasum aliis cor talpę ad pręsagiū ualere: nec uulgo modo, sed & philosophis hominibus: Siquidē Proclus platonicus id & credidit & scripsit: ille in quā a consectaneis celebratus: cuius magam quoniā hactenus quod nouerim: cōfutata nō est: cuiusq; olim decē & octo aduersus nostrā religionē argumentationes Io. grāmaticus cognomēto Philoponus docte dissoluit: Sed .n. nationes fere omnes passim in dubiis responsa ab oraculis petere, uestigare oculta, cōciliare sibi uana demonū noīa falso credita numina: Hinc alię Pythiū: alię Dodoneū de rerū euentu cōsulebāt: alię Hāmonis oraculū de futuris itidē sciscitabant: nec ullū fere absq; responsis demonū, quos decepta gentilitas putauit deos, & coluit, aut bellū suscipiebat, aut firmabat pax, aut męnia condebantur: Legimus & Athletas huiuscemodi superstitionē expetiuisse/certatoresq; oīs ut uincerent coluisse easdē: Fortunę quoq; ꝙ rerum euentis fauere eā autumarēt diuinos honores tributos memorię proditū est apud Homerū, & uetustissimos quosq; poetas nil fere unq̄ legitur sine pręnotione tentatū a regibus & populis: qui augures & diuinos cōsulebant. Sic & Calchas sępe introducitur & Prothei crebra mentio: Sic & Tyresię Amphiarai/ & Heleni & Cassandrę, & alioꝝ ꝓduntur uaticinia: Sic & apud Curtium & Plutharcū Alexander Macedo uates cōsulit: & Aristandri responsis inter eos pręcipue, q eius castra sequebantur credulitatē obstringit: Sed & Iouis Hāmonis oraculū ꝑ uastas solitudines ardore solis exustas petit: pcūctaturq; terrarū ne orbi imperaturus esset: Ante Romā cōditā Carmentae Archadis Euandri matris: qa fatiloquia putabatur latiū audiebat in quod multę diuinandi species diuersis ex locis quasi ꝑ manus deductę sunt/atq; in ipā urbe Roma quasi domiciliū sibi delegerāt: cuius cōditor Romulus augur fuisse tradit/& urbē auspicato cōdidisse Pompilius cōditā regebat auguriis/& egregie colloquiis frui se iacta

bat ad ꝑnoſcendū: Auguribus & reliqui reges Romanoꝝ uſi/&. ex actis regibus nil publice ſine auſpiciis aut domi aut militię geſtū ex Etruſcis etiam petitū auſpitiū romani miſere/ & diuinationē inde adſciuere: Somnioꝝ ꝑterea cōiectationibus ꝑnoſcēdi ardore uacarūt/q̄ diuinatio e Telmeſſo putatᷓ orta. Tatianus ſcribit gētes exprobās/cuius librū in eas cōſcriptū beatus Hieronimus florentiſſimū nūcupauit. Idē ſane domitores orbis romani interpretationi Sybillinoꝝ carminū incubuerūt: q̄bus declarandis multos ex ciuitate uiros delectos eſſe uoluerūt: tātaq̄ꝫ ꝑnoſcendi cupidine latiū exarſit: ut id aduertens Terentius ſerulū introducat (quāq̄ ut apud Plautū plura decet ſeruū facerᷓ quā loqui) philoſophantē. & Demeā docentē/id eſſe ſaperē non quod ante pedes uiſitᷓ ſpectare/ſed quod futurū ē hominis propriā inquiſitionē Cicero in officiis cenſuit/eūdēq̄ꝫ neceſſariis negotiis curiſq̄ꝫ/uacuū/audiendi/uidendi/dicēdiq̄ꝫ auidū eſſe: nec nō mirabiliū aut occultaꝝ reꝝ cognitionē ad bn̄ beateq̄ꝫ uiuēdū neceſſaria ducere: Quā quidē ſententiā de finibus diſſerēs/ repetiiſſe uidetᷓ: iā uatū quoq̄ꝫ ꝑdictionibus audiebāt romani: quos nō modo apud homines/ſed apud deos ip̄os in honorᷓ eſſe finxerūt ob notitiā futuroꝝ: unde illa apud Maronē in georg. apud paſtorē Ariſteū a Cyrene mrē de Protheo: hunc & nymphę ueneranᷓ: & ip̄e grandeuus Nereus nouit/ nāq̄ꝫ oīa uates q̄ ſunt/ q̄ fuerūt/ q̄ mox uētura trahanᷓ: Quę ſententia prius ab Homero ab Heſiodo/ab Orpheo/ab Hypocrate relata: Siquidē Homerꝰ in prima Rhapſodia Iliados Chalcantem ꝑdicat ſciuiſſe eadem ceciniſſe Ioui muſas in theogonia fabulatur Heſiodus/ eadem Protheo in hymnis adſcripſit Orpheus: eadem medico noſcenda in prognoſticis cenſet Hippocrates: ſed nec romanus dūtaxat populus auguriis uacauit/nec ſolus Gręcus/nec Macedo nō illoꝝ modo duces: aut reges: ſed & Bogum quoq̄ꝫ Annibalis augurē legimus tam & ſi uano teſtimonio filii deceptum in alite ſignis: quāq̄ ip̄ſe Anibal: & rudis: & impius de quo & ip̄ſe Poeta canit: Armato nullus diuū pudor improba uirtꝰ: & de eo antea

Liuius:Nullius dei metus/nullũ iusiurandũ/nulla religio• qď
quod aliȩ quoq; uel ex lege oĩno uel rudes nationes p̄noſcendi
ęſtu inſaniis hmõi ſe mancipartũt/ philoſophis etiã gręcis cõſen
tientibus: nec Platone modo/& Socrate/& Epitecto/ ſed & ipſo
Ariſtotele quẽ ad Pythia ut philoſopharentur cõſultũ Philopo
nus interpres ꝓdidit/quẽ tñ grauiſſimũ/nec niſi ſenſu p̄iudica-
tũ quicq̃ decernentẽ gentiũ cõſenſus exiſtimauit; nec ab hoc ne
gocio Indoꝝ ſapientes abhorrebant : Brachmãnos inquã /nã &
ſcientie naturaliũ reꝝ & diuinationi ſimul incumbebãt• Idẽ &
Apolonius q eos acceſſit Gymnoſophiſtę æthiopũ ſi Philoſtra-
to uera narauit Damis,ut de ſua diuinitate certiorem redderẽt
Apoloniũ effecerꝫ ,ulmus ẽt locuta ſit:& Apolonii nõ p̄noue-
rat: Perſarum magi reꝝ p̄ſeſſionibus uacarũt, augurabanturq;:
&diuinabãt,cõgregati In phão cõmẽtãdi cã:atq; iter ſe coloquẽ
di,nec quiſq̃ rex Perſaꝝ poterat eẽ q nõ ante magoꝝ diſciplina
fuiſſet imbutus cõiungebanť olim apud diuerſas gẽtes hęc ipſa
offitia regẽdi•ſ•& diuinãdi:& ſacerdotii:Nec in Aſia mõ ſed in
Europa nã & Amphilochus &Mopſus argiuoꝝ reges:iidẽ augu
res fuere:& apud Maronem carmẽ hoc legimus de Rhamnete
Rex idẽ & regi Turno gratiſſim9 augur ſubditq; ad ſupſtitio-
nẽ deteſtãdã &illud ſed ñ augurio potuit depellerꝫ peſtẽ: ad hęc
Mercuriũ illũ Egyptiũ ꝓdũt maximũ regẽ & maximũ fuiſſe ſa
cerdotũ:alii in oĩbus portẽtiſq; interpretãdis uacabãt quoꝝ ali-
quãdo tã exuberãs copia ut quererenť ,nec auerti poſſe putaren
tur cecinit Anneus Lucanus de ꝓdigiis q̃ cæſaris & Põpei bellũ
p̄ceſſerũt:cur hãc tibi rector olympi ſollicitis uiſum mortalibus
addere curã noſcũt uẽturas ut dira p omnia clades:Et alibi ſit ſu
bitũ quodcũq;paras ſit ceca futuri/mẽs hominũ fati liceat ſpera
re timẽti|nec nõ apud Maronẽ de Didõe heu uatũ ignarꝫ mẽtes
qd uota furentẽ quũ delubra iuuãt:Galli quoq; Druides ſuos p̄
noſcẽdi cauſa conſulebãt legimus &incõmentariis Caii Cæſaris
Ariouiſti regis copias a p̄lio quandoq; abſtinuiſſe ob germano
rũ matrũ familias auctoritatẽ q̃ ſortibus uterenť :eiſdẽq; ſortib9

C. Valeriū procillū seruatū ne incendio traderetur: Sed & ipsi Germani ut ē apud Tacitū nō modo responsis fœminarū fidē non abrogabant, nec solus cantus uolatusq; auiū prænoscendis futuris, sed hinnitus & fremitus equoꝝ quos deoꝝ autumabāt conscios peculiariter obseruabant: & sortibus quoq; surculoꝝ temere iactatis abutebant̄: Certe Romanū Mariū uaticinio fœminę quā & lectica deferri iusserat in bello usum Plutarch9 est auctor: Aliis alię gentes uatibus diuinatoribusq; mentē obligāt desiderio prænoscendi quo tm̄ ęstuabant, ut eoꝝ poetę quę ficte nō facta referebant: uel eoꝝ deos: uel manes: uel heroas ea ipsa quę mille annis preterierant prędixisse fabularent̄: Ac utinam hęc sola uitia essent gentiū quę uerū deūm nō coluerūt: & Hębrei ipsi ad Phitones, ad oracula demonū ad diuinos nō issent: Vtinā hęc sola uitia antiquitatis & nostra tempestate non reperirent̄, qui umbras legis & tenebras gentiū euangelico splendore pręponerēt, notū enim & astrologię diuinatrici operam sine rubore sine uerecundia dari, & ficta fabulosaq; referri: & necromantię, chyromantię cultores cōsuli: & demones etiā custodiri insano amore futura prænoscendi: Sed has omnes fatuitates/& impia deliramenta alias satis abunde memorauimus disseruimusq;. Postq̄ agit̄ ab antiquiorib9.: & primoribus decet exordiri: hinc initiū sumens unius cuiusq; sententiā exponā, Quę ridiculosior multo est, q̄ theologia poetarū: quippe philosophi ipsi cū natura duce aliquid extra cōspectū magis esse suspicarent̄, quasi angusti animi uiderent̄, ui humana exquirere cępere, improuida quidē mortaliū mens diuinā illā naturā hnmaua acie cōprehendi posse satagens: sic & reliquoꝝ mortaliū philosophorum inscitia ad colendoꝝ deoꝝ emanasse: nā quanta sit eoꝝ deliratio deos opinantiū: Nempe qui tam flagitiosum Baccū: Priapum ue in deos uenerari: quo deoꝝ insania gigneret̄ iucundus furor: Quid deniq; turpius q̄ Venerē afferre deā, quę inclusam germanissimam libidinem contineat ad deformes actus̄ Ex

eaq; cupidinem matris excitatorem nasci: Enimuero quodã pacto stupra & adulteria, sed etiã obsoletorũ puerorũ fragtarentur/ delitię dii neq̃d mortalibus esset uetitũ, quod & expers nõ esset: res quoq; humanas deos effecer: orationis enim uim Mercuriũ, ex cogitationis Palladẽ edixere: ad hęc opera & artes Marti: & Mineruę, ut bellicas, alias Vulcano quæ igne peraguntur, demonas quosdam multiplices atq; uarios quos modo Deos peremptorum prædefunctorum, uel animos credidere, diuina illa tã gloriosa eorũ deorũ mẽs: nã & Plato philosophorum facile princeps etiã selectos & electos coluit deos: ueneratiõeq; eos habuit: nominaq; eorũ edocuit: Hesiodus innumeros eẽ deos dissertuit: Socrates uero demõas coluisse peribet, quos mõ genios: mõ coelestes, aut heroũ aĩas: atq; alios prisci pleriq; subinde fingẽtes mortaliũ mẽtibus diuersos errores infuderit, hominesq; ipsos a dei ueri cultu auerterint, eosq; ut deos sũma religiõe colerẽt ac nũcuparẽt: hinc peractũ extitit, ut maior deorũ numer9 q̃ hominũ esse cęperit: sed p̃clarius Epicurinus Pytagoreus, nihilq; deo clã eẽ nihilq; q nõ possit: q &oia cõdonat: & ut ex sentẽtia demochriti: atq; cũcta põt offerre: rex omniũ ip̃e solus, ut ait Pyndarus, unus pater creator summus atq; optimus artifex qui p̃gressus singulis diuersos secundũ merita p̃bet: hinc Orpheus ille disseruit: unus perfectus deus est, q cũcta creauit, cuncta fouens, atq; ip̃e ferẽs super oia se se: qui capit̃ mente, q mẽte uidet̃, nullumq; malũ mortalibus inuehit unq̃ quẽ preter nõ alius nubibus insidet altis: Excelsus quẽ coelorũ aurea sedes: sublimisq; tenet cuius se dextera tẽdit: Oceani ad fines quẽ de radicib9 imis: Cõcussiq; tremũt montes nec pondere quã uis Inmenso sit ferre q̃unt, q culmina coeli: Alta cadens terris nunq̃ tñ ille sit absẽns: Ille est principium medium quoq;: & exitus idem: ad hanc igit̃ tam felicẽ p̃cellentẽq; patriã a tali eius ac tanto fulgenti principe euocati si libuerit ibimus exultantes: & ut inquit Antistenes Deo nulli similẽ esse: quare etiã nullo modo fieri posse, ut agno

ſcit: niſi in patria illa perenni cuius imaginem nullã habes Ze
nophanes Colophonius: unus inqt deus iter deos atq; homines
maximus, nec corpore, nec mente mortalibus ſimilis: Heracli-
tus etiam uerbi q̃ eſt ſemper ait ſenſum, homines non capi-
unt, nec anteq̃ audiant nec cum primum audierint: ſed ex Xe-
nophõtis ſentẽtia, q omnia quatit: & omnia quieſcere facit, ma
gnus potenſq;, q omnibus patet: qualis aũt forma ſit nemini pa
tet: niſi ipſi ſoli, qui luce ſua oĩa pluſtrat: quis enim corporis ue-
rum deũ cœleſtem atq; inmortalem oculis cernere põt? Deus in
quit Plato totius rerũ naturę cauſa: & ratio: & origo, inmortalis,
ſummus animi genitor: neq; loco, neq; tempore, neq; uita ulla
cõprehẽſus: coq; paucis cogitabilis, nemini affabilis o, diuinę re
ligiõis pũidẽtia, cuius ullus unq̃ uel ueſtigiũ ſatis inuenire que
at: cuius opus nũc iã perfectũ religionis chriſtianę miſteriũ ſę-
culis prioribus abſcõditum oculi cõſpiciũt nři, quę in cõtuma
cię corruptiõe ſata fuerat, diſſoluta inquã pfecto cũ xp̃s omniũ
ſalus hoc ipſe iter ſit prius exptus: ipſa namq; natura ex cõdem
natiõe quę incorruptiõe extitit ad integritatẽ lõge ac prius diui
niorẽ per Chriſti mortẽ eſt reuocata o, uices nouas o, felicia ſęcu
la optionẽ in homine calamitoſam mortaliũ naturã luſit: in xp̃o
enim gratia paternę uolũtatis plenitudinẽ oñdẽs orbẽ collapſũ
mundũq; ipſum obſeſſum crimine obrutũ exhilarauit: peperit
inquã natura ex cõtumacia pelecta ultro ſpõteq; mortẽ, ediditq;
ille p obediẽtię munus mortẽ extinctã ut mortales ipſos ad uitã
illã perẽnem, cœleſteſq; ſedes ad diuinãq; gloriã eos remearet: ac
triũphis, fulgẽtibus, perilluſtriſq; tropheis eos ipſos exornaret:
uerũ · n · uero cũ rerũ peractarũ creatarũq; cognitiõe inmortali dei
pceſſa nã, quarũ cũ mortales ipſius aſpectu ętthereũ cœlũ ſyderi-
bus cõſpicerẽt ab oculis diſcretũ: & tũ tellurẽ aere circũfuſã i or-
bis ſede collocatã librari cernerẽt: tũc erga eã tã exiguo horarũ or
bitã ſolẽ circũferri flagrãtẽ: eiuſq; perẽni ãbitu, annuoq; iflexu ñ
noctis: atq; diei ſed eſtu: & brũa uiciſſitudo cõficeret, ifraq; lunã
emulã ambiri, q̃ mẽſtruis iteruallis illũ pſequeret pmutatoq; in

orbem lumen exerceret, tum circum luminũ ęquor animũ ac-
cessione turgens: uel labentis motũ astrorũ/imbriumq́ procellã
conspicerent, ex his asserendi necessitate condonarentur: ac ad
ęstus alii sedandos adiuuandi facultatẽ, tum mortaliũ, tũ alitũ
tum aliorũ gradientiũ, aquaticũ naturã, rationeq́ animal homi
nem ut omniũ ducem affirmare, impellantur solidam solertẽq́
huiusce machinę rerũ omnium ab aliquo diuino numine, qui
auctor, & actor, & architector, & omnium parens, & uerum
numen inmortalis deus appellaretur: hinc inquam sileant non
nullorũ philosophantiũ deliramenta de deo max. summo opifi
ce, & illorũ impie sententię: nam Tales Mylesius Diodoro Laer
tio, ac Cicerone/Eusebioq́ asserentibꝰ aquã esse dixit a qua orta
sunt omnia. Deum autem esse mentem quę ex aqua cuncta for
mauerit: Diagoras uero Atteus, & Cyrenaicus Theodorus: ut
Diogenes & Cicero memorant: nullum esse deum uoluere: uel
ut Eusebius disseruit deos esse, aut eis minime constare edixere
aut prorsus sustulerunt, nam Pythagoras se negauit de diis,
cum liqueat id scire: idest uerum esset aliqua diuinitas nec ne ē
Ex quo Athenienses eũ sublimauere finibus/Cleantes/& Anaxi
menes aera deum statuerunt/ hinc Maro: Tum pater omnipo-
tens fœcundis imbribus ęter: Coniugis in gremium late descen
dit & omnes: Magnus alit magnos coniunctus corpore fœtus:
Pyttagoras uero deum disseruit esse animã per naturam rerum
omnem intentum: & cõmeantem, ex quo omnia quę nascunt
uitam caperent: Antisthenes uoluit multos esse deos populares
unum tamen totius operis artficem: At Zeno diuinam illã na
turalemq́ legem/ Xenochrates octo esse deos delirat: Crisippus
naturalem uim diuina ratione prędītam/ interdum diuina ne-
cessitate deum censuit: Anaxgoras deum esse disseruit infinitã
mentem / quę per se ipsam mouetur: Epicurus uero deum esse
disseruit/sed nihil cuiq́ tribuentẽ/nihilq́ curantem: O insolens
Epicure/ut Academici edixere: nam qui nihil esse putant/pro-

phani

phani esse censentur: hinc Maro: Nec curare deum credis mortalia quenq̃: Et Lucretius: Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira: Vnum inquam omniũ dominus deus parens, rerũq; moderator summus, neq; illa sublimitas, maiestasq; quiuit habere consortem, cum sola omnem teneat, & calleat potestatem/ ad diuinum inquam imperium e terris utemur exemplis: quam docunq; regni societas cũ fide cepit, aut sine cruore desit: Thebanorum germanitas rupta dissidentibus etiã in morte discordia: & romanos geminos unum non capit regnum: quos unũ uteri susceptum hospitiũ Pompeius & Cęsar fuere affines: nec tamen necessitudinis fędus in ęmula potestate tenuerunt: Sic Iulianus Cæsar in Constantinũ augustum, ac patruelem a quo necessitudinis maiestatem fuerat accitus: Et sic Marcus Antonius Imperator Imperii consortem, ac germanum in Lucium uerum: sic Caracalla in Getam fratrẽ, imperiiq; maiestate adolescentulum non respuendum: Sic Domitiani impietatis generis humani hostis in Titum fratrem humanas delitias, qui nec deo pepercit, cum ipse se deum & dominum nuncupari patiebatur: Cum deus inquam unus sit orbis dominus, ac rector, & opifex/qui uniuersa quęcũq; sunt uerbo iubet/& ratione dispensat, uirtute consumit, & moderatur: hinc inquam conspici nequit, nam aspectu uisuq; clarior est, nec comprehendi eum tactu purior sit, nec mente excogitari, existimariq;, nam sensu maior est: iccirco deum digne existimamus, cum inextimabilẽ dicimus, ac predicamus, unus est, inquit, & ubiq; diffusus est, hunc igitur comitemur prosequemurq;, hunc habeamus itineris ducem/lucisq; principem Christum ipsum regem summum patris splendorem, & salutis auctorem amplectemur, ac contemplemur coelestes illas fulgentesq; sedes, pariter & omnium patentẽ quęrentibus & exoptantibus pollicentem: quanto igiť certius est omissis insensibilibus/ut uanis oculis cõtendere/ ubi illa perennis habitatio est ueri dei/qui terram stabili firmitate

N

suspendit qui Coelum distinxit astris fulgētibus: qui Solem humanis rebus clarissimū ac singulare lumē in argumentum suæ ac unicę maiestatis accendit: terris autem maria circūdedit, flumina sempiterno lapsu fluere pcepit, iussit & extendit campos sub sidere ualles fronde tegi siluas lapidosos surgere montes: in est ergo syderibus ratio ad peragendū meatus suos: sed dei est illa ratio qui fecit & regit omnia perfacile, si mortalis quispiam mentem adhibebit ex his quę memorauimus: colligere querūt: Compertū namq; & potestatem: quę ipsum uniuersalem diiudicet, quam intellectiuam dicimus incorpoream alioquin existeñ capax non esset uniuersalium sensibilibus insunt conceptum attingere: quia ergo uniuersalia cōcipit, ideo incorporea anima sit necesse: inmortalisq; Deū ipsum inmortalem a quo emanat uenerari conuenit, adorareq; omnis autem incorporea uirtus simplex est nullo pacto dissoluitur, nec corruptionem subiri potest: q nō corrūpitur inmortale: atq; diuinum quoddā existat oportet: hoc insuper uaticinia: hoc miraculorum opera: hoc deniq; non minus philosophorum: q theologorum eruditio uita moresq; denuntiant: pręterea nunc qui afflatu diuino afficiuntur prophetarum, apostolorum sanctorum, sapientum, ac martyrum: uitę quorum claritatis splendorem uniuersum terrarum orbem illustrem reddidit ad celebrandum reliquorum philosophorum acta: uitęq; munditiem commemoro, qui solum naturali procedētis lumine totius animę integritatis seruanda magistratus: sceptra, opes: & cætera quę hominum genus admiratur contemptui habuere: & ueluti malorum escam enunciauere ipsas uirtutes concertantes per solicitudines, peregrinationes, paupertatem: & omnium rerum externarum in summa inopia, hoc spontanea Pythaci abdicatio ostendit, Biantis, Anaxagorę affectata paupertas studio orphei Epimenidisq; solitudo: constans Zenochratis pudicitia: Eracliti per olera abstinentia: omnium rerum incommoditas Diogenis: Socratis deniq; ultronea mors: & horum

ut ita dixerim innumera humanæ sapientiæ oracula qui pro fe/cto talem non elegissent uitæ amaritudinē, quin potius gloriæ diuitiarum, uentrisq; libidinum, ut ignobile & monstruosum uulgus indulsissent, nisi aliquid corporea potestate prestantius inmortaleq; diuinūq; humano corpore adiunctū cognouissent q; si ita deum ipsum ea mente agnouissent, nec longo interual/lo a recto deuiassent itiner/felici ue uia aberrassent/affuissentq; quę inquam felicitati uita superat mortalium natura, nō enim hoc q; homo est ita uiuet, sed q; est in ipso diuinū: rursus eiusdem primo: si igitur inquit/& aliquid aliud deorum est munus hominibus consentaneum est rationi, & felicitatem a diis ipsis dari: hęc Aristoteles quibus palam audiri potest rectum nostrę beatitudinis iter, non aliunde q̄ super cœlestium fauore morta libus constare posse: quam ob rem & ipse ad hoc gratię munus implorandum ad superos, atq; imperii cœli dei uiui lumen cō/uerte, & ineffabile superne maiestati inuoca adorandum uene randumq; duxi: O altitonans & summi conditor orbis, qui de sublimi, & incomprehensibili æternitatis solio, cuncta guber/nans, omnia fouens, & sua cuiq; cōmoda inmensa tua largitate impartiris: hinc Iustinus, postq̄ (inquiens) ab antiquiorib9 & primoribus decet exordiri, hinc initiū sumens, uniuscuiusq; sententiā exponam, quæ ridiculosior multo est q̄ theologia poe tarum: Thales itaq; Milesius, qui naturalem philosophiā pri/mus exorsus est: rerum omnium principium aquam esse defini uit, quippe qui dixerit ex aqua produci omnia, & in aquam rursus omnia resolui: Post hunc Anaximander ex eadem Mile to profectus: infinitum esse omniū rerum principium affirma/uit: Iam enim ex eo omnia gigni, atq; in idem uniuersa corrū/pi: Tertius Anaximenes, & hic quoq; Milesius: aera principiū dixit uniuersi, ex quo res fierent, & in quem eadem resoluerentur: Metapontinus Heraclitus uniuersitatis principium dixit uniuersi, ignem affirmauit, & generari ex igne omnia quæ in

ignem quoq; finirentur Anaxagoras Clazomenius rerum principia Homiomerias, idest similares particulas esse dixit: Archelaus Apollodori filius Atheniensis infinitum aera & qui illi adiacent raritatem densitatemq; uniuersi esse principium asserit, qui omnes Athletę quadam successione deducti, eamq; illi naturalem uocant philosophiam agressi sunt: deinceps ueluti ex alio fonte Pythagoras Mnisarchi Samius numeros conmensurationesq;: & quæ in ipsius sunt harmonias principia nuncupat quęq; ex utrisq; componuntur elementa, ad hec & unitatem & sine termino binarium Epycurus Neocli filius Atheniẽsis, Corpuscula ratione speculabilia rerum principia dicit esse: ea quidẽ uacui expertia, ingentia & incorrupta, tamen nec frangi posse, neq; ex partibus conflari, inmutationi subiacere, pretereaq; ratione spectabilia nuncupari: Empedocles Metonis agrigẽtinus quattuor elementa, ignem, aera, aquam, terram, duasq; principales potestates amicitiam & litem existentium rerum principia commẽtus est, quarum altera quidem uiuat, altera uero dispertiatur: uidete igitur quę nam eorum qui apud uos sapientes appellantur confusio suborta sit: eorum inquam quos preceptores religiõis uestrę cõfitemini: siquidem hi rerum omniũ aquã principium esse difiniunt, ignem illi, alii alia ex his quę supra commemorata sunt, a quibus in rebus probabiles quasdam rationes adduxere: ut suum dogma confirmarent, idq; ostenderẽt aliorum placitis esse preferendum: hęc inquam ab his tradita sunt: quomodo igitur gentiles uiri tutũ fore putatis eis qui suæ consulunt saluti, ut arbitrentur se ab illis uerum Dei cultum discere posse, qui sibi ipsis nunq̃ persuadere poterunt, ne alternas seditiones exercerent, neue pugnantes contrariasq; sententias afferrent: uerum enimuero qui a primario illo uetustoq; errore desciscere uoluerint: nequaq̃ ab his quorum meminimus, sed a celeberrimus consumataq; uirtute philosophiis Platone uideli cet: & Aristotele religionis normam se cepisse contendunt: quos

uetum perfectumq; dei cultum didicisse uolunt: Ego autem eo qui talia memorant libenter in primis rogarim, unde nam edo ctos illos affirment, Impossibile est enim qui a deo magna di uinaq; a quibusdam consciis non pepercerint: eos aut illa nosse ipsos: aut eadem alios posse docere: secundo loco, & rectum & opottunũ putamus illoꝝ examinare sententias, quas utiq; no- uerimus ni alter alteri uidebitur aduersa proferre, quod si hos ipsos minime inuicẽ cõsentire deprehendem9 fore puto ut eoꝝ facile nobis ignorantia dinoscat: Sed enim Plato ac si coelitus descendisset supremũ deum in ignea esse substantia: Aristoteles autem in libro ad Alexandrũ Macedonẽ suę ipsius philosophię cõpendiariam quandam sententiã exponens: clare manifesteq; Platonis opinionem euellit affirmans deũ nõ in ignea substan tia contineri: sed quintum quoddã & ęthereũ corpus transmu tationi minime obnoxium effingit, in quo deum reposuit, non ut alii, quos inquit male sentiẽtes de deo in ignea illũ substãtia collocasse: deinceps ea quam in Platonem effuderat calumnia non contentus, Homerum quẽ ille iam a sua repub. tanq̃ men dacem repulerat: Tertium (ut inquit) eoꝝ quę a ueritate sunt symulacrorum imitatorem in cõfirmandis his quę de ęthereo corpore asseuerat, in testimonium uocat: scripsit enim sic igit & Homerus inquit: Iupiter excępit nebulis & in ęthere coelum eum & Homeri testimonio fide dignam sui ipsius opinionem ostendere: ignarus tamen ꝙ si Homero utatur teste, ut se uera dixisse demonstret, multa eorum quę uera arbitratus est, falsa apparebunt: Thales enim Milesius qui primus apud eos philo sophandi sumpsit initium, occasione de Homero sumpta suas de principiis opiniones cõmentus est, Aristotele nanq; dicente deum & materiam rerum esse principia, apud eos omniũ anti quissimus Thales uniuersitatis principiũ in aquam refert, ex qua omnia generent, & in quã uniuersa procumbant coniecta tus in primis/ꝙ animaliũ omniũ seminariũ principiũ humidũ

est:deinceps q̄ plantę omnes humido aluntur:atq; fructiferant eoq; destitutę protinus arescūt:sed his coniecturis,nō cōtentus Homerum tanq̄ idoneū cui fides habeať citat,ita dicente Oceanus Genesim qui cunctis omnibus affert:cū igiť Thales ita in illum iure nō exclamat:quā ob causam o,Aristoteles in destruēdis Platonis opinionibus accedis Homero namq; ueridico: nostram aūt impugnaturus sentētiam ueridicū nō putas Homeq;: qui itē nostri isti ualde admirabiles philosophi,nihil inter se cōsentiētes appareāt:aliis ēt in rebus ex his quoq; dignosci facillimū est:nam tria rerum principia Plato posuit Deū, materiā: & speciem, Deum quidem effectorem omnium:materiem autem quæ primę rerum generationi subiaceat:& illi ipsi ut creet occasionem subministret,speciem uero uniuscuiusq; facundę rei exemplar:Aristoteles eius principii quam ideam seu speciem nuncupamus nullo pacto meminit:duo aūt statuit principia , Deū & materiam:Plato rursus in prima illa sphera suprema Cœlesti & a planeta quasi dixeris innerrabili primum Deū:& ideas collocat:Aristoteles uero post deū primariū,nō ideas:sed intelligibiles quosdā deos ipse constituit:at in hūc modum de rebus cœlestibus alterne dissētiunt:ut nosse deceat illos quoq; notitię res quæ in promptu nobis sunt non patuerunt:de quibus inuicem sibi aduersantur,contradicuntq; eosdem uideri dignos fide ut cœlestia doceant:q̄ autem nec eorum sermo conueniat de anima humana re quidem presentanea ex his utiq; manifestum, quæ cum uterq; de illa disseruere,Plato quidem tripartitam illam arbitratur,cuius altera portio rationalis habeatur: irascibilis altera tertia concupiscibilis:Aristoteles uero minus communem animam constituit,in quo scilicet corruptibiles particulę cōprehendanť:sed id solum q̄ rōe capax ē animā eē dicit: At q Plato animā omnē imortalem clara uoce testať:Aristoteles aūt Enthelechiā illā nuncupans non immortalem sed mortalem eē uoluit,Et ab illo quidem semper mobilis, ab Aristotile uero

inmobilis definitur: ut quę omnē motionē ipsa perueniat/quibus in rebus aduersa pugnantia uicissim statuere redarguunt. Enimuero si quis diligenter peculiares eorum opiniones cōsiderare uoluerit, inueniet utiq; illos in eisdem ipsis non prestitisse:/ Siquidem Plato tria interdū rerum principia constituit/deum/ materiam/Ideas, Interdum quattuor, adiecit enim animā uniuersi: & rursus cum ingeneratam materiam dixisset, tandē postea generatā asseruit: & cum propriū ideę principium assignauisset: & per se met subsistere affirmasset, mox illud in intelligibilibus posuit: Cum item omne quod genitū est corruptioni obnoxium antea dixisset, aliqua postea illorum dicit posse nō solui, neq; corrumpi: Quid igitur causę est ut non solum ad alterutrū sed ad se ipsos etiā tumultuentur, qui apud uos sapientes existimantur: ob id uidelicet euenit quod ab eis qui nouerāt discere post habentes sibi met persuadere maluerūt: proprioq; humano cōcilio cœlestia posse cognoscere, qui nec ea quę sunt in terris potuerunt: Cur quęso humanam animā uestrorum philosophorum, alii in nobis, alii circa nos esse dixerunt: & sane neq; in hoc ipso conuenire satis curauerunt, sed ueluti propriam ignorationem differenter partientes, de ipsa quoq; anima tumultuari rixariq; delegerunt. Eorum quippe nōnulli ignem dicunt esse animā, ii aerem, illi mentē, alii motionē, alii notionē, euaporationem, alii potestatem, alii fluentem ex astris, alii autem motiuū numerum, alteri aquā generationis effectricem, & ut generatim dicatur inordinata quędam & male consona apud eos inoleuit opinio: hoc solo bonis inditiis digna laude extimata, quod alterutros errabundos nec hęrentes ueritati redarguere delegerunt: postq̄ igit̄ fieri nō pōt ut quicq̄ ueri cultus a uestris pceptorib9 condiscatis, cū satis idoneā suę ignorantię fidē ob alternas rixas uobis fecerint: sequens puto ut maiorib9 nr̄is accedatis q̄ pręceptorib9 nostris longe antiquiores sunt/quiq; de ppria nihil fantasia uos edocebunt: neq; ab alterutris diuellentur: nec inuicem

quicq̃ demolient̃:sed q̃ procul ab omni cõtentione, pcul a rixa dei cognitionem suscipere, eandem uobis insimulabunt, neq̧ enim ut ipsa natura, aut humana intelligẽtia magna adeo atq̧ diuina hominibus cognouisse possibile est, uerum superne sanctis hominibus demisso dono quibus opus non fuit, aut ar te, aut ut litigiose differerent:se ipsos diuini spiritus operatione puros exhiberent, ut diuinum illud cęlitus descẽdẽs plectrum ꝙ uiris iustis tanq̃ Cytharę cuiusdã, aut Lyrę instrumento utẽ cœlestiũ:& diuinoꝝ cognitionẽ uobis reuelet:qua propter uelu ti ex uno ore:unaq̧ lingua:& de Deo:& de creatione mundi: & de hominis formatiõe:& de humanę animę inmortalitate: & de ẽo ꝙ post hanc uitam futurum est iuditio:deq̧ omnibus quorũ nobis cognitio necessaria est consequenter & inter consentien tes nos edocuerũt, qui utiq̧ diuina dogmata diuersis:& locis:& temporibus prębuerunt, Incipiã igitur a Mose qui apud nos ẽ primus:& legis lator:& propheta exponens primum tempora quibus natus est, eorum etiam testimoniis utens, quos etiam di gnos extimatis, quibus fides habeat̃:neq̧ enim ex diuinis solũ, quæ apud nos habentur hystoriis, hoc ipsum demonstrare ten tauerim:quandoquidem illis adhuc propter antiquum maioꝝ uestrorum errorem credere noluisti: sed ex uestris: & nihil a ue stra religione discordibus hystoriis, ut percipiatis omnium siue hystoricorum, siue sapientum, siue poetarum, siue philosopho rum, siue legum positorum, qui apud nos sunt:primum religio nis nostrę magistrum Mosem uetustiorem multo fuisse, ut gen tilia nobis declarant monumenta, temporibus enim Ogygis:& Inachi, quos pleriq̧ uestroꝝ terrigenas putauere:facta ẽ Mosys mẽtio ueluti ductoris & principis Iudaicę natiõis, eius nãq̧ Po lemõ in primo gręce hystorię meminit:& Appiõ Possidonii, tũ ĩ libro aduersus hębreos, tũ in quãto hystoriaꝝ referẽs tẽpestate Inachi regis Argiuoꝝ, Amaside in Egypto regnãte Iudeos qui bus p̃erat Moyses defecisse, isq̧ Ptholome⁹ Mẽdesius cõsentit, q

res Egyptias litterarum monumentis cõmendauit: quiq; Atheniensium gesta conscripserunt, Hellanicus: Philochorus, qui res Atticas, & Castor, & Tallus, & Polystor, Alexander, Amplius, Iosephus, & Philon, qui Hębreorum hystorias cartis mandauere, Mosis tanq̃ antiquissimi, longeq; uetustissimi Iudeorum principis meminerunt: neq; tamen priscis illis philosophis hęc regendi uarietas quicq̃ impedimenti attulit, quo minus barbaras aduecti nationes ab iis ea perciperent/quę melius ab eiusmodi gentibus q̃ a se ipsis teneri arbitrabantur: aiunt uero illos in Egypto, non ab ipsis uero Egyptiis: sed ab Hębreis quoq; pręceptoribus, dei ueri doctrinam cognitionemq; percępisse, atq; hęc quidem Plutarchus narrat, Boetius: nec minus & Porphirius ille narrat: qui contra ueritatem fidei Christianę rabida debaccantur insania: narrant praeterea & Pythagoras, Numenius, & alii complures: Fertur autem Pythagoras circũcisione subisse acceptam ab Egyptiis, quam tamen ipsi Egyptii ab Hębreis patribus accepissent: nam cum Abraam patriarcha ab auctore rerum omnium deo circumcidi iussus fuisset, ritum hunc posteritas cultu perpetuo asseruauit: cuius per ętatũ multa curricula in Egypti finibus diuersate, imitatores Egypti facti sunt: Et si rerum omnium opifex deus, quiq; ipse est omnia mundiq; anima, & mens uniuersi/qui uices temporum, qui coeli luminosa culmina, qui maris salubria flamina, & inferum deplorata silentia nutu dispensat, coelũ ipsum quod suũ est, & sibi soli seruit sine opere, & sudore, noluit promereri: sed indutus est dominus fortitudinem & pręcinxit se: eaq; omnia eruditionis instructionisq; nostrę causa suscipit: ut eadẽ pariter gloria frueremur, fortitudinẽ nobis in assiduis uitae cõflictionib9 magistrã reliquit, nullãq; siue pugnę uictoriã, aut coronã adipisci monstrauit: nam quid aliud in mundo hoc q̃ pugna aduersus diabolũ quotidie geritř: nãq; quid aliud q̃ aduersus carnalia uitia & seculares illecebras dimicatur, quae huius tantum infractę

uirtutis thorace propulsantur, Ea enim cæterarum regina uir
tutum constantissimo animo cupiditates humanas malorũ om
nium fomites, retundit, non uoluptatibus eneruari non auari/
tia degenerantium animorum ueneno effęminari, non inuiden
tię peste torqueri: non ambitionis fallacia decipi non metu cõ/
cuti, non laboribus minui, non doloribus frangi finit: sed(q̃ di
uino olim epiteto stoici sapientissimi uiri, adagio celebratum ac
cepimus) in prosperis rebus abstinentia, in aduersis patientia,
uitam pleraq; inpeccabilem: atq; tranquillissimam reddit his ar
tibus: maiores nostri: Catones Curii: Fabritii: Corruncani, & in/
numerabiles, alii, continentissimi uiri ęternitatem sibi nominis
compararunt, hac eadem fortitudine adiutrice, prudentissimus
Vlyxes, Cyrces pocula, Syrenum cantus, lętiferaq; omnia cu/
piditatum lenocinia effugit, huius deniq; firmissimis gradibus
Socratem sapientissimum oraculo iudicatum, domitoremq; or
bis imperterritum Hęrculem: tot regẽ & inclytos ubiq; gentiũ
principes in Cœlum relatos prisca etiam sęcula crediderunt, qui
tamen omnes pro gloria frustrati gigantum more uastis monti
um molibus innixi, sine fide & ueritatis luce pugnantes: non se
cus ac illi repulsi eiectiq; sunt o, felicissimam igitur hanc no/
stram ętatem quæ ascendentis Iesus lumine illustrata: ueriq; dei
disciplina instituta es: quæ tot Euangelistarum pręconiis erudi
ta, tot martyrum testimoniis confirmata, fortiter humana om/
nia excipere certissima ęternę cœlestisq; glorię fiducia merui/
sti: cognouit enim Bos possessorem suum; & Asinus pręsepium
Domini sui: gratias igitur agimus summe, & exuperantissi/
me omnipotens Iesus, tua enim gratia sumus cognitionis lu/
men consequuti, lumen sanctum & honorandum, lumen tu/
um o, uitæ uera lux omni excellentia maior, omni laude digni/
or, omni potestate ualidior: tu domine fortitudo nostra, tu pe/
tra, tu robur, tu saluator noster, tu susceptor, tu ita paterna pie/
tate nobis hodie innotescis, ut sensu cognoscamus ratiõis inda/

gine contemplemus, intelligentia perfruamur: & q nos etiam in corporibus sitos ęternitate fuetis cōsecrare dignatus gaudeamus: hęc est enim sola humana congratulatio/cognitio maiestatis tuę, uerū(proh dolor) quid nos dulcissimo fructu & incōparabili munere huius gratię abstinemus: Quid nam uanitatibus sęculi inuoluti ratione abutimur, & rursus pene ignorantiæ luto inmersi salutis iter amittimus: hæc iura enim salus homini cognitio dei, q sine admiratione primis prope mundi diebus Mercurius ille cognomento Hermes diuinitus etiam efflauit: internis oculis deum iutueri ad excelsa, ascensum prebere q intuentes; & desiderio flagrantes deus apprehendat, eoq trahat modo, quo lapis (qui magnes dicitur) ferrum: peruius enim cuiq est ac facillimus ad deum accessus, si terrenis posthabitis fortitudinis hasta fulcitur: si peccatorum sarcina exutus intenta sensuum applicatioue contemplari deū uelit, si fideliter ideo si deuote, si sancte, facile terrestres laquei effringuntur, si toto corde dominū confectemur, si fortitudinis clypeo muniti breuissimum hunc uitæ stadium decurramus: hinc Raphael uirtute, & probitate insignis disseruit: nam quid est omnino nulli nec angelorum, nec sanctorum in patria licet, rationes itaq philosophi, pariter & christiani demonstrando deo ex parte motus bifariā sumunt: omne nanq quod mouetur, ab aliquo mouet/ ut palam in sole conspicimus: id igitur mouens an non si minime ideam: deum fateri necesse est, si uero mouetur ab aliquo, & ipsum mouetur, aut ergo in infinitum progrediendū, q nequaq licet, aut ad aliquod inmobile mouens permanendū, in qua probatione duo nobis assumpta tuenda sunt: motū omnē ab aliquo motu, deinde in his necessitudinem non esse infinitam: Primū tribus modis Aristoteles defendere uidet: si aliqd se se mouet, opus ē ut in se sui mot9 principiū habeat/ aliter nō ab alio moueret: opus inquā ut primo sit motū sui/nō suę pris ratione, hoc est non pars una ab altera moueatur ut animal per

motum pedis opus insuper id esse diuisibile, partesq; habere,
qn̄ omne quod mouetur, ut in sexto de phisica audi conditio-
ne corpus existat deinde per inductionē agreditur: omne ꝙ mo-
uetur, aut ex accidenti: aut ex se mouetur: ex accidenti nihil ex
se, sed ad alterius tātum motum, ut nauta nauem, & anima cor-
pus mouendo se mouet: Ex se autem, aut per uim, seu naturali-
ter primo palam est ab se nihil moueri: nec itē quę naturaliter
leuia: & grauia a generante & remouente prohibens mouetur:
Tertio in hūc modum nihil est idem simul actu & potētia eius
dem respectu, sed omnē ꝙ mouetur in potentia sit: omne autem
ꝙ mouet in actu est quia nihil, nisi quia in actu ē agit, ergo nih
in eodem mouens: ac motum erit: sic enim docens doceretur &
sanās item sanaretur: ꝙ plane incongruum: quam ob rem nihil
se se mouet. Aristoteles tamen in eodem libro motum actum ex
stentis in potentia & diuisibilium: & corporum tantum accipit
Plato autem cōmunius ac latius hoc nomen assumens: q; se mo
uet non esse corpus dictant: nam intelligere quoddam moueri
existimauit, qui etiam mouendi modus in tertio de anima ex-
primi uidetur: hoc itaq; modo primum mouens se se mouere ꝙ
se intelligat: & uelit & amet: satis putarit poterit: nec Aristoteli
omnino aduersum unum primum & inmobile ponens, quo au
tem ad creatum intellectum nequaq̄ cuius intelligere pati po-
tius, ac moueri ab intelligibili q̄ moueri sit. Ex his igitur satis ōn
ditur queadmodum nullum se mouens continuo mouetur, cu-
ius motor ex se, uel accidente moueatur: at primum mobile ꝙ
octauam arbitratur spherā: Ptolomeus uero nonam si animata
est se se continuo mouet, nec enim aliter ille motum probaret
sempiternum cum omnis motus a primi se mouentis motu cau
sam ducat: cuius pars mouens, nec per se: neq; ex acciden-
te sicuti cętera mouetur, nec pugnare uidetur: ꝙ inferiorum or-
bium motores motum moueant sempiternum: & ex accidēte ni
hilominus non sua sed suorum mobiliū ratione, quæ superioris
orbis

orbis motum sequuntur moueri dicantur: & hoc itaq; primo mobili in sua philosophus metaphisica ulterius deum inquirit/ omne inquit se mouens ex appetitu alicuius mouetur: nam ap petens est quodámodo motũ mouens, id uero ꝙ appetitur mo uens, omnia non motum, opus igitur primũ esse motoré quen/ dam seperatum omnino inmobilem: qui deus est: inter hęc aũt motum posuimus æternum Peripateticorum more, qui mun/ dum æternum, hominesq; semper fuisse dicunt, ꝙ catholici nequaq̃ admittunt: ut plane ostendamus hoc item modo pul/ cherrime diuinitatem probari, quæ nil aliud est q̃ æterna mo/ uens causa, si rursus de nouo cępit causam eandem: auctoréq; quo mundus, ac motus cęperit: quin nihil se faciat est opus cō cedere: deinde animatum primum diximus ꝙ multis minime conceditur: unde necesse ut ni a primo penitus mobili statim moueatur: Quamobrem alterutrã ponens Aristoteles, necesse inquit, uel ad primũ mouens inmobile statim, uel ad se se mo uens uenire ex quo rursus ad inmobile primum separatum ut diximus peruenitur: alterum ꝙ probandum restat: quemadmo dum mouentium & motorum uicissitudo infinita non sit: in li bro secundo metaphisicę ita confirmat in omnibus causis effici entibus ordinatis: primum causa est medii, medium uero po stremi, siue unum seu plura sint, media remota autem causa id cuius remouetur: remoto primo causa esse nequaq̃ poterit: at si causis efficientibus infinitum proceditur, nulla causarum pri ma erit, omnes alię intermedię tollentur: quod non omnino fal sum, primum igitur efficientem causam: quæ deus est, ponere omnino opus est, in eodem libro rursus alia ratio colligitur: Ea.n. quę maxime uera sunt inqt, maxime sunt entia: in quar to autem libro eiusdem/ aliqd maxime uerũ ex hoc ostendit/ ꝙ duoꝝ falsoꝝ nnũ altero magis falsum conspicimus/ unde opus etiã ut alterum sit altero uerius, hoc ex propinquitate illius est

q maxime, ac simpliciter uero existit: ex quo satis constare pōt unum q maxime sit ens inuenire, hoc autem quid nisi deum dicimus, huc accedit etiam Damasceni argumentum: q & commentator attingere uidetur, Contraria, inquit inter se ac pugnātia in unum ut semper, seu plerunq in mundo coire conspicimus: quæ nisi alicuius gubernatione: & prudentia minime possunt: ex qua omnibus & singulis ad unum tendant finem tribuitur: sed naturalium hęc satis, quæ si quis latius uidere cupit hunc ipsis qui de his scripserunt relegamus auctoribus: Ciceronis nunc de natura deorum tres locos ad huiuscemodi facientes cognitionem non ab re ponere sum arbitratus: quid dicendum quum ordinem hunc rerum humanarum perseuerandi iudicamus Cœli motum, siderum cursum, temporibus accommodatum necessaria cunctis animantibus instrumenta organaq data tantam ęquata lancę orientium: & occidentium uicissitudinem quæ non temere (nam sic omnia breuiter corruerent) sed ratione certa durare animaduertimus, non rectorem his ratione, intelligentiaq summa pręditum pręsidere arbitrabimur insuper si ex Cymeriis illis qui subterranea loca dicuntur habitare aliquis ad superas euaserit auras ornatumq hanc Cœli pulchritudinem solis hominum certum in uita societate, legibus, moribusq deuinctum tantam uniuersi orbis uarietatem, agri amenitatem repentę conspiceret, dubium ne diuina quadam, summaq artificis ratione, hæc constare omnia putaret, deniq dicit nullam esse tam feram, tam barbaram immanemq gentem cuius mens diuinitatis opinione non sit imbuta sed his magis omnibus doctoris gentium mouebit auctoritas: oportet ait accedentem ad deum credere quia est & inquirentibus se remunerator sit: a qua quidem ignoratione quemadmodum supra narrauimus, nemo satis excusandus, Ex hoc Pyrrothus, Aristoteles: Epicurus, Aristippus explosi, qui deū

ac prouidentiam negauerunt: Demochritus item qui casu ex Athomorum congressu omnia constare putauit, deniq; Theodorus ille Atheos cognominatus, ac reliqui omnes qui ius fasq; minime seruantes Venerem tantum, & Baccum eorum fauentes moribus coluerunt: si ciuitatibus necesse est hos etiam placare, nihil ad nos: Ciuitates enim, etiam res externas, ut diuitias, & omnia quæ corporis sunt: ut formam bona esse confirmat, & horum contraria mala, pauci enim sunt in ipsis, qui animæ curam habeant, nos autem quantum nobis possibile est istis non indigemus: sed omni studio atq; opera deo similes fieri conamur, quod fieri solet perfectiore uirtute: & uera de rebus opinine: econtra uero prauis tam demonibus q̃ hominibus, & omnibus qui caducis, atq; materialibus gaudent dissimiles esse studemus, non iniuria igitur philosophus, demones contemnere debet, & diuinationes negligere: ea enim quę homines uaticinationibus petunt negligit, non ergo de matrimonio, non de mercibus, non de seruo, non de furto, non de aliis inanibus rebus, quas falsa opinione homines cupiunt: ab extis animalium quæret: Sed ipse per se ipsum deo accedens æternam solum modo uitam quæret, quam toto animo desiderat, his uerbis Porphirius auguria & auspicatus, & uniuersam diuinationem quam multi admirantur falsa opinione hominũ constare aperte ostendit: quibus philosophum nullo modo indigere dicit: si ergo modestus, prudensq; uir ea fugit quibus demones placantur: quę sunt gentilium sacra sanguine animaliũ confecta, nemo priscorum prudens ac modestus inuenitur: omnes enim ut diximus ante Saluatoris nostri aduentum uel hominum sanguinem demonibus offerebant: nemo ergo secundum Porphirium prudens modestusq; gentilium fuit: prę terea ipse rationem sequens sacra demonum refutat: & mundo animo esse hortatur quem demones inuadere nequeunt, quoniam dissimiles sunt: Apollo uero deus suus, rursus enim

hominicomparatus inferior reperietur pernitiosissimo demoni qua uidelicet ei amicus sit pernitioso enim pernitiosus amicus est:sacrificandum consuluit:q ipse in libro de responsis conscri psit:Cum enim uates festinaret:q querebat inspicere Apollo ei respondit innumera prius demoni offerenda est dicens ratio au tem humana duce natura his contraria facunda probat mundi tiem scilicet anime adhibendam:& sacrificandum non esse de/ monibus quoniam purum,mundumq agredi non possunt, cũ dii similes sint:q si prudens,& modestus uir est: qui demoni/ bus non sacrificat:qui suis responsis sacrificandum contulit, qualis nam sit per te ipsum considera,pessimi ergo:atq perni/ tiosissimi sunt,qui cęde ac sanguine hominum gaudent, quem mortem siquis laudat is omnes homines qui modo uiuunt uitu perat:q si prudenter nostro tempore huiuscemodi rem contem pserunt,prisci omnes stultissime id faciebant hinc,ac pleriq il lustres edixere:q etiam prisci qui recte egere,ac pręclara facino na peregere,post a Corpore exitum sedem lucidam eis prępara tam habere:sed quanto illustrius edicendum est de his dei opti mi & Christi regis cœlestis ei summo ardore ad herentibus dile ctione amoreq:ut scilicet Christi apostoli & condiscipuli ueri athletę,extremi milites,martyres:& allii illustres,qui Deo om nium parenti adhęsere:hinc Cyrenensium pręsul ait o uiri Athe nienses quo se loco quispiam collocarit,arbitratus optimum il/ lum esse aut in quo sit ab ipso principe constitutus in eo quan/ tum equidem sentio permanere illam oportet, idetidem animo reputante:nullum sibi maius aliunde discrimen:ne a morte qui dem ipsa,quæ a turpitudine imminere :paulopost mortẽ enim timere.O uiri Athenienses,aliud nihil est q̃ uideri quenq̃ sapiẽ tem qui re ipsa non sit,rursusq paulopost inquiens pre illis aũc malis,quę scio penitus mala eẽ nõ timebo ea,nec fugiã q̃ haud satis scio an & bona esse contingat:Iterum & hęc amplius:quod ad cætera q̃dem pertinet beatiores sunt qui illam/qui hãc inco/

lunt regionem: reliqui enim tempore sunt inmortales Platonis etiam sunt: O amici homines: ea quę nunc nobis contemplanda prędonam:mihi enim inquiens:melitus,neq; amytus quicq̃ nocebunt, neq; enim nocere poterunt: fas enim esse non puto: ut qui melior homo est, a peiori detrimentũ accipiat interficere me illi quidem fortasse poterunt: aut ciuitate exigere: aut in cõtemptum adducere: uerum hęc ipsa: alii, atq; alii fortasse mala esse existimant: ego autem mala nõ puto, sed multo maius esse malum opinor ea facere, quę hic nunc facit, qui uidelicet hominem pręter fas agrediatur occidere, hęc itaq; Socrates, atq; in ipsa maxime capitali causa philosophatus est: sicut & Plato cõmemorat: neq; tamen est honores consecutus: quos martyres Christi consecutos uidemus: nam nec illi templum aramue exstruxerunt, nec locum aliquem consecrarunt: nec solemnẽ festiuitatem duxerunt: qui illius interfuere sermonibus: sed inhonoratũ passi sunt esse quanq̃ sapientẽ scirent fortemq; hominẽ iniusta ille quidem nece sublatus est: aut tamen uera nec pietate pręditus fuit, plurima enim, hinc quoq; ex eo errore cõmixta erant, qui nunc terrarum orbem occupabant: unde factũ puto ut uita perfunctus nullo dignus honore habitus sit: Sed neq; Anaxarchus ille qui cum pistillis ferreis tunderetur: tunde inquit Anaxarchi peram, neq; enim Anaxarchum cõtundis: hoc honoris est consecutus: Non etiam Zeno: Eleates: ille inquam Zeno qui cum cogeretur proferre coniurationis secreta cõstantissime tormentis omnibus restitit nihil effatus, utq; ait Eratosthenes in his libris, quos de malis, bonisq; conscripsit, timens ne uictus excessu tormentorum proderet aliquid ex compositis rebus, consciosq; coniurationis nominatim efferret: linguam dentibus abscisam in tyranni faciem expuit: quod ipsum & Theodotũ Pythagoricũ fecisse aiunt: Paulũq; pręterea Lacydę familiarẽ ut testis ẽ Pergamen9 Thimotheus i libro de philosophoꝝ fortitudine; idéq; Achaicus in Ethicis libris affirmat/nul

lus tamẽ eorũ qui martyres honore digni sunt habiti, neq̃ item illi qui illustria & celeberrima excitata sunt uirtutis Trophea: Miltiades:Cimõ/pericles:Themistocles:Aristides:Lysimaco natus patre:hic uero nõ modo fortis patrię propugnator:sed iustissimus quoq̃ homo ẽ habitus uerũ neq̃ hic, neq̃ Spartanus Brasidas,nõ deniq̃ Aegesilaus:nõ Lysander qui dissoluit Atheniẽsium potentatum: nõ Pelopides Boetiorũ princeps,non Epaminidas qui Laconam deuastauit,ausus ad usq̃ Sarptana mœnia hostilem exercitum admouere:nou Romanorum pręclarissimi Imperatores non Scipionem maior non Brutus illum nomine Brutum referens:qui Tarquinios Roma exegit: non Cato: nõ Sylla:non Marius:non Põpeius:non ipse Cæsar ii enim ductãdis exercitibus,egregiaq̃ in gerẽdis bellis fortitudine uiguerũt neq̃ sic tñ,quali martyres honore affecti sunt:ego autem bellicos duces commemoro,cũ ne ipsi quidem reges habitabilis terrę: ita unq̃ honestati cultiq̃ fuere:nõ Cyrus:nõ Darius:nõ Xerses,non Philippi filius Alexãder insignes enim dumtaxat clarissimosq̃ propono:non itaq̃ Augustus:nõ Vespasianus:non Traianus:non Hadrianus:non Antonius:attamen hii omnes cũ uiuerent illustres cõspicuiq̃ fuere:uictoresq̃ deuictis barbaris põpas miserunt solemnitatesq̃ celebrarunt: mortui tamen nihil a multitudine differunt:neq̃ enim conditi sunt insignibus monumentis,neq̃ publico epulo festiuitatis annuę honestatur:quis ẽ enim homo,qui sepulcrũ Xersis:Darii ue cognorit/quis Alexãdri illius q exiguo tpe tot barbaras natiões bello perdomuit: sed qd ego tam antiquos reges cõmemoro cũ ne Augusti qdẽ Cæsaris tumulus aliorũ ue sup sit qui post eũ Romanũ Imperiũ moderati nescierũt ditionis datorẽ Deũ soli uero adhuc extare cernantur Imperatorẽ eorũ tumuli qui pii cultores dei fuere: quod siqui tamen & illorũ apparẽt:qui prophani homines impiiq̃ regnarunt,at nullo prorsus in honore habentur: neq̃ solũ carent imperiali,sed multo etiã minus q̃ sepulchra priuatorũ hominũ

honorant̃: cũ tñ eoꝝ stultiores quidã deos se se declararũt sibiq; ipsis adhuc uiui templa construxerint: nam & Antiochus deus uocatus est: & Caius, qui Tyberio imperio successit: Vespasianus quoq; & Hadrianus sibi templa ingentia excitarunt, uerũ & uitali simul auia & honore impio priuati sunt, martyrũ uero tẽpla cernunt̃, magnitudine prestantia, omni preterea ornatus genere uariata splendoremq; quodãmodo pulchritudinis suæ late fundentia, neq; uero hęc per annũ semel, aut bis, aut quinquies aduentamus: sed in eis sępe numero dies festos peragim9 sępe diebus singulis eoꝝ martyrũ dño laudes hymnosq; cantamus, quiq; homines prospera sunt ualetudine cõseruari eã sibi a martyribus petunt, qui uero ęgritudinẽ aliquã patiunt̃ sanitatem exposcunt, insuper & steriles uiri, & mulieres dari sibi filios petunt, qui uero patientes sunt integra sibi & ꝓpria custodiri quę cõsecuta sunt dona: Itẽ qui peregre aliquo ꝓficiscunt̃ petunt martyres sibi comites esse in uia, uel potius itineris duces, qui uero iã sospites rediere gratias agunt: acceptũ bñficiũ cõfitentes, nõ qui se ad deos accedere arbitrent̃: sed qui orent dei martyres tanq̃ diuinos homines intercessoresq; sibi eos apud deũ aduocent, ac precent̃, pie uero fideliterq; precatos ea maxime cõsequi quę desiderant: testant̃ illa quę uotoꝝ rei dona persoluũt: manifeste nimirũ adeptę sanitatis inditia: nã alii qdem oculoꝝ, alii uero pedũ: alii porro manuũ symulacra suspendũt ex argento, auroue cõfecta, gratissime nãq; accipit eoꝝ domin9 qualiacũq; sint dona nec exigua, nec uilia dedignatur: quippe qui ea ꝓferentis facultate metitur: hec itaq; omni spectaculo ex porrecta testant̃ morboꝝ depulsionẽ, cuius ipa certissima signa sunt ad sanitatẽ cõsequentis allata: hęc inquã sepultoꝝ ibi martyrũ quę sit uirtus ostendũt: martyrũ aũt uirtus quẽ ipsi coluerunt, deũ uerũ esse deũ declarat: age enim quęso animo repute mus qui nam fuerint, quoue orti loco, quos tanto munere, tantoue honore deus dignatus est: num illustres quidã, clariq; ho-

mines qui se generis nobilitate iactarũt, an qui diuitiarum copia circũfluxerint potentatu ue aliquo celebres facti sint minime quidem gentium nihil enim horũ illi habuerũt, sed priuati homines gregariiq; fuere: nõ nulli uero ipsorum tenuem seruitutẽ famuli ancillęq; seruierunt, quæ tñ infirmis admodũ corporibus generose cęrtarũt: aliæ summa cũ castitate matrimonii iugũ trahẽtes: aliæ uero nuptias non dũ expertę: audio ego uero non nullos ex scenico genere hominũ: repente inmutatos in Athletarum nostrorum ordinem trãsisse, factosq; tormentorum uictores: ac Iã coronam martyrii consecutos: post cęlebratã uictoriã magno eos demonas cõcussisse terrore: quibus olim ipsi subditi fuerãt Ex quo factũ est, ut ex his multi sacerdotes edituiq; templorum egregia sibi contra impietatem trophea substulerint: ex hiis itaq; uiris ac mulieribus constituti sunt martyrũ Chori ac philosophi quidẽ pręclariq;: oratores obliuioni iã dati sunt imperatorum uero ac magnorum ducũ ne nomina qdẽ hodie multi nouerũt: cum tñ martyrũ nomina, magisq; familiariũ cũcti mortales sciãt: quin etiã nascentibus filiis ea imponi curant, ita custodiã illis, tutelamq; certissimam cõparantes: sed quid ego philosophos, Imperatores ducesq; cõmemoro, cum eorum quoq;, qui passim dii ferebant memoriam e mente hominũ martyres abóluerint: eorum namq; templa una cũ suis lucis, sic destructa iam sunt: ut ne ulla quidem uestigia superẽt, ne dũ qua forma illorum arę cõstiterint scire homines possint: earum uero rerum materia templis arisq; martyrũ excitatis expiata est: suos enim mortuos dominus deus noster in tẽpla pro diis uestris induxit, ac illos qdẽ cassos gloria, uanosq; reddit: suis aũt martyribus honorẽ illorum dedit, pro pãdiis enim diasisq; ac Dionisiis hoc est Iouis liberiq; patris solemnitatibus Petro, Paulo, Thomę, Sergio, Marcello, Leõtio, Antonino, Mauritio, aliisq; sanctis martyribus solẽnitates populari epulo peragunt: pro q; illa ueteri põpa, pro turpi obscenitate: ac impudentia fiunt modestę castę ac temperantię plene festiuitates nõ ille

quidē mero delibutę: nō cōmessationibus leues: nō cachinnis solutę: sed diuinis canticis personantes, sac risq; sermonib9 audiendis intentę, in qbus ad deū preces nō sine sanctis lachrymis ac suspiriis submittunt: Cum itaq; talem/ac tantā utilitatem ex martyribus honore collato prouenire homines uideatis, fugite quęso errorē demonū, pręmioq; ductu martyrū facibusq; utentes uiā capescite/quę ad deū perducit/ut inmortali ęuo eo℞ choris, & pręsentia perfruamini: Vnde Tertullianus pręclare in diuinę christianę religionis laudē disseruit, proinde nec Paulus leuius inter licitas factiones sectam istā deputari oportebat, a qua nihil cōmittit, quale de illicitis factionibus timeri solet, ni fallor enim prohibendarū factionū causā de prouidentia cōstat modestia publica: ne ciuitas in partes scinderet: quę res facile comitia/consilia, curias, cōciones, spectacula etiā ęmulis studio rum cōpulsationibus inquietaret: cū iā & in quęstu habere coepisset, uenalem & mercenariam homines uiolentię suę operā at enim nobis omni glorię & ardoris cupiditate fringentib9 nulla est necessitas cętus: nec ulla magis res aliena q̄ publica: una omnem rem publicā cognoscimus mūdū, ęque spectaculis uestris in tantū renuntiamus in quantū originibus eo℞, quas scimus de suspitione cōceptas, cū & ipsis rebus de quibus exigunt pręterimus: nihil est nobis uisu, auditu, dictu, cum insania Circi: cū impudicitia Theatri: cum atrocitate Arenę: Xistri uanitate, quo nos offendimus: si alias pręsumimus uoluptates: si oblectari nouisse uolumus nostra iniuria est, si forte nostra, nō uestra: Sed reprobamus quę placent uobis: nec uos nostra delectant: sed licuit Epicureis, aliquā decernere uoluptatis ueritatē, idest animi ęquitatē/& ampla negotia/& bene si quid aduersi accidit urbibus cędem, clades templorūq; & męniū fuerunt: ut iā hoc renūtiam nō ab eis euenire: quia & ipsis euenit sęmper & humana gens de deo meruit: primo quidem ut in officiosa eius: quē cū intelligeret ex parte non requisiui: sed alios insuper sibi

cōmentata quos coleret:de hinc ꝙ nō inquirendo innocētię ma gistrū,& innocentię iudicē:& ex actorem omnibus uitiis:& cri minibus inoleuit:cęteꝝ si requisiuisset,sequebaẜ cognosceret re quisitū:& recognitū:obseruaret:& obseruatū magis propitium experireẜ:quā iratū eundē,ergo nunc quoqꝫ scire debet iratum quem & retro semper priusqꝫ christiani nominarenẜ cuius bo nis utebaẜ ante editis ꝙ deos sibi fingeret:cur non ab eo etiā ma la intelligat euenire cuius bona esse nō sensit Illius rea est cuius & ingrata etiam tamē si pristinas clades cōparemus leuiora nūc accedunt ex quo xpianos a deo orbis accepit:ex eo & innocētia seculi inquietates tēperauit:& deprecatores dei esse ceperūt: de niqꝫ cū ab imbribus estiua hyberna suspendūt:& annus in cu ra est:nos quidē quotidiē pasti statimqꝫ pransuri,balneis & cau ponis & lupanaribus operantibus Aquilitia Ioui immolatis:nu dipenalia populo denuntiatis.Cœlum apud capitoliū quęritis: nubila de laquearibus expectatis,auersi ab ipso,& deo & cœlo nos uero ieiuniis aridi:& & omni continentia expressi,ab omni uitę fruge dilati in sacco & cinere uolutantes inuidia Cœlū tun dimus deū tangimus:& cū misericordiā extorserimus deus ipse summus honoraẜ:sed alio quoqꝫ iniuriaꝝ titulo postulamur: & infructuosi in negotiis dicimur,quo pacto homines nobiscū de gentes eiusdē uictus habitus instructus eiusdē ad uitā necessita tis:neqꝫ Bracimanę aut Iudeoꝝ gymnasophistę sumus siluicolę & exules uitę:meminimus gratiā nos debere domino deo crea tori nullum fructum operum eius repudiamus:plane tempera mus/nec ultra modum aut perperā mutamur:ita non sine ma cello:nō sine balneis,tabernis,officinis stabulis nundinis nrīs ceterisqꝫ commertiis cohabitamus in hoc seculo nauigamus & nos nobiscum:& militamus: & rusticamur & mercamur proin de miscemus artes opa nostra publicamus usui uestro, quomo do influctuosi uidemur negotiis uestris, cum quibus & de qui bus uiuimus non scio:sed si cerimonias tuas non frequēto, atta

men illa die homo sum: nō lauor diluculo saturnalib9 ne & no-
ctē/& diē perdā: attñ lauor honesta hora & salubri: q mihi & ca
lorē, & sanguinē seruet rigere & pallere post lauacrū mortuus
possum nō in publico liberalibus discūbo ꝙ bestiariis suprema
cęnantibus mos est: attamē ubi de copiis tuis cęno nō eius capi
ti coronam, ꝙ tua inter est emptis, nihilominus floribus quo-
modo utar: puto gratius esse liberis & solutis, ut undiqꝫ uagis:
sed & si in coronam coactis os coronam naribus nouimus, uide
rint qui per capillum odorantur spectaculis non conuenimus
quæ tamen apud illos cętus uendicant: si desiderauero liberius
de propriis locis sumantur plane non eminus si Arabie quęrun
tur sciant Sabei pluris & cariores suas merces christianis sepeli
endis profligari q̄ diis fumigandis certe iniquitiis templorum
uectigalia quotidie decoqunt, stipes quotus quisqꝫ iam iactat:
non enim sufficimus & hominibus & diis nostris mendicanti-
bus opem ferre: nec putamus aliis q̄ petentibus impartiendum
deniqꝫ qui porrigat manum Iupiter & accipiat cū interim plus
nostra misericordia insumit uicatim q̄ uestra religio tēplatim:
Sed cætera uectigalia gratias christianis ex fide dependentib9
debitum q̄ alieno fraudando abstinemus: ut si ineatur quantū
uectigalibus preat fraude & mendacio nostrorum professionū
facile ratio haberi possit unius speciei quęrela compensata pro
commodo cęterarum rationum.

Finis libri quarti.

d EI OPT. MAX. Architectoris & si ex orbis opificio, ethereoq; splendore fulgeat: nihilo secius quãuis imis a se ipso summo auctore editis rebus, sua preclara excelsaq; magnitudo ostẽditur: & elucescit, siquidem lapidis quem Magnetem uocant, eam esse uim constat: ut omnem aliam materiã quietam esse, inmotamq; dimittet: Iterum uero dumtaxat ad se se trahat: non nunq̃ uero altę a se sublatũ, quasi ostentet, tamet si nullis id ipsum rebus ab inferiori loco suffulciatur, nec superno aliquo nexu uisibili coligetur: sed eius lapidis incubante uirtute, occulta nobis ratione suspensum sit: tale uero quippiam, & in diuinis scripturis & in uerbis quæ de Deo fiũt solet contingere, ut facile is cognoscet q diligenter aduertet: plurimi enim immo ut ita dicam cuncti fere mortales aurem illis accomodant soli, uero capiuntur qui alumni sunt fidei, cum tamen ab inferiori loco nullius terrenę felicitatis solatio teneant: neq; quicq̃ apparent unde a superiori loco uincti dependeant: sed ob occultas dũtaxat rerum species, mentem animumq; accomodent: eam ob rẽ Paulus quoq; Apostolus, uerba quæ de cruce fiũt, percũtibus quidem stultitiam esse inquit: iis autem qui salui fiunt dei uirtutem, deiq; sapientiã: sed enim lapis ille propria quadam naturę ui ferrum ad se moueri uiolenter cogit: diuinorum autem sermonum gratia: non ipsa quidem est, quæ alios admittat mortales: alios uero summoueat: cunctis enim qui saturari appetũt ubertim riuos effundit, fit autem uoluntate ac delectu eorum q auditui se coferunt, ut alii quidem ipsorum tanq̃ sciẽtes res optandas animum non inducunt: est itaq; illius officiũ, qui se animarum medicum profitetur, ut eorum uoluntatem nequaq̃ cogat qui accipere curationem suam detractant: quãdo & ille opifex, qui rationale animal potens sui liberumq; creauit: hortamẽtis ac legibus ab iis auertit quæ peiora censent: ad potiora autẽ conuertit, nequaq̃ uiolẽter compellit, si meliorum particeps esse

nolit: ne uidelicet naturę fines semel constitutos immutet/hinc & per prophetas idem exclamat, si uelitis, & exaudiatis me: bona terrę comedetis: rursusq; & alibi: uenite filii audite me: timorem domini docebo uos: Quis est homo qui uult uitam diligēs dies uidere bonos? subinde ueiti ab iis auertens quę mala sunt: quid sit agendum ita ostendit, inquiens, siste linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum, declina a malo, & fac bonum: inquire pacem & prosequere eam: Quando enim ex hominum imposturis fieri potest, ut pręnotiones, prędictionesq; appareant: quę nō sunt: sed uel Sycophantorum ludibria: uel stultorum deliria, possunt enim astu dissimulato, q ordinario alioquin noscendi more iam factum didicerint, quasi illud pręnouerint ostentare possunt, & insani sua somnia, sua uisa, pro reuelationibus prebere credenda: in hoc uiro etiam decepti a semet, uel ab nigro humore pręter debitum occupati: nam qui nimia macie confecti, & colera nigra laborant quandoq; sibi uidentur inaniter: & qui senio quoq; macerati, ad extremam decrepitatem peruenere, nisi multa sanctitatis inditia pręcesserint ne delirent formidandum apud gentes/hęc quoq; formido fuit/ ut in Marone deprehenditur, qui Turnum introducit sic respondentem, Furię formā Chalibis anus indutę: Sed te uicta situ, uerisq; effeta senectus; O mater curis, ne quicq̄ exercet & arma: Regum inter falsa uatem formidine ludit plurimum, & in primis reuelantis hominis conditio pensitanda, Euangelicis hoc & Apostolicis preceptis admonemur: attendite(inquit euāgelica doctrina) a falsis pphetis/q ueniūt ad uos in uestimentis ouiū, intrinsecus aūt sunt lupi rapaces: scribit itē/probate spiritus utrū ex deo sint: & iterū: uenięt ait dn̄s/ multi ī nomine meo dicētes: Ego sum Christus: & Aplus: Cauendū nobis pcepit ne decipiamur: Et in ueteri quoq; testamēto monemur: ne falsis pphetis/etiā si uera aliqn̄ dicerent fides haberetur: sed & Paulus quoq; aplus ait: pphetias nolite spernere/oia pbate/ q bonū est

tenete:siquidem nec difficulter euenire potest, ut cum difficile sit a diuinis demonica secernere, malignus dẽmõ an bonis semper infestus lucem ueritatis quam ex sufflare nequit, obumbrare satagat, legitimis adulterina commiscens: ut cum reuelationes scilicet aduersę uideantur nesciatis ad quem pertinet, deligat alia relicta, uel quid nam sibi faciundum, & quo pacto interpretandę sint, ut uerę ambe credãtur, qua perniciosa fallacia tentatos etiã gentiles indicant uaria demonum oracula sibi ipsis aduersa: indicat & illud Vergilii: Nil me fatalia terrent: Si qua phryges prę se iactant responsa deoꝝ: Sat fatis, Venerique data tum, tetigere quod arua: fertilis Ausonię Troes sunt & mea contra: Fata mihi ferro sceleratam exscindere gentem: hec inquẽ pẽsabunt, si aduersa prioribus fuerint: quæ alioquin bona putent: & finis quo rationẽ habebunt: si ad mores uidelicet ad rem publicam, ad diuini cultus honorẽ ipsa reuelatio pertineat an magis iactabunda, nec aliud quidq̃ pręter admirationem paritura nec te periculo, uel contemptus, uel irrisus committent, priusq̃ ad sacras alias reuelatiões conferãt: Sed omissis (ut inquit Theoderitus) omnibus, illud dicendum est: quanta uidelicet contentione ac pugna ii digladiati inter se fuerint, de humani generis constitutione: atq; primordiis: alii siquidem ipsorum humanam naturam ęternam asserunt: terramq; hac animantium specie refertam semper fuisse: Alii uero primum in terra Atticha natos fuisse homines dixerunt, alii in Archadia: sunt qui malint in Egypto: aliis uero in prouinciis atq; urbibus, incredibilis quædam est, de primatu originis iactantia & ambitio ad hoc autem sunt qui beatũ hominẽ esse dixerunt: sunt qui infœlicissimũ, ac miserimũ: Et Homerus qdẽ inbecillẽ, ẽrũnosũq; appellat: Theognis ãt Siculus, ciuisq; Megarẽsis ita exclamat: optia nõ nasci res ẽ mortalib9 egris: Nec solis radios cernẽ luminib9 aut ubi natus homo est propere ut descendat ad orcum consona

uero huic sententię tragici apud Euripidem senarioli habẽt:sic enim inquiunt,oportuit nos funeris luctu graui dolere natum ad maxima discrimina,at mortuum qui cassus est laboribus, efferre leto corde,letis uocibus,Solonẽ prętere a qui leges Atheniensibus tulit testis & Herodotus Chreso regi dixisse:o chrese homo est quædam grauis calamitas:Pyttagoras autem:ac Plato populum nobis animarum,sed carentium corpore proponũt easq; animas:quæ in peccatum aliquod inciderunt,aiũt supplitii causa in corpora destinari:sic de imortalitate animarũ se in cõtrarias,& ęque penitus auersas opiniones se diuisere:deo inquiens,faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã & p̄sit piscibus maris:& uolatilibus Cœli,& bestiis, uniuersęq; terrę:omniq; reptili:quod mouet̃ in terra,& creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam:ad imaginẽ dei creauit illum masculum:& fœminam creauit eos benedixit Deus, & rursus:formauit igitur dominus deus hominem de limo terrę:& inspirauit in faciem eius spiraculum uitę,& factus est homo in animam uiuentem:& si in aliis a nobis libris editis affatim eorũ ineptias edocuerimus,nihilo secius paulisper immorãdum censui,cum summum bonum humanę uoluntati, ut eximius Rethor Martius memorat,obiiciatur:& ad illud cõsequẽdũ deus gloriosus:& sublimis hominem diuinum animal produxerit:duo in his uerbis cõsiderãda sunt,diuorũ martyrũ,scilicet Petri,Pauli:& Staphani:& aliorũ xp̄i athletarũ paraclito spiritu repleti exẽplo nos edocẽt suo,ut sup quacunq; bona tẽporalia,q̄bus plerinq; inhiãt:& ad illa quæ sunt in manu fortunę magno cupiditatis ęstu inflammati rapiũtur:ad desiderium bonorũ cœlestiũ spẽ erigamus:intẽdebãt enim ipsi in cœlũ hęc illiorũ requies,ibiq; locũ eorũ:sedemue,nõ horũ prę sumptõe ac arrogãtia:sed diuinitatis pollicitatiõe usurpauere:nihil q̄ppe letius est q̄ mortalẽ de p̄missa sibi in cœlo hr̄ditate meditari:& nihil christiano fęlicius:cui cœlũ promittitur:sentẽtia q̄ppe theologorũ ẽ

finē humanę uitę beatitudinē esse: unde sonora illa tuba: & magnum militātis ecclesię columē, ac doctor gentiū Paulus in cuius pectore xp̄s resonabat, habetis inquit fructū nostrū in santificatione, finem uero uitam ęternam: idē non in umbraculis nemorosę quondam academię: sed in tertio Cœlo inter corruscantes angelos institutus, in huius uitę contemptū exclamauit, mihi uiuere xp̄s: & mori lucrū nec non lumen illud Christiani nominis, ac hereticoꝝ scutica: & flagellum, Augustinus, qui eminentissimo ingenio cœli secreta rimatus est: finis noster est inqt peruenire ad illud regnū cuius finis est nullus: homo certe ratione prēditus, qua cęteris bestiis ratione antecellit, cum ad agendū, contemplandum, nec felicitatem qua ex his emergit natus sit causa finis agere debet: quoniam Aristotele teste gratia finis omnes operantur, uita quippe sine ꝓposito uaga est, atqꝫ incerta, cū eodem auctore nō solū intellectus, ueꝝ & natura agat propter finem qui ē causa causaꝝ, ad illū quippe omnia rediguntᷣ & finē illius habet ꝙ optimum appellatᷣ: hęc enim inter se conuertuntur, finis inquit Hieronymus in xp̄o exordio cogitādus est: si igitur ad hunc finē sapientissimus ille opifex deus rationalem condidit creaturā ut eā ipsa uolēte, cooperante, ac consentiente, beatam efficeret iure omnis industria, studiū, solertia omnem deniqꝫ hominis ad summum bonum: & gloriā nati desiderium ad illam consequendam erigi debet excitari inflammari, & id quisqꝫ ꝙ in sapiētia scribitur in ore dies noctesqꝫ habere preposui illam regnis & sedibus & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparari illi lapidem prętiosum, quoniam omne aurum in comparatiōe illius: harena est exigua: & tanqͣ lutum extimabitur argentū in conspectu illius: uenerūt mihi bōa omnia pariter cum illa: sed dum studio dicendi prouehor, tacite mihi pleriqꝫ acuto igenio prediti obiiciūt, beatitudinem nullo modo fore desiderabilē, sententia qppe philosophātiū: & sanctoꝝ uolūtas nō fertᷣ, nisi ad bonū cognitū firmissime nouim⁹

inquit Augustinus, amari nisi nota non posse: unde cum beatitudo illa cœlestis nobis ignota sit: quomodo eã appetere possumus, quam uarię: q̃ falsę fuerit uirorꝫ qui docti habiti sunt, de beatitudine opiniones Lactantius eloquētię fluuius Cicero Romani auctor ęloquii: & Aristoteles philosophorꝫ princeps explicant: nec non Mecherētius Varro Romanorꝫ, Gręcorũq; id ętatis litteratissimus, ducētas octoginta octo de beatitudine falsas opiniones sectarꝫ quę fuerant: & quę esse poterant, quattuor illis in quibus finis bonorꝫ ponebant sufficienter multiplicatis in libello de philosophia studiose collegit: igit̃ cũ hęc felicitas ignotissima sit, non uidetur profecto accusandus ut imprudens, qui ad hęc bona sensibilia sibi propositam mentem, animumq; conuertit: sed quamuis talis obiectio concludere uideatur: tã & si uerum indagare uolumus debilis est atq; infirma: ipsa namq; beatitudo, ut desiderabilis ęst ita & cognoscibilis: tripliciter enim considerat̃ primo in esse suo generali, secundo speciali tertio specialissimo: generalis illa beatitudo est finis & quoddã satians appetitũ: non secundum speciẽ opinionis, uerꝫ secundũ quandam similitudinem: & sic eam omnes generaliter appetũt: eam querunt, eam cognoscũt, eam desiderãt: quisquis enim in sua possessione, statu: & sexu bonũ aliquod quęrit in quo suus appetitus quiescat, unde philosophus inuestigaturus humanũ finem: morales libros ac ratiõe ordit̃: omnem artem, omnẽ doctrinã, actũ itidẽ: & electionẽ bonũ quoddã peteř: hoc & Boetius Philosoph9 nõ ignobilis: & cõtra fortunę tela fortis, & magnus his uerbis tęstatur: omnis namq; mortalium cura, quã multipliciũ studiorũ labor exercet, diuiuerso quidem calle: ad unũ tamẽ beatitudinis finẽ nitit̃ peruenire omniũ certa scientia est inquit Augusti: qui rõne quoquomodo uti possunt beatos esse homines uelle: & rursus: ad oppetendã beatitudinẽ natura cõpellit, cui summe bonus creator hoc naturaliter indidit specialem beatitudinẽ ꝑ ut in clara dei uisione secura possessione, ac delectabili (ut ita

dixerim)fruitióe cõsistit, nec oẽs cognoscũt nec philosophi qui
ad rerum cognitionẽ tota mente omnibus ingenii uiribus se se
erexerant cõgruerũt, cũ nubilo infidelitatis obducti essent: nul
lus quippe propriis ingenii quamuis eminentissimi uiribus si
ne fide id attingere potest sed tamen hoc christianos non excu
sat, quibus ut cętera fidei nostrę sanctissimę mysteria, sic & hęc
ueritas est reuelata diuinitus, descendit enim ad nos communi
catio Idiomate: & deus & homo, dei filius Iesus xp̃s, philosophã
tiũ philosophus: lux uera ueritas, & uita, q̃ uerbo pariter: & exẽ
plo beatitudinẽ in bonis terrenis nõ esse ponendam sed post hu
ius uitę curriculũ expectãdã, obtinendãq; pro laboris, ac uirtu
tũ prẽmio in cœlis edocuit, hic namq; dixit beati estis, cũ ma-
ledixerint uobis homines: & persecuti uos fuerint, ac dixerint
omne malũ aduersum uos mentientes propter me, gaudete: &
exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis: & rursus
thesaurizate uobis thesauros in cœlo idẽ gloriosis sanctis marty
ribus uirginibusq; illius regni magnificentiã ad q; omni studio
contendere debeamus miraculose ostendunt: quare diuus preci
pue Stephanus Cœlũ intuens gloriã dei exilaratus exclamauit
ecce uideo Cœlos apertos: & Iesum stantẽ a dextris uirtutis Dei
huic pfecto terrena spernenti, cœlestia debebantur, cui amplis
sima hereditas erat & cumulatissime opes diuinitas xp̃i, quem
acceptum in corde honorabat obsequiis: colebat operibus: & ser
mone in tormẽtis profitebat, ut ab eo cui militabat coronã acci
peret: sed hic cõsiderandũ uidetur: & discutiendũ ne aliquid cõ
tra Theologię nostrę canones sentiat: fuit enim quorũdã uetus
opinio Stephanũ diuinã essentiã uidisse: quędã enim interpre-
tatio super hunc locũ sic habet: quidã electorũ adhuc in hac uita
detenti nudato cordis oculo uidere meruerũt gloriã dei: ut hic
Stephanus: & Paulus ad tertiũ Cœlũ raptus, attamen sanctorũ
quos error nõ deprehẽdit: & q recte philosophati sunt: & cõmu-
nis sentẽtia est: diuinę essentię uisionẽ nulli qui in hac prẽsenti

uita sensibus exterioribus utitur concessam esse, nisi homini Christo: unde Paulus nō dicitur deum sic uidisse, nisi in rapta ab istis sensibus: at Stephanus cum hęc diceret sensibus utebat Ideo cōmunis est opinio Stephanum uidisse Christum in sua humanitate gloriosa: a corpore nanq Christi existente in cœlo Stephani oculus ad illam uisionem demutatus fuit: in potesta te siquidē Christi est, ut eius corpus a longe uideatur ut prope: Sed missa isthęc faciamus: Intonuit iam omnes gentes & natio nes clara uox de hac beatitudine, quam specialem appellamus: de qua quid euidentius? quid manifestius dici potest? q̄ q dn̄s noster Iesus Christus post deuictam mortem ac debellatam, ac Tartareas legiones humano generi humano infestas resurgēs a mortuis post quadraginta dies uidentib⁹ discipulis ascendit in cœlum: hinc Lactantius: pater enim noster inquit/& dominus qui condit formauitq cœlum, qui libratam magnitudine sua terrā uallauit montibus, mari circūdedit, amnibusq distinxit: & quicquid est in hoc opere mundi conflauit, ac perfecit ex ni-hilo perspectis erroribus hominū ducere misit, qui nobis iusti-tię uiam panderet: hunc igit sequamur quoniā solus, ut canit Lucretius: Veridicis hominū purgant pectora dictis: Et finem statuit turpedinis/atq timoris: Ostenditq bonū summūq quo tendimus omnes: Quid foret, atq uiam monstrauit limite par-uo: Quo possemus ad id recto contendere cursu: & non solum ostendit: sed etiam precessit, ne quis difficultatis gratia iter uir tutis horreret: hęc ille: at ne quis ꝓpter eius ad cœlos ascensum uelamē excusationis haberet: Apostolos spiritu sancto repletos ad uniuersas prouincias destinauit, quoꝝ sonus in omnem ter-ram exiuit: qui beatitudinem in regno cœloꝝ quęrendā prędica uerunt: superauerunt, & triumphantes martyres qui pro uità illa cœlesti: nec cruciatus/nec quodcūq horribile genus mortis recusauerunt: quorum primus extitit Stephanus gloriosus: cui hāc lauream/cū adscribo: quidā in sacris litteris eruditi quęrūt

& dubitant, quoꝝ primus martyrum dicatur Stephanus, cum & Abel ante legem scriptam a fratre necatus, maryruu tulerit: deinde præcursor Christi Ioannes ab Herode capite fuerit mulctatus: & Innocentes martyrii nomine honestet ecclesia: & latro crucis patibulo statim paradisum meruit, hoꝝ addubitatio ni facile occurritur: Abel quippe a fratre propter inuidiam fuit necatus: & Ioannes ab Herode quoniã illius, ac Herodiadis incestum sanctus ille uir accusabat, & detestabatur, Innocentes pro Christo quidem, sed non pro eius fide occisi sunt, & latro propter eius scelera crucifixus est: cuius tamen in cruce penitentia, & Christi confessio meruit ut suppliciũ martyrum uerteret de quo Hieronymus latro crucẽ mutat paradiso, & facit homicidii pœna martyrum: posset in primis de uirgine gloriosa dici quę martyr martyrũ fuit, eius nanq; sanctissimã animã in morte Christi, ut a sancto sene prędictum fuerat, gladius pertransiuit, cum aliorum martyrum corpus tantũ tetigerit: sed de his rebus alias, compertum habemus & exploratum primũ martyrem pro fide Christi fuisse Stephanum: cuius exemplũ pullulanti, surgentiq; tũc ecclesię uehementer profuit: cuius fundamenta hęc poscebant: ut granum illud sinapis paulatim in arborem cresceret, fermentũq; euangelicũ totam ecclesię massam, quę penitus depressa iacebat, erigeret: Tanta quippe multitudo eoꝝ secuta est undiq;, qui in tormentis & morte uitam cœlestẽ professi sunt, ut de illa dubitandũ non sit: de quibus Hyeronimus Triumphus dei est passio martyrum pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta letitia Cum enim quis uiderit tanta perseuerantia stare martyres, & in suis cruciatibus delectari: odor notitię dei disseminatur in gentes: & sibi tacita cogitatio loquitur, ꝙ nisi uerum esset euangelium nunq̃ sanguine defenderetur: martyres igitur uerbis & re beatitudinẽ illam cœlestẽ ostenderunt, id ipsum celeberrimi, multiq; nominis cõfessores & doctores, Gręci, Latiniq; effecere, quoꝝ e fõtibus hęc doctri

na manauit in nullo huius uitę bono:sed tantum in clara dei ui sione beatitudinem consistere:sed philosophi uariis contempla tionibus dediti bonum hoc nostrum,quod a nobis nō cernitur:sed credendo quęritur non perspexerunt,illorumque uanitati ascribēdū est:quippe cum deum totius uniuersi rectorem cognouissent:ut uas electionis:& magister ecclesię Paulus asserit, non sicut deū clarificauerunt,sed euanuerunt in cogitationibus suis:& dicen tes se esse sapientes stulti facti sunt:hoc ideo illis accidit quoniā refugientes gratię splendorem,ipsius naturę perfectionem po suerūt:& a se ipsis posse fieri beatos opinati sunt: quorum uani tatem deridet Augustinus:irrideat hos:& ueritas per Esaiam ex clamantem:ue qui prudentes sunt apud semet ipsos:& in cōspe ctu suo periti:cum dicat Apostolus:sapientia huius mundi stul titia ē apud deum:& Ianua mortis diffinitur, atque materia ęter ni interitus aprobatur:& rursus nouit dominus cogitationes sa pientum quoniam uanę sunt:philosophus uero absque sui creato ris notitia pecus est:animal glorię, atque aurę popularis uenale mancipium:quisque igitur illius cupidus,qua nil humanę crea turę animęque ipsius diuinitatis capaci:&quam nil minus deo im plere potest,debet eē antiquius:intellectum humiliet suum in obsequium dei,ne inani persuasione deceptus ruat in pręceps quoniam Lactantio teste:ueritas & archanum summi dei, qui fe cit omnia ingenio humano comprehendi non potest: aliqui ni hil inter deum & hominem differt,si consilia, & dispositiōes il lius maiestatis ęternę & cogitatio assequeretur humana specia lissimam ita dixerim beatitudinem pro ut actu est in ipsis bea tis,nec nos cognoscere,nec uerbis explicare ualemus:Cum mo ralis Gregorius dicat:quae lingua autem dicere:aut quis intelle ctus capere sufficit illa supernę Ciuitatis, quanta sunt gaudia considera inquit Hieronymus magnitudinem pręmii tui si ta mē considerari potest quicquid inmensum est quanto igitur illius felicitatis magnitudo a nrō sensu a nostra cognitione cogitatio

neq; remotior est tanto desiderabilior fieri debet:est enim bonū quietum delectabile pacificum,uerum bonum satiās appetitū: perpetuum deniq; ac omnem penitus miseriam excludens in illud,merito sancti martyres & Christi athetę intendebant q̄ humanę uoluntatis est,& causa causarum:in qua re etiam ipse protomartyr Stephanus prudentia commentatur:quæ bonorum:malorumq; delectū habet,cuius munus est cum ratione agere optimum finem constituere,& media,quibus ad illum fine aliquo errore pergitur inuenire,ac in nulla penitus actione locum penitentię relinquere mater quippe moraliū uirtutum,in illū finē recto calle deducunt, quem uiatoribus asperum iam fecit consuetudo peccandi,has inquam disponit, statuitq; effectuū mediocritates qui prudentię subiciuntur lege naturę: cum igitur xp̄i athletę illud extremum:quo nobis properandum cognouissent quæ prima sapientia est in posterum prouidere:bonum quippe est homini sapere si ad hoc sapit ut prouidentiam habeat futurorum:&quoniam non sufficit scire q̄ bonum est/nisi id agendū eligatur attente usq; custodiatur & fiat cum illud Iuditii sit hoc uero laboris/illud commune/hoc cum paucis &fœlicitas ipsa actiua non incognitione agendę rei, sed in ipsa actione studiosa consistat,uirtutum comitatu septus,fidei clypeo munitus, magna spe quæ uitę nostrę caput est:& qua saluamur, ęrectus animi robore/subnixos ut adhetarum xp̄i Chorus dicebat:ad certamē se se expediere,atq; erexere scientes militiam uitam esse hominis super terram & fortitudinem discipulis xp̄i necessariam esse ut id q̄ carni repugnat exequi possint: Christianus certe ut inqnit Hieronimus uexilla crucis delitię sunt,& trophea uitę nostrę,non pompis:sed mysteriis reportantur:in nostra classe uiri fortes obprobria sciunt portare,non munera paupertati, nō nobilitati futurorum beatitudo promittitur:sancti inquam dei temperantię gladio accincti,quę prudentię,boniq; iuditii conseruatrix est:& uoluptates,quæ belluarum non hominum sunt inse

ctatur, & uiget, cum pręſentis uitę incõmodis illud cœleſte bonum compararetur diuino ſpiritu, ac ſapientia pleni, tales decet illos, qui chriſtianum dogma profitent & imperant, ut omni uirtute ſubditis antecellant, quibus dignitate ſuperiores ſunt: qualem ſapientiſſimũ pontificem habemus, cuius in doctrinę ſignũ ne cõmiſſe a xpo oues p ignorantiã paſtoris lupoꝝ morſibus exponantur, & pereant: Epiſcopoꝝ nanq; eſt uigilare ſuper gregem pecoris, quippe detrimentũ ignominię paſtoris aſcribitur: latratu canum, baculoq; paſtoris, luporum rabies deterenda eſt, inquit Hieronymus, tanq̃ luminaria in mundo debent lucere epiſcopi, ut ex ipſorum actuũ lumine incredulę mentes errantium ignorantię ſuę tenebras deprehendant: & ita uiuendum eſt, ut quicquid agunt: quicquid loquũtur ſit doctrina populorum: iccirco ſapientes in ſua repub. optauit Plato, quam dicit eſſe felicem quũ a ſapientibus gubernatur: aut quũ ipſi reges philoſophantur: Sed hęc profecto ſola eſt digna retributio (ut inquit Hieronymus) & antea memorauimus, quũ ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti occumbim9 nõ certe paſſi ſunt Chriſti diſcipuli & martyres / aliiq; ueri athletę, ut aliquid apud homines uiderentur: ſed ut apud deum exemplo eoꝝ mereri homines poſſent: iccirco apud nos met chriſtianis non parua illis laus debemur, & gratias, & ut omnes uirtutes haberent, quas ad cœlum ducũt mortales, ſcilicet theologicas fide, ac ſpe, armati charitatem amplexi, ut auctorem ſalutis noſtrę imitati, qui rationalis creaturę quam ad imaginem ſuam effinxerat caſum miſeratus ad ſortem ut illã tandem e faucibus Tartarei hoſtis eriperet, in clauſo uirginis utero carnem ſumpſit humanam miraculoſe illis inuentã, non ſeminali origine infuſam, & poteſtatis uoluntate, nõ natura deitatis per quã non poterat nõ eſſe quod fuerat ſe met ipſum exinaniuit factus obediens patri uſq; ad mortem / & mortẽ quidem crucis, ut tm̃ nouo homini per obedientiã preſtaretur ſalutis, quantum Adę

ueteri parenti per inobedientiam perditionis acciderer:& uetus fermẽtum Iudaicę traditiõis noua consperſio fieret:& ut agnus non in figura, ſed in ueritate comederetur: & ut deniq; per ipſum omnia noua fierent o,inextimabilem charitatis dilectionẽ o,miram dei omnipotentis miſericordiam o,ineffabilem redem ptoris benignitatẽ qui in ſtabulo natus tot labores ſubſtinuit:q Samaritanam alloquio ſuo dignatus eſt,q, ouẽ errantem propriis humeris reportauit ad gregẽ,qui Chananęã poſt ſe clamãtem nõ eſt aſpernatus:qui ad Lazari monumentũ infremuit ſpiritu,& ſe turbans corã populo prorupit in lachrymas: & tandẽ a planta pedis uſq; ad uerticem liuore,ac uerberibus deformat9 habens ſpineam coronam,& pro nobis dolens,agnus ille innocẽs aram crucis aſcẽdit,cuius ſanctiſſimã linguam, quæ ſola liuorẽ nõ ſenſerat aceti ac fellis amaritudine inficienda Iudei cu rauerũt:illam tamẽ mouens pro perſecutoribus,& crucifigentib9 poſt alapas,ſputa,crucem,flagella,blaſſemias,orauit ad patrem:igitur in Cœlũ,cũ ſanctis martyribus intendẽtes ad illã bea titudinẽ uolũtatis noſtrę obiectũ per chriſti ueſtigia pperemus ſic etiam pręclare Gorgonius ęgregius pclamator,ſua oratione quam breui amplexus extitit philoſophãtium deliras opiniões differẽs omnis quæ haberi põt de anima cognitio a diffinitione auſpicãda eſt,quæ rerum omnium eſſentias aperit, declarat, atq; dilucidat,de qua lõge plures uere ſnię,q̃ ſcriptores:hinc tam eleganter q̃ ſcite M.Cicero ſcripſit:quid ſit porro ipſe animus: aut ubi,aut unde,magna diſſentio eſt:nam cor ipſum animus uidetur,unde excordes,uecordes,concordeſq; dicũtur: Empedocles autem animum dixit eſſe cordi ſuffuſum ſanguinẽ: alii autem quandam partem Cerebri,aut Cordis animum eſſe autumant quidam uero non partes ipſas,ſed eſſe animum in corde aut in cerebro opinati ſunt:animum uero animam inquit Cicero fere noſtri declarant nominari,unde & efflare animam dicimus,& animoſos,& bene animatos:& ex animi ſententia,ipſe animus

ab anima

ab anima dictus perhibetur: mens autem animę intelligentia ē inde amentes eos dicimus qui rex scientia, aut rerum experientia carent, & mente captos appellamus: & si Mercurius Trimegistus ad Tatium filium ita scripserit: mens ab diuina essentia nequaq̄ separari pōt: sed ei potius eo modo connexa est quo corpori Solis lumen: etenim bonus demon deos quidem predicat, inmortales homines autem mortales deos, Plato triplicem finxit esse rationem, in capite posuit, uelut in arce, duas separauit Iram & cupiditatem, alteram in pectore, alteram subter pręcordia locans Demochritus quemadmodum cętera omnia, sic constare animam ex athomorum turba edocuit: Zeno stoicus animam somniauit esse ignem, Aristhozenus musicus, idemq; philosophus uelut in cantu sonos, sic in corporis totius natura uarios motus fieri: Dicearchus in eo sermóe, quem Chorynti habitum tribus libris exponit duobus ultimis Screantem quendam introducit disputantem: nihil omnino esse animum, uel animā & illud esse nomen inane: & frustra, neq; in homine & bestia reperiri animum uel animam, uimq; omnem, qua uiuimus, aut sentimus in omnibus corporibus uiuis equaliter esse infusam, nec separari quidem posse a corpore, quæ nulla sit, nec sit quicq̄ nisi corpus unum ita figuratum, ut temperatione naturę sentiat aut uigeat: Pythagoras animam existimauit corporis harmoniā Hyparcus igneum uigorem: diogenes aerem tenuissimum, Pāpilonius Ideam, Eraclitus scintillam, stellaris essentię Eraclitus Ponticus lucem: Hyppochrates Chous spiritum tenuissimum; per totum corpus dispersum atq; confusum: Euripedes animū dixit esse deum, quem Immitantes Neotherici quidam philosophi, intellectum agentem deum esse profitentur: Aristoteles uir pręter fidem excellentissimus declarat animam esse Entelechiā idest actum corporis phisici, potentia uitam habētis: Auerroes cum Themistio tam manifesti erroris auctor, humanā animā unam intelligentiam abstractam, quam nos Angelum appella

mus:& illam unicã in omnibus hominibus ſpetię humanę aſſi ſtentem ſicut ſpheris cœleſtibus aſſiſtunt:alię credere non erubuit nec litteris mandarę,ut execrandę opinioni ſuę a ſſentiret poſteritas,cuius damnati uiri pernitioſaꝗ; peſtis,in omnibus fere Italię achademiis uſq; adeo excreuit, ut perfidię ramos extendit,nec Peripateticus bonus,& conſūmatus philoſophus uideatur,qui profanam Auerrois ſententiam argumentis ſubſtentare non auſit en Seraphici heroes q̄ ſuauiter delirant philoſophi: dum prętcr ea quæ dicta ſunt innumerabiles fabricant mundos:dum Solem,dum Lunam,dum ſtellas & orbes digito ſiloue inectiuntur:dum fulgurum & uentorũ,Eclypſiumq; ac cęterarum inexplicabilium rerum cauſas reddunt,nihil uſq̄ heſitãtes:perinde ac ſi naturę rerum architecti fuerint a ſecretis: quos ſemper natura deridet,quia de re qualibet continua inter eos diglatiatio eſt:Theologi uero ſuperni luminis radio illuſtrati, q̄d ſit anima,quo auctore,quo ue fine creata luce clarius apparuerunt,quos breuitati conſulentes unica Damaſceni diffinitione contenti omittemus:ſic enim illam diffiniuit: anima eſt ſubſtantia uiuens,ſimplex,incorporea,corporalibus oculis, ſecundum propriam naturam inuiſibilis,inpalpabilis,inſigurabilis rationalis,intellectualis,inmortalis,organico utens corpore,& huic ſenſus & uitę:& generatio uis:& argumentationis tributa non alium habens pręter ſe intellectum,ſed partem ipſius puriſſimam:ſicut enim oculus in corpore,ita intellectus in anima arbitrio libera uolũtate uertibilis,quia creabilis:hec omnia ex eius qui fecit eam gratia ſuſcipiens a qua & eſſe,& ita eſſe natura ſuſcepit,cauendum ſummopere tamen, ne ſubrepat contagioſa opinio,dicentium in homine pręter uegetatiuam,& ſenſitiuam duas ad huc extare animas:quarum altera homo, altera rationalis efficitur Pauli excitato ſermone dicẽtis:ipſe deus ſanctificet uos per omnia,ut integer ſpiritus ueſter & anima & corpus ſeruetur,una enim anima eſt qua homines ſumus, ſapim9

& intelligimus:& si nomina sortitur diuersa,uaria effectuũ pro ductione,eo namq; ꝙ informat forma:ꝙ uero animat anima:ꝙ autem spiritualia cogitat & superna,spiritus nuncupaẽ & mẽs quemadmodum una atq; eadem naturalis uirtus attractiua ap pellati solet nũc ad animorum diuinitatem aperiendam nostra se uertat intentio:quos esse inmortales facillime ostendemus:si animam,& carere materia:& indiuisibilem esse natura proba bimus:materia enim sola est,qui potentia contradictionis:&ad non esse includit intellectiua anima cum sit omnium materiali um formarum capax,materia careat necessum ẽ,nec capacitas illa probatione indiget propter ipsius intellectus possibilis am plitudine,quæ suapte natura est,omnia fieri consecutio uero ip sa auctoritate claret Aristotelis dicentis:omne recipiens denuda tum esse oportet ab omni forma recepti:cui etiam Auerrois assẽ tire uidetur de anima dicens uerificari illam tam in actione rea li,q̃ in actionẽ spirituali a quibus nec diuinus Plato in thimeo dessentit,oculus etiim omnium receptiuus colorꝝ debet esse ob sculor in materialis igitur quũ sit anima,neq; corpus est, neq; uirtus,in corpore:omne enim corpus ex materia constat uirtus uero quelibet corporea,sed organica,uno tantum genere entiũ septa est,uisus enim odores non percipit,neq; olefactus colores nec illaꝝ ulla est,quæ in sui cognitionem feratur uelut anima, quæ non modo se ipsam intelligit,sed etiam refectione facta co gnoscit se intelligere:Cœlos etiam transcendens,rimatur uisce ra ipsius diuinitatis ęternę:quod uero natura sit indiuisibilis ex eius cognoscẽdi modo aperte declarabitur:omne enim ꝙ in ali quid recipitur,modo capitur ipsius recipientis anima, Saturni spheram,intelligens,aut Martis,iam spheram ipsam in se non habet,sed illius formam indiuisibilem & spiritualem spetiem, dicente Aristotele,ꝙ lapis non est in anima sed species lapidis: re igitur ita se habente,ꝙomnia quæ anima continet &ab ea in tellecta sunt(ut talia)indiuisibilia sunt,illam quis sanę mentis

ausit diuisibilem appellare: si uero indiuisibilis, & inmaterialis & contrario carens, quibus alterabitur qualitatibus? quibus ue contrariis corrumpetur? quo Marte peribit? nulla fulgura timet, nulla tonitrua, nullos ignes, uentorum impetus nullos, aquarum gurgites illam non summergent, terremotus nulli, euaginati gladii illi non obficiunt ænea sulphura nulla, nulla deniq; gelide mortis arma illam prosternere possunt: quam deus omnipotens super omnes creaturas elegit diuinitati suę Ipostatice uniendam ad sui imaginem: & similitudinem factam, non modo beatitatis ęternę capacem, sed excellentia, & gloria angelos etiam ipsos superaturam, cum sit perpetua diuinitatis comes, & totius orbis gloriosissima triumphatrix: hęc est aut dubie dragma illa perdita, cuius Lucas meminit in Euangelio, quam dominus accenso lumine diuinitatis suę carnemq; suscipiens orbe lustrato, algendo, sitiendo, estuando, euangelizando, mortem deniq; turmissimam passus in ara Crucis inuenit patribus totiens apud inferos clamantibus, atq; dicentibus o, utinam dirrumperes Cœlos & descenderes usq; ad ima terrę (hec sunt ut mea fert opinio) potiores de animę inmortalitate rationes, quibus non nullas alias subnectam a Cicerone, & a pluribus aliis illustribus aprobatas: quarum medullam & succum sapiēs quisq; pro arbitrio suo gustare poterit: primo a scientia ipsius animę trahit exordia: sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta sit cęleritas animorum: tanta memoria præteritorum, futurorum prudentia, tot scientię, tot inuenta non posse eam naturam, q̄ res eas continet esse mortalem Cumq; animus sēper agitetur nec principium motus habeat, quia ipse se mouet, nec finem quidem habiturum, qui nunq̄ se ipsum sit relicturus Ex officina Platonis, hec dixisse ipse Tullius testatur libro de senectute inseram & aliam rationem quæ a Cyri regis sermone capta est: atq; inquit dormientium animi, maxime declarant diuinitatē suam, multa enim cum remissi: & liberi sunt futura prospiciunt

ex quo intelligitur, quales futuri sint: quum auspicantur ab appetitu naturali quo quisq; felicitatem exoptat, mortaliũ etenim cura omnis q̃ multiplicium studiorum labor exercet ad unum beatitudinis finem nititur peruenire: ea autem est status omniũ bonorum agregatione perfectus qui in hac uita minime inueniri potest: quid namq; habet hęc uita commodi? quid non potius laboris? & dici beatus ante obitum nemo supremaq; funera debet: experientia duce: scimus omnia naturalia ferri ad suos fines seu ad Solem Solaria, ad Lunã uero Lunaria, deorsum grauia, leuia sursum ferri, animaq; secundum Platonicos est totus homo (quum corpus animę currus: & uehiculum appelletur) condita ẽ: ut summum bonum intelligens amet, illo fruatur, fiatq; beata: hinc tantus amor Cœlestis patrię, & fęlicitatis ęternę, de quo propheta cecinit: sicut Ceruus desiderat ad fontes aquarũ ita desiderat anima mea ad te Deus, sitiuit anima mea ad Deũ uiuum quando ueniam & apparebo ante faciem dei qui frustra esset si anima corpore extincto non uiueret: ac illam inmortalẽ gloriã non consequeretur, fieretq; summi ueri boniq; particeps cuius causa uidetur a deo fuisse creata: hinc Propheta: nunquid uane constituisti filios hominum? quasi dicat profecto non: nec paruo est argumento, ꝙ anima sit inmortalis sapientum mors sapiens enim quisq; ęquissimo animo moritur existimans se ad meliora proficisci: mea quidem sententia qui animam intellectiuam inmortalem nõ existimat, homo non est: & ab hominum cętu eliminandus: non ne natura parens animantia cuncta humi prona, & uentri obediẽtia finxit: uerum os homini sublime dedit, & erectos ad sidera tollere uultus: quasi habẽde fęlicitatis & superni regni, sit facies ipsa p̃saga: Credo equidem Deũ opt. Max. homines creasse: ut essent qui terras colerent, Maria sulcarent: Cœlos & syderum cursus intuerentur Cœlestia deniq; contemplantes ex creaturis in beneficii conditoris ducerenť cognitionem cuius amore capti contemptis omnibus terrenis illece-

bris omni ingenio,omni studio,ad illa cœlestia anelantes beati fierent:non omittam illos priscos quos Ennius uocat lasios:qui bus hoc unum erat insitum, esse in morte sensum:neq; excessu uitę sic deleri hominē ut funditus periret ac interiret:q̄ rū multis aliis rebus:tum pontificio iure,& Cerimoniis sepulchrorum intelligi licet quas maximis ingeniis proditi,nec tanta cura coluissent:nec uiolatas tam inexpiabili religione sanxissent nisi he sisset eorum montibus mortem,non interitum esse omnia tollē tem sed quandā quasi migrationem, commutationemq; uitę q̄ in Claris uiris & fœminis dux in Cœlum soleret esse:quid dicēt nebulones genio indulgentes,qui pro scelerum suoꝝ uelamine ponunt nullam esse uitam post mortem:quum leguntur ea quę de his qui elati reuiserunt scripta sunt quoꝝ animas de corpoꝝ extinctorum potentia educere:neq; arte ulla: neq; natura erat possibile:cū iam ad corruptionē corpora tenderent:si conseruatas alicubi uelint animas,iam fatentur illas manere post mortē si nouas dicant creatas:non ne potestas illa creatrix potuit primas conseruare,ne extinguerentur:erubescant,ignibus castigā da quādo legāt apud gentiles:& Gabieū:& multos alios reuixisse ut Lazarum omittamus ad superos alta domini uoce reuocatam:& alios innumeros quos Christi sectatores,& signo Crucis & nomine magistri sui reduxerunt ad uitam: legimus quoq; in Euangelio in morte domini,q̄ multa corpora sanctorum quæ dormierant surrexerunt,& uenerunt in sanctam Ciuitatem & apparuerunt multis:non uidi ego Ganeorum forte quisq̄ dicet: nec omnes uiderunt Castorem & Pollucem in Romanorum castris apparentes:nec uidi ego Mercurium resuscitatum, Iulianum apostatam trucidantem Credo tamen non ne clarissima mundi lumina,longe melius est substineamus opinionem asse rentium animas mortalium esse inmortales,quā oppositā tueri nam si nō uiuet anima corpore extincto,nemo nos reprehēdere

poterit:q falsam habuerimus de anima opinionē, si uero ueritatis erumus defensores, nemo nobiscū audebit de eius diuinitate cōtendere: quū experiētia illos cōuincet/ quos temeritas diu pertinaces effecit: cōpertū etiā habemus, quoscūq preclaros sapientia uiros de animorum inmortalitate/multa & sępe disseruisse Socrates/qui Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus est: nō tum hoc, tum illud (ut pleriq) sed semper dicebat animos hominū esse diuinos: Plato librū edidit de animę inmortalitate, quo lecto Theobrotus discipulus e muro se pręcipitē dedit: ut illa citius frueretur: Diogenes quoq inmortalitatis cupiditate captus, seipsum occidit: quod & Zeno, Cleantes, & Chrisippus fecerunt, licet in eorum ęternā pœnam: tñ animas inmortales esse existimarunt: Plotinus platonicus, animā nostra intellectualē nō habere supra se naturā nisi dei dicebat: a quo fabricatus est mundus, nec aliunde sibi prebere lumen intelligentię ueritatis Orpheus quidē similē edidit sententiā dicens: si Zoroastro, & Mercurio credimus animam ex alto dimittitur ambitu mundi Mercurius quoq ad Esculapiū: O Esculapi omnis anima humana inmortalis est: apud Macrobiū geminas in zodiaco esse portas legimus: quarū altera hominū: altera fertur esse deorum, hominū Cancer, quia p illā animę ad hęc inferiora descendāt, Capricornus deorum/quia p illā animę in ppria inmortalitatis sedē, & in numerū deorum referuntur: hinc Scipioni ostenso circulo lacteo, de animis beatorū dictū est: hinc profecti huc reuertunt: Idē Scipio interrogatus, an Paulus genitor uiueret, aliiq super essent, immo uero inquit ii uiuūt, q ex ergastulis corporeis/ tāq e carceribus euolarūt, uestra uero, quā dicitis uitā, mors potius appellanda est: quis nō audiat diuina illa Ciceronis uerba expresse diuinitatē explicantis animorum: O pręclarū exclamat diē illū quū ad illud diuinorum animorum conciliū, cętūq proficiscar: cūq ex hac turba, & colluuione discedā, ex altissimo domicilio depressus est cœlestis animus: & pœne demersus in terrā locū

diuinę naturę:ęternitatiq; contrariũ:testis locuples inmortalitatis animoꝝ: Cyrus rex moriens: cuius apud Xenophontē hęc uerba fuere: nolito arbitrari nihil carissimi filii, ne quũ a uobis discessero, nusq̃ aut nullũ fore: neq; enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis: sed eum esse ex his rebus quas gerebam intelligebatis, eundem esse creditote, si nullum uidebitis: quis numerare queat quam excellentissimi uates de animarũ dixerunt inmortalitate: q Catharctica regna: ditis imperiũ infernales iudices/Stigios amnes/sulphurea uada, Tãtali gen9 infame, & longos Sisiphi Eolidis labores: nec non campos Elisios: beatorum regna tam canoro uersu decantarũt: Ambrosius Mediolanensium episcopus: & ecclesię dei radiantissimũ iubar, dũ multi celebrare, testatus est: se Martini exequiis interfuisse: qd hoc indicat, nisi animam a corpore separari posse, separatamq; uiuere: Paulus uas electionis, clamat se raptum usq; ad tertiũ cœlum, & audiuisse arcana uerba, quę non licet homini scire: siue autem in corpore, siue extra corpus, etiam se ignorasse refert Scire autem deum & pater Helias filiũ uiduę resuscitando exclamauit: dicens reuertat᷑ obsecro anima pueri huius, & uiuat: non potest autem reuerti ꝙ non est: ꝙ ue extinctum fuerat: legimus Tatium Mercurii Trimegisti filium paternis expiationibus expurgatum exclamasse, atq; dixisse, in corpus spirituale translatũ/& audire miranda/atq; uidere: Olympyodorus quoq; Platonicus refert Apolloniũ Theanęũ, hac ratione ex urbe Roma/q̃ fiebant in Egypto ꝓspicere: Quid ꝙ omnes leges/omnes gẽtes/uiris bonis/pie sanctęq; uiuentibus p̃mia ęterna ꝓmittũt at cõtra cruciat9 ęternos/ꝙ lex quoq; Maumethi nõ p̃terit/q̃ est fere ip̃a uoluptas/dicẽte Algazelle: lex nr̃a quã dicit Maumeth9 noster nõ solũ oñdit fęlicitatẽ/q̃ est secundũ corpus/sed aliã quę apprehendit᷑ ab intellectu: Romani quoq;/& tota gręcia/oib9 q rẽpub. iuuissent/auxissentq;: dicebat pater iter i cœlũ expeditissimũ corp9 aũt i cœlũ iter arripiat si põt/postq̃ homo exhauerit

animã/anima extincta: Quid patriarchas omnes: quid prophetas, & martyres, quid cõfessores, & heremi solitarios cultores: quid uirgines spretis cõiugii solatiis excitauit, ad amorẽ diuini nominis, nisi certitudo futurę felicitatis: quę sine animę perpetuitate haberi minime potest: eia igitur ante oculos uestros ponite, Esaias serta secatos: Danieles leonibus deputatos, Petros Paulos gladio truncatos: lapidatos Stephanos: cõbustos Laurentios: decoriatos Bartholomeos: q omnes ut Christo animas lucrifacerent/omne genus mortis alacri animo subiere, nõ suscipientes redemptionẽ, ut meliorẽ inuenirent resurrectionem: ab illis dum mortis tollerantia indubitanter excipitur/spes inmortalitatis euidenter asseritur: nunq̃ enim martyres uitam hanc tam cõstanter impenderent, nisi esset alterã incõparabiliter beatiorem perfecta diffinitione sentirent: nec Christo semel uenisse sat fuit: sed iterũ mori paratus ꝓ animarũ salute dixit Petro: uado Romã iterũ crucifigi: claues regni cœloꝝ/quas in dextra tenes optime pastor/qbus aperient sydereas portas / si animabus nõ patet aditus ad illa beatissima regna: manẽt ꝑfecto animę extincto corpore, cęterũq; manebũt: uerũ enimuero O dolor o pietas: o xp̃ianoꝝ cęcas mentes cimeriis tenebris atriores / ex tanto animaꝝ numero/& ꝓpemodũ in infinito uix duas inuenies ad superas euolare: Maumetus oĩbus uoluptatib9 allicit: trahitq; secũ Phlegetõtis ad undas: Quomodo uidebit oĩs caro salutare dei: si dei populus sub principe tenebrarũ in seruitute languet: proh dolor uexillum triumphale crucis terra mariq; arcessitur/ & uix Europę paruis angustiis adoratur, & maior pars orbis terrarum tenebrę Maumetheæ obcecarunt: ut omissa diuina illa, perenniq; lege ac fulgenti, turpissimas nefandasq; Maumetheæ legum cerimonias, improbas amplexi fuere: at philosophi Græci, Romani optimis legibus, ac moribus celeberrimis utentib9 alia pagere, haud delere ob deos illos impios improbos/nefandosq;: nec eis libamina/orõnes his cõuenerat ut

inquit Theodoritius: nempe Pythagorã illum Samium/cuius apud uos est celebertimũ nomen, dixisse aiunt: qui illius uitã memorię prodiderũt/esse musa sytenibus pręferendas: ego aũt si mos illi fuisset explicito ac manifesto sermone uti/ quali uidelicet cõplures philosophi sunt usi affirmarẽ/utiq; illũ/ ut idiotã hominẽ/altiorisq; ullius rei minime conscium musarũ cantus, ac uocẽ sytenibus ptulisse: quia uero sunt illius dicta gryphis Enigmatisq; abstraso/ scopulorũ modo/ q marinis fluctibus occultanẽ: per symbola enim sua ille monita proponebat/ qualia uidelicet eá sunt/gladio/ignẽ ne fodicato ne ue modio insideto/ neue caudatrum insideto: stateram ne transilito/& quę sunt generis huiusdem / iccirco puto illũ comptos lepidosq; sermones Sytenibus opinatũ esse psimiles: musis uero/qui nihil imducti decoris fucisq; pręferentes/nudã ueritatis formã ostendũt: quanto enim ingenua pulchritudo/potior est ea quã fucusartis manigenice medicauit/tãto ẽ melior simplex ille ueritatis decor/ acri oratione/lepidoq; uerborũ cõcentu:habẽda est itaq; fides: O uiri Gręci si nõaliis /at celeberrimo saltẽ philosopho: qui hęc ita decreuit: neq; adeo sacrę uobis lrẽ cõtemnende, quoniã superfluo sermonis apparatu minus utanẽ:sed nudã pulchitudinẽ ueritatis/& tñ emicantẽ nobis ,pponãt:pronũ siquidẽ fuit & quã facillimũ q pphanis/impiisq; hominib9 eã qua tantopere glorianẽ eloquentiã dedit:uel Platone fęcũdiores/uel acrioresDemosthene:uel rotũdiores Tucitide/ uel Aristotele/ & Chrisippo cudendis insolubilibus sylogismis acutiores: prodere ueritatis precones: cæterum locuples illã / liberalissimaq; diuinitas noluit quinq; solũ decemue/aut quindecim/centũue, aut ducentos homines aquis salutaribus recreari:sed cunctas affatim tũ gręcas/ tũ barbaras nationes/ neq; solũ homines litterariis studiis innutritos, sed sutores, iuxta textoresq;, fabros itẽ ferrarios/cęterosq; manuales artifices/pterq̃ hos ipos/etiã medicos agricolas/lignatores/fœminasq;/tum diuitiis affluentes/tũ manuũ suarum stu

dio parce, ac duriter uictitantes: eamq; ob rem, piscatorum publicanorūq; ac sutoris ministerio usus protulit hominibus salutarem diuinamq; doctrinam: nanq; linguis inmutatis, quibus uerbi sui precones ab initio usi fuere: sed per eas tamen penitentis sapientię riuos effundens, non aliter q̄ si quis, odoris uinum saporisq; suauissimi conuiuis suis apponat, q tamen phialis, poculisq; infundat minus eleganter/ affabreq; insculptis: nihilo enim setius qui sitientes accumbunt, uino se imbuūt/ neq; poculorum materiam artificium ue inspiciunt: sed uinum laudāt: q cum magna uoluntate exhauriunt, idem cunctos hodie mortales facere assidue cernimus: sacrę enim doctrinę riuos haurientes non modo irrident apostolorum linguam, sed ualde potius admirantur, q eloquentię sacris minus initiati horūq; alii, uel a pueris solam piscationem edocti: alii uero publicanorum trapzis assistere consueti: alii sutoriam exercere: illico prodierint ministri diuinarum rerum, super cœlestiumq; bonorum dispensatores: presidia in aduersis rebus, claraq; luminaria, quę non unā modo gentem lumine illustrarunt, sed quodcunq; sol hic quē cernimus, iubare suę lucis illustrat: admirentur autem cuncti mortales, mortuos iam apostolos, nunc quoq; uertendis ad christianam religionem populis ea cōficere quę cum olim uiuerent faciebant: immo autem maiora, multoq; clariora postq̄ excesserūt e uita per eos facta conspicere: tunc enim cum mortale corpus induti inter homines uersabantur, modo ad hos, modo ad illos populos accedebant: nunc Romanos: nūc uero Hispanos, Celtasq; alloquebantur: postq̄ uero ad illum se receperunt/ a quo destinati olim missiq; fuerant, omnes illi populi, cunctęq; nationes continuo perfruūtur, neq; solū Romani, quiq; sub romanorum iugo lubentes agūt, & gubernant: Sed Persę quoq;, Scytę Massagetę, Sauromatę, Indi, Ethiopes, utq; semel dicat omnes habitabiles terrę fines: quę enim illa monumenta scripta nobis reliquerunt, simplicia illa quidē, omnisq; Gręci nitoris peritia,

tum per pauca, & per q̄ breuia/sunt hominib9 cūctis cariſſima/ uobis exceptis: ac ſi quis eadem, qua & uos impietatis nebula circumſeptus nolit ueritatis iubar inſpicere: quin eadē apoſtoli ca monumenta nō ſolum carent Atticę eloquentię fauſtu, uerū etiā ea quę nobis tradunt: eius ſunt generis, ut nihil magnificū inde noſtris oculis ac perſpicuū proponatur: neq; enim regnū oſtentant: q̄ hic uideri a futuris poſſeſſoribus queat: nō illi pur pura exornatum regem, non corona inſignem uidetur/nō ſcuta toꝝ numero, ac magnitudine formidandū, non exercitu cōmi nutū, non ducibus qui fortitudinē in bello perdocti ſint: nihil deniq; eoꝝ uident, quibus homines ſplendore nominis, & glo ria inclareſcunt: Sed tophaceū ſpecum uident in quo perſepe pauperculā uirginem/in quo tenui faſcia obuolutum infantem ipſum in preſepis ſinu humiliter reclinantem: pręterea & oppi dum uident, ubi hęc accidiſſe narrantur, ignobile, inglorіū, ac puſillum: proponitur etiam illis ſpectandus infans, in pauper tate eductus: proponunt quę acerba perpeſſus eſt: fames/ſitis/ langorq; de uia: poſt hęc autem omnia: ſuppliciū illud paſſim ab hominibus decantatū, alaphe, cum colaphis in maxillam in cuſſe, terga flagris diſciſſa, geſtata crux, pedibus ac manibus in fixi claui: lancea pectori adacta, acetum ſitienti porrectū, mor tis genus ignominia, cruciatiq; perhorrendū, & tamen cū hęc quę ſunt in his ſimilia narrent apoſtoloꝝ monumenta, fidem fecerunt: cunctis paſſim hominibus eum de quo illa dicuntur dei filium, deum uerum, ante ſęcula genitum: factorem rerum omnium, at ꝓ opificem, humanam aſſumpſiſſe naturam eoq; inſtrmento humani generis ſalutē confeciſſe: neq; uero tenuem ac ſuper innatantē fidem fecerunt, ſed a deo profundis nixa ra dicibus/ut magna hominum multitudo pro his dogmatis reti nendis mortem libentiſſime ſubſtinuerit: eaq; inficiari uolenti bus non linguas ad defenſionem obiecerit: ſed flagris humeros ſed lampadibus latera/ferreiſq; ungulis/& ceruices gladiis ſup poſuerit

posuerit, timpanis, ac fidiculis extenta fuerit: palis in fixa con-
stiterit, ab immanibus se feris laniari conspexit: iure igitur
qui certamina proposuit, extincta illos gloria illustrauit, me-
moriamq; factorum nuntiam tribuit: quæ potens sit uires tem
poris superare: nam cætera omnia paulatim marcescere, ab-
olirique instituerit horum tamen gloriam incorruptam seruauit:
ac animę quidem triumphatorum martyrum in cœlesti patria ui-
tam nunc agunt: inter angelorum choros sitę: eorum uero corpo
ra, non singula quidem singulis monumentis conduntur: sed ci
uitates oppida, paganique conuentus: hęc inter se sortito partiti
sunt: laborantibusque animis, ac egrotis Corporibus salutares eos
confiteri non cessant: nihiloque secius urbium custodes, ac locorum
pręsides uenerantur: quorum pręcibus & interuentu apud deū
utentes, per eos demum diuina munera consequūtur, sectis itaque
eorum corporibus, integra tamē uis & gratia pseuerat, tenuesque
ac tantillę reliquię toti parem habent, nullasque in partes marty-
rii dissecto, uirtutem, gratia enim quæ pollens, uigensque psistit:
petentibus dona distribuit fidei supplicantium liberalitatem su
am commēsa, uos autem gręci homines nec quiddem adducūt
ut Deum regem martyrum laudetis: sed cum derisu dānatis eū
qui a cunctis late mortalibus eis honor defertur, abominandū
scelus admittere uos putantes, si ad eorum busta propius acce-
datis: esto autem ut cęteri passim mortales hoc martyrum facto
offenderentur, at gręcos certę ipsos nullo hinc profecto decuit
pacto offendi ad Deum opt. max. opificem omnium in exorare
nefandos delirosque deos, honoribus precibus, precatione, oratio
neque ac laudibus extollere: nam qui aliqua de re grauiter, & ex-
acte uerba facere nec nō scite, sapienter disserere statuerunt, ab
eius prima interpretatiōe: & ut suo utar uocabulo absoluta diffi
nitione proficisci: eorum omnis intentio, & oratio consueuit, lau
datissimam horum consuetudinem ac unicuique obseruanda me
rita subsequuti uestigia, lucidam in primis adorationis rationē

in medium afferremus:adorationem proculdubio cultus,& religio:religionem uero iure optimo pręcedit iustitia:est autem iustitia habitus,quo scite quis constanti uoluntate ius suum cuiq; tribuit:Cum itaq; principio duplici anima scilicet,ac incorrupta mente,caduco insuper & sensibili,sed elegantissimo corpore hominem diuina mens, magnifica, ac mira arte procreauerit: tunc hominem utrunq; interiorem scilicet, atq; exteriorem, est religiosum merito,iustumq; dixerimus:Cum quantum in ipso est,suum recognouerit creatorem & dominum mente uidelicet & corpore hunc uenerando:ab iis concinne facileq; deducimus: quid nam sit,quæ ad hominem spectat adoratio est namq; cum exteriori quadam(ut sic dicam humiliatiõe corporis) sublimis interną mentis,ut diuinã naturã ad gratias agendas ascensus: & eleuatio:quo fit ut eos omnes impiissimos fuisse dicamus: q eo ipso in quo solo uiuunt mouentur & sunt:uero neglecto Deo is inprudenter impenderit cerimonias,& erexerint aras: q non dii,sed potius deliramenta uidentur,& sunt,erroribus istis implicita,ac penitus sepulta fuit uniuersa gentilitas: cuius si omnium quos sibi falso finxit diuorum nomina recensere uoluero ante diem clauso componet uesper olympo:adde q & nobis sciẽtibus hęc & fastidium afferam:& commouero bilem:quis enim uel parum prudens,ne dum sapiẽtissimus absq; animi indignatione audierit terræ,aquę,aeri,cęterisq; insensilibus elementis, uirentibus herbis uirgultis plantarum, terræq; primitiis(ut apud uetustissimos erat Aegyptios :& Phœnices,diuinos reddi honores : quis inquam non exarserit ira si percipiat , quanti fecerint,Lunã,& Solem,Osirim(hoc ẽ multicolũ ea rõne dictũ,q radios suos quasi occulos multos reb9 inspiciẽdis inmitteret pterco minutos deos innumeros officiis quęq; suis accomodatũ,uolupiã.s.Voluptati,Cuninã cunis, Vagiranũ uagitib9 i fantiũ psidẽti,Rusinã rura,Iugatinũ montes,Collatinã colles, Valles Valloniã custodiẽtes,Seiã segetiam:Proserpinã,nodatũ

diem:uolutinam,Patelenam,Hostiliam,Floram: Lacturciam: Matuiam,postremo Tutillinam,segetibus:atq; frumentis,uel primo satis uel natis uel germinantibus,uel florentibus, uel iã maturis,& in horreum tandem reconditis diuerso tempore sub seruientes:non referam hostiarios, forculũ scilicet foribus Cardeam cardinii,Limentinũ limini,ac si custos nõ sufficiat unus a gentilitate perfectos,quos rursus ceca lippis oculis:& fascinata mente quondam sibi Roma delegit & coluit deos,Iouem, Ianum,Saturnum,Genium,Mercurium,Apollinem, Martem, Vulcanum Neptunnum,Solem,Orcum,Liberum patrẽ Tellurem,Cererem,Iunonem,Lunam,Dianam,Mineruam, Venerem,Vestẽ:in pręsentia subticeo hoꝝ uesania,atq; deliramenta innuens Augustinus,ꝙ pręclaris muneribus istis seu ꝓpter maiores(ut perihent)administrationes in mundo:uel ꝙ maiori eis inpẽso cultu,populis innotuerint,magis selectis dictis, Vitumnũ,atq; Sentinum, sensus ac uitę(ut falso tamẽ putabãt) elargitores:& innumeros alios minime annumerauerunt,subridens arguit o,deflendam miseroꝝ stoliditatem o, perditam potius meritoq; damnãdã hominũ inpudentiã:nam quos inmortales extimarũt Deos,non modo nihil in se diuinitatis habere, at fedissima potius,& impiissima fuisse demonia,turpia sacroꝝ eorundẽ pręcepto ac monitis institutoꝝ genera: Et scenici ludi testanť,quibus inpudica uita illoꝝ,obsceni gestus perditissimi mores,& ea postremo de ipsoꝝ diis referebanť,quæ nõ deus tã tum,nõ prudẽtissimus homo,sed q̃ uel paꝝ saperet muliercula de se ipsa excogitari minime patereť:nõ hęc igiť stolidissima colenda sunt numina nõ terra,non Cœlũ,nõ Sol,nõ Luna,nõ sydus ullum nõ corpus aliquod,nõ anima,nõ spiritus deniq; ullus p uiuẽtia quęcũq; diffusus:sed unus ille uerus & solus ẽ adorãdus:qui naturis iis omnibus à se mira arte creatis,& substinẽdi,& moriẽdi initia,finesq; cõstituit,q reꝝ causas habet,nouit, disponit,qui uim seminũ cõdidit,qui Cœlũ syderibus innume

ris ad decorem,& multiplicem usum ornauit,qui solē fecit corporalium clarissimum luminum,& motum & uim congruam tribuit:qui Lunæ sua munera dedit:qui mundi huius ignē uehementissimum,& uiolentissimum pro inmense nature temperamento,& creauit,& regit:qui omniū aquaꝝ factor,& gubernator est:qui terram fundat irradiat & fecundat,qui eius fructibus & animantibus abunde largitur qui ipsis etiam inferis dominationem suam,potestatemq; non subtraxit:qui rationalē animam quibus uoluit uiuentibus indidit,qui sermonis facultatē usumq; donauit qui munus futura prędicendi quibus placuit spiritibus impertitus q humanis ingeniis/quę creauerat:& scientiaꝝ:& artium uariaꝝ uarietatē,& ad iuuandū uitā: & mētem excolendam concessit qui noua gentium numina,q̄ demonia dicimus cum suis cultoribus tartareis merito relegauit:& relegabit ergastulis,qui belloꝝ quoq; cum sit emendandum & castigandum humanū genus,suis exordiis progressibus,& finib9 moderatur,hic ille unus est deus qui ubiq; totus nullis inclusus locis:nō uinculis alligatus,nullas in partes sectilis,ex nulla parte mutabilis,implet Cœlum & terram prę sente potentia, nō absente natura:hic inquam uerus est Deus:& non extimabitur alius ab illo:quippe qui fecit mirabilia magna solus, & profecto solus mirabilia fecit nam pręter ea quę in naturę administratione omnibus abunde collata rettulimus beneficia,ad auferendū ludibrium,quo captiuę hominum mentes in sui interitum insuperbienti diabolo diuersis supestitionibus seruiebant, at nos in filio ante sęcula genito,homine per nouam natiuitatem admirabili facto descendit,qui uere litandum,cui sint præcipue sacrifitia offerenda inpudentis demonis temeritate comprimēs hiis uerbis apertissime docuit:uade retro Satana:dn̄m deum tuum adorabis:& illi soli seruies:soli igitur deo,ueri Dei ipsius sētentia,ac testimonio ponēdę sunt arę,nō plures amplius nō alieni,nō recētes,nō noui,sed unus scilicet noster & ęternus inmor

talisq; adorandus est deus, quos autem cœlestes spiritus, quos ue beatos insuper & innumeros sanctos uenerat ecclesia nō uti deos sed potius ueri dei ministros atq; amicos, de uero deo recte sentientes, deq; Christiana religione uel martyrio, uel doctrina uel cęterar virtutū excellētia bene meritos, nō diuino, sed minori quoddam a theologis dulia dicto cultu & seruitute honorandos eē statuit & decreuit quorum imagines: & quę apud nos remansere reliquię eodem quo & illos honore psequimur & ueneramur, non ea quidem ratione qua sunt res quędam, ut pote colore, ligno, auro: & id genus compluribus constitutę, sed qua potius illorum merita dignitatem excellentiam & celsitudinem significant, & referunt, hoc namq; pacto in utrunq; signū scilicet & signatum eodem momento est unus animi motus, at maiestati diuinę summęq; bonitati uniuersi totius opifici seruitutē & cultum illi pientissime exibemus qui dicitur a catholicis Latria: est autem deo ab uberrimo ac inmenso diuinitatis fonte totum q habemus & sumus emanare animo mentientes mētales, & summas illi canimus laudes: & exterioribus signis intimis mētis affectibus respondentibus ceu corpus infectione uel sacrifitiis supremū illud imperiū attestātibus, deū ueneramur & colimus eodē religiōis & pietatis genere xp̄m deū uer & hominē in spiritu & ueritate sicut ipse pcepit adorādus ē, credimus, & cōfitemur, cuius in matris gremio, cū magis hodie spiritualiter pedibus ad uoluti, pias & salutares hūc in modū pces illi fūdamus O lumē inmēsum te ipso lucēs illuminās uniuersa o, infinite uisus te ipsum uidēs, in te uidens omnia o, spiritualis ocule, quo solo: & quem spiritales uidēt oculi o, inmortalis uiuētium uita o, uiuētium omne bonū, bonū quo imples amantium desideriū, desiderium nobis totius boni: tu deus solus accendis q solus: & totū bonū, te obsecramus per te ipsum o, purissima lux purga nr̄am caliginosam aciem: qua te cernamus, amplifica angustum oculum, quo te conspiciamus, gelidum cor inflamma quo te ame-

mus,& ardeamus:quos radiis tuę pulchritudinis allicis, ad te compelle:quos tuę bonitatis dulcedinem non nunq̃ degustare permittis,habunde, oblectascimur in te unam esse quicqd usq̃ iure desideramus bonorum omnium bonum fac nos tuę quam promisisti beatitudinis compotes/fac oremus participes:q̃ si nō placet,quia non dum meremur:presta saltem anhelo cursu tendentibus,ne aut fallacibus mundi huius irretiamur illecebris, aut minis,& ictibus temere succumbamus,foue tuos oramus: recrea quos creasti,filiorꝫ pater indulgentissime miserere tuorꝫ a cœlesti patria procul infęliciter exulantium,tuorꝫ inq̃ passim noctesq;,diesq;,tanq̃ patri,& patrię anxię suspirantium,ubi patria,ibi quies,ibi uerum bonum,ubi exilium, ibi inquietudo, ubi falsum bonum,ibi uerum malum,longe igitur a nobis abige,quicqd nos a te longe seiungit,ne forte a te uita uitarum luminumq; lumine penitus segregati,atq; nobis ipsis relicti in teriores tenebras uelut mortui perpetuo delabamur,abige procul diffidentiam,desperationem tepiditatem, da contra, quæ tibi nos iungant fidem ueram,spem firmam,ardentissimam Charitatem,quibus ceu prępetibus quibusdam pennis aduolantes, cœlorumq; tandē abdita penetrantes infinito te ibi bono in ęternū sine ulla sacietate fruamur: unde clare Septimius,uidete inquit ne ille regnum dispenset cuius est,& orbis qui regnatur/& homo ipse qui regnat,ne ille uices dominationum ipsis temporibus in seculo ordinauerit,qui ante omne tempus fuit, & sęculum corpus temporum fecit,nec illę ciuitates extollat aut deprimat,sub quo fuit aliquando sine ciuitatibus hominum genus, quid erratis?prior est quibusdam diis suis siluestris Roma ante regnauit:quam tantum ambitū capitolii exstruerēt/regnauerūt & Babilonii ante pōtifices,& Mędi ante decē uiros,& Egyptii ante lupercos:& Amazones ante uirgines uestales: postremo si Romanę religionis regere præstant, nunquam Iudea retro regnasset despectrix communium istarum diuinitatum, cuius:

& deum uictimis, & templum donis, & gentem fœderibus aliquamdiu Romani honorastis, nunq̃ dominaturi eius si deo non deliquisset, ultimo in Christum satis hęc aduersis in ten- tationem lesę diuinitatis, quo non uideamur ledere eam quam ostendimus nõ esse: igitur prouocati ad sacrificandum obstrui- mus gratam diem pro fide conscientię nostrę, qua certi sumus ad quos ita perueniant officia sub imaginum prostitutione, & humanorum nominum consecratione: sed quidam dementiam existimant: ꝙ cum possimus, & sacrificare in pręsenti & ille se abire manente apud animum proposito obstinationẽ saluti pręferamus, datis scilicet consiliis quo uobis abutamur sed agnoscimus unde talia suggerantur: quis totũ hoc agitet? & quo nũc astutia suadendi, nunc duritia sęuiendi ad constantiam nostrã deiciendam operetur? ille scilicet spiritus, demoniacę & angelicę parature, qui noster ob diuortium emulus, & ob dei gratiã inuidus de mentibus uestris aduersus nos preliatur occulta inspiratione modulatis, & subornatis ad omnem quã in primordio exorsi sumus, & iudicandi peruersitatem, & sęuiendi iniquitatem, nam licet subiecta sit nobis tota uis demonum, & eiusmodi spirituum, ut nequã tamen & serui metu non nũq̃ contumatiã miscent: & ledere gestiunt, quos alias uerentur: odium enim etiam timor spirat, pręterq̃ desperata conditio eorum ex prędamnatione solatium reputat fruendę iterum malignitatis de pœnę mora, & tamen aprehensi subiugantur: & conditione succidunt, & quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant, itaq; cum uitę rebellantium ergastulorum siue carcerum siue metallorum, uel hoc genus pęnalis seruitutis erumpunt aduersus nos, in quorum potestate sunt, certi & impares se esse, & hoc magis perditos ingratis resistimus: & ęquales repugnamus perseuerantes, in eo ꝙ oppugnant, de illis nunq̃ magis detriumphamus q̃ cum pro fidei obstinatione damnamur: Siquidem christiana diuina religio inimicos diligere iubet: quem habebi

mus odisse? Item si lesi uicem referre prohibemur: ne de pacto pares simus: quem possumus ledere? Nã de isto ipsi recognoscite quotiens enim in christianos deseuitis partim animis propriis, partim legibus obsequentes: quotiens etiam prȩteritis uobis suo iure nos inimicum uulgus inuadit lapidibus: & incendiis ipsis bacchanalium furiis: nec mortuis parcunt christianis quin illos de requie sepulturȩ: de Asilo quodam mortis iã alios iam nec totos auellant, dissecent, distrahant: quod tamen de tã conspiratis inquã denotatis, de tam animatis ad mortem usq; pro iniuria repensatis: quando uel una pauculis faculis largiter ultionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos liceret: sed absit ut igni humano uindicet diuina secta: aut doleat pati in quo probatur: si enim & hostes extractos non tantum iudices occultos agere uellemus: deesset nobis uis numerorum & copiarum: Plures Nimirum, Mauri, & Marchomani, ipsiq; Parthi: uel quantecunq; unius tamen loci: & suorum finium gentes quam totius orbis externi sumus: & uestra omnia impleuimus urbes, insulas, castella, municipia, consiliabula: castra ipsa tribus decurias: palatium, senatum, forum, sola uobis relinquimus templa: cui bello nõ idonei, non prompti fuissemus etiam impares copiis qui tam libenter trucidantur si non apud istam disciplinam magis occidi liceret q̃ occidere: potuimus & inermes nec rebelles: sed tantũmodo discordes solius diuortii: inuidia aduersus uos dimicasse: si enim tanta uis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrumpissemus a uobis suffudisset utiq; damnationẽ uestram tot qualiũcunq; amisso ciuiũ: immo etiam & ipsa destitutione punisset proculdubio expauisceretis ad sollicitudinem nostram ad silentium reorum, & stuporem quendam: quasi mortuȩ urbis quesissetis: quibus in ea imperaretis plures hostes, quam ciues uobis remansissent: nunc enim pauciores hostes habetis pro multitudine christianorum pene omnium ciuium: pene omnes ciues christianos habendo:

ſed hoſtes maluiſtis uocare generis humani: quis autem nos ab illis occultis, & uſquequaq; uaſtantibus mentes & ualitudines ueſtras hoſtibus raperet? a demoniorum incurſibus dico, quæ de uobis ſine premio, ſine mercede depellimus: ſuffeciſſet hoc ſolum noſtrę ultioni, ꝗ uacua exinde poſſeſſio inmundis ſpiritibus pateret: Porro nec tanti preſidii cōpenſationē cogitantes, non modo, non moleſtum uobis genus: uerūetiam hoſtes iudicare maluiſtis: quia ſumus plane nō generis humani: ſed potius tñ erroris: Hinc Quintus florens de Chriſto pręclare diſſeruit: quoniā edidimus antiquiſſimis iudeoꝝ inſtrumentis ſectā iſtā eſſe ſuffultā, quā aliquanto nouellā, ut Tyberii temporibus plęriq; ſciunt profitentibus uobis quoq; fortaſſe an hoc nomine de ſtatu eius retractetur: quaſi ſub umbraculo inſigniſſime religionis certe licite aliquid ꝓprie pręſumptionis abſcondat: uel quia pręter ętatē, neq; de uictis exceptionib9: neq; de ſolemnitatibus dierū: neq; de ipſo ſignaculo corporis: neq; de cōſortio nominis cū iudeis agimus: quod utiq; oporteret ſi eidem deo mancipere mur: ſed ut uulgus iam ſcit Chriſtū ut aliquē hominū qualem iudei iudicauerūt: quo facilius quis nō hominis cultores exiſtimauerint: uerū neq; de Chriſto erubeſcimus, cum ſub nomine eius deputari/ & damnati iuuat: neq; de deo pręſumim9 aliquid aliter: neceſſe eſt igitꝰ de Chriſto pauca referre: ut deo totū: Iudeis erat apud deū gratia: ubi & inſignis iuſtitia: & fides originaliū auctorū: unde illis & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit: & tanta felicitas ut de dei uocibus quibus edocebantꝰ de ꝓmerendo deo: & nō offendendo pręmouerentur: ſed quanta deliquerint fiducia patrū inflati: ad declinandū deriuantes a diſciplina in prophanū modū: & ſi ipſi nō cōfiterentꝰ: probaret exitus hodiernus ipſoꝝ diſperſi palabundi: & cœli & ſoli ſui extorres uagantꝰ per orbē ſine homine ſine deo rege: quibus nec aduenarū iure terrā patriā ſaltē ueſtigio ſalutare ſaltē cōcedit: cū hęc illis ſanctę uoces premiarentꝰ: eadē ſemper omnes

ingerebant fore: uti sub extimis curriculis sęculi, ex omni iam gēte & populo, & loco cultores sibi allegeret deus multo fidelio res, in quos gratiā transferret meliorē, pleniorē quidē ob disci plinę auctoris capacitatē, uenit igit̃ qui ad reformandā, & illu minandā eam uenturus a deo prænuntiabat̃ Christus ille filius dei: huius igit̃ gratię disciplinęq; arbiter, & magister, illumina tor: atq; deductor generis humani filius dei annuntiabat̃: non quidē ita genitus: ut erubescat in filii nomine: aut de patris se mine: nō de sororis incesto: nec de stupro filię: aut cōiugis alie nę/deū patrē passus est: squamatū/aut cornutū/aut plumatum amatorē in auro cōuersum: Danaidis Iouis ista sunt numina ue stra: cęterū ut dei filius nullā de impudicitia habet matrē: etiā quā uidetur habere nupserat: sed prius substantiā edisserā: & iā natiuitatis qualitas intelliget̃: iam ediximus deū uniuersitatē hanc mundi uerbo, & ratione: & uirtute molitū, apud uestros quoq; sapientes sermonē atq; rationē cōstat artificem uideri uni uersitatis: hunc enim Zeno determinat factitatorē: qui cuncta in dispositione formauerit eundē, & factū uocari; & deū, & ani mū Iouis, & necessitatē omniū rerū: hęc Cleantes in spiritu cō gerit: quē permeatorē uniuersitatis affirmat: & nos aūt sermoni atq; rationi itemq; uirtuti per quę omnia molitū deū ediximus ꝓpriā substantiā spiritū inscribimus, cui & sermo insit prænun tianti: & ratio assit disponenti: & unctus pręsit pficienti hūc ex deo ploratū didicimus: & ꝓlatione generatū: & iccirco filiū: & deū dictū ex unitate substantię: nam & deus spiritus etiā cū ra dius ex sole porrigit̃: portio ex summa, sed sol erit in radio, qa solis est radius, nec separat̃ substantia, sed extendit̃: ita de spiri tu spiritus, & de deo deus, ut lumē de lumine accensum manet integra: & indefecta materię matrix: & si plures inde traduces qualitatē mutueris: ita & quod de deo perfectū est: Deus est & dei filius: & unus ambo: ita de spiritu spiritus, & de deo deus modulo alterū numerū gradu, nō statu fecit: & a matrice non

recessit, sed excessit: Iste igit dei radius, ut retro semper prędicabatur: delapsus in uirginē quandā: & in utero eius caro figuratus nascitur homo deo mixtus: caro spiritu instructa nutritur: adolescit, affatur, docet, & operatur: & Christus est: Recipite interim hāc fabulā: similis est uestris dū ostendimus quomodo Christus probet: & qui penes nos eiusmodi fabulas ęmulas/ad destructionē ueritatis istiusmodi pministrauerint: Sciebant & Iudei uenturū esse Christū, scilicet qbus prophetę loquebant: nā & nunc aduentū eius expectant, necalia magis inter nos & illos cōpulsatio est: quā quod iā uenisse nō credūt: duobus enim aduentibus eius significatis: primo qui iā expunctus est, in humilitate cōditionis humanę: secundo qui concludendo sęculo imminet in sublimitate diuinitatis exertę: primū nō intelligendo: secundū quem manifestius prędicatū sperant: unū existimauerūt: nec enim intelligerēt pristinū credit, si intellexissent & consecuturi saltē si credidissent, meritū fuit delictū eorum, ipsi legunt ita scriptū mulctatos se sapientia, & intelligentia, & oculorum, & auriū fruge: Quē igit solū hominē modo pręsumserant de humilitate: sequebat magnū existimarent de potestate cum illo uerbo demonia de hominibus exculeret, cęcos illuminaret, leprosos purgaret, paraliticos restringeret, mortuos deniq; uerbo redderet uitę: clementia ipsa famularent, cōpescens pcellas & freta ingrediens, ostendens sese uerbū dei illud primordiale primogenitū uirtute, & ratione comitatū, & spiritu instructū eundē, qui uerbo omnia, & faceret, & fecisset: Ad doctrinā uero eius, qua reuinceban magistri, primoresq; Iudeorum ita exasperabantur, maxime quod ad eū ingens multitudo deflecteret: ut postremo oblatū Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procuranti uiolentia suffragiorum in crucē Iesum dedi sibi extorserint: prędixerat & ipsę ita facturos: parū si nō & prophetę retro etiā tamen suffixus multa mortis illius ppria ostendit insignia nā spiritū cū uerbo sponte demisit peruento carnificis officio eo

dem momento dies mediũ orbẽ signante sole subducta est: deli quiũ utiq; putauerũt,q id quoq; super Christo pdicatũ nõ scie runt: & tñ cũ mundi casum relatũ in archiuis uestris habetis: tũc Iudei detractũ,& sepulchro conditum,magna etiã militari manu custodię diligentia circũsederũt/ne qa pdixerat tertia die resurrecturũ se a morte: discipuli furto amoliti cadauer fallerẽt suspectos: Sed ecce die tertia cõcussa repente terra,& mole reuo luta,quę obstruxerat sepulchrũ/& custodia pauore disiecta nul lis apparentib9 discipulis, nihil in sepulchro repertũ est, pterq̃ exuuię sepulti: Nihilominus tñ primores quoq; intererat,& sce lus diuulgare,& populũ uectigalẽ, familiarẽ sibi a fide reuoca re,surreptũ a discipulis iactitauerũt: nam nec ille se in uulgus eduxit,ne impii errore liberarent, ut & fides nõ mediocri pre mio destinata difficultate cõstaret: Cũ discipulis aũt qbusdam apud Galileã Iudeę regionẽ,ad •xl•dies egit,docens eos quę do cerent: dehinc ordinatis eis ad officiũ prędicandi p orbẽ circũ fusa nube in cœlũ est receptus: multo melius quã apud uos asse uerare de Romulo proculi solent,ea omnia super Christo Pila tus & ipso iam pro sua cõscientia christianus Cęsari tunc Tybe rio nuntiauit: sed & Cęsares credidissent super Christo: si aut Cęsares nõ essent sęculo necessarii: aut si & christiani potuissent esse Cęsares, discipuli quoq; diffusi per orbem ex pręcepto ma gistri dei paruerunt, qui & ipsi a Iudeis insequentibus multa perpessi; utiq; pro fiducia ueritatis libẽter Romę postremo per Neronis sęuitiam sanguinem christianum seminauerunt: sed monstrauimus uobis idoneos testes Christi ipsos illos/quos nar ratis,multum est si eos adhibeam,ut credatis christianis/ppter quos non creditis christianis •

Finis libri quinti •

m AIORES nostri e natura uiuentes, atq; poli tice illos qui aut robore animi foris in rerũ diffi cultate se se ostentantes, aut domi uirtutibus mi tioribus, & in primis prudentiæ præceptis tra dendis in medium cõsuluissent: ne premio suo uirtus fraudaretur: ingratiq; uiderentur, omni genere honoris celebrarunt: premia illis proponentes, qui bene de repub. me ritos aut merentes merita laudatione honestarent: q nobis qui christiana religione censemur multo magis erga illos faciundũ est, quorum uita pariter & doctrina non felicitatem politicam quę uere nulla est, sed ad cœlestem Hierusalem patriam nostrã summũq; bonum nostrę uoluntatis obiectũ iter expeditissimũ/ & quasi compendiarium ostenderunt, quorum longe princeps militantis ecclesię caput Christus est, cuius uita in terris per ho minem quem potestatis uoluntate suscipere dignũ duxit disci plina nobis morum fuit quem in sanctis suis laudare debemus quibus ille ad nostram eruditionem, ac salutem, plenitudinis suę gratiam infudit diuinitus, & quodam quasi diuino spiritu afflati piscatores, & rustici maius homine resonarent: quos in ter aquila illa grandis cœlorum regina transcendens, ac perspi cacissima oculorum acie predita Ioannes, inquã, in quo est gra tia, uel maxime excellit, qui alios Euangelistas non errasse, sed quędam omisisse, perspiciens, ad heresim Hebionitarũ tunc fu mantem, penitus extinguendam Christi quem illi purum ho minem asserebant, diuinitatem aperuit, & probauit operibus euangelium suum, ita exorsus: In principio erat uerbum, & tandem, uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: quę do ctrina diuinitus inspirata fidelium stabiliuit ecclesiam quę sa crilegiis impiorũ unguibus lacerabatur qui uestem dominicã scindere nitebantur. Solebant nostri maiores natalem suũ, siue diem alium celebraturi in certaminibus: Athletas fortes, citha redos insignes: in concionibus prestantissimos oratores eligere/

qui uirtutes suas &gesta summis laudum preconiis exornarent ideoq; miro gentium concursu uisa sunt sępius inundare thea-tra, constipari proscenia: certatim omnes unus ante alium prio res occupare sedes, intentiq; ora tenentes: tanta demum affici uoluptate, ut labentia tempora non metirentur: omnia ferrent incommoda: neq; unq̃ saturi inde recederent: hinc Isocrates ora tor eximius: multis quidē inquit in rebus o Demonice: sed in primis in mutua consuetudine, atq; familiaritate reperiemus bonos, & malos inuicem sententia, cogitationeq; differre: alteri enim pręsentes, tantum colunt amicos: alteri uero etiam longe absentes, magna cum beniuolentia complectuntur/atq; maloꝝ consuetudinem per breue tempus dissoluit: bonoꝝ autem, ne ulla quidem ętas abolere potest: Ego igitur existimans glorię cu pidos, ac disciplinę, humanitatisq; appetentes non malorum, uerum bonorum imitatores esse debere: hanc orationem dono te misi, quę & meę erga uos beniuolentię, & cū Hipponico pa tre tuo consuetudinis argumento esset: decet enim filios, ut pa trimonii, sic & patrię amicitię heredes esse: equidem hac in re uideo tempus nobis fortunamq; fauere: tu enim discendi, ego uero docendi sum cupidus: tuq; ad scientiam capescendam flo res ingenio, & ipse sapientię studiosos libenter instituo: & certe quicunq; suasorias orationes ad amicos cōscribunt, rem quidē agrediuntur perpulchram, uerūtamen circa optimam philoso phię partem minime uersantur: qui uero adolescentibus ea tra-dunt: quibus nō dicendi uim exerceant, sed bonis moribus na tura esse uideantur, eo plus audientibus prosunt, q̃ illi ꝙ ii so-lum ad studium dicendi cohortamur: ii uero & ipsorum uitam instituunt: quamobrem nullam tibi excogitauimus oratoriam exhortationē, sed ut tibi cōsuleremus, quas res appetere, quas ue fugere, & quibus cum hominibus uersari, & quomodo uitā agere adolescentes oporteat, precepta quædam, monitaq; per-scripsimus: qui enim hanc uiuendi uiam ingressi sunt, hi solū

uirtutem recte assequi potuerunt, qua nulla est prestantior, stabiliorq; possessio, nam formę quidem dignitas, aut tempore cõsumitur/ aut morbo languescit/ diuitiæ uero uitiorum potius q̃ probitatis sunt ministrę/nam & rerum omnium licentiam sua segnitie prebent/ & iuuenes ad uoluptates adhortantur: robur uero prudentię adiunctum utile sane est: ea uero sublata/ plurimum habentibus obfuit: & quanq̃ huius exercitatio corpora sępius exornat/animi tamen industriã uehementer obscurat: at uirtutis possessio si aliquorum mentibus uolauerit: is sola cõsenescit: uirtus quidẽ omnibus est prestantior diuitiis: omniq; nobilitate cõmodior: nam & quæ sunt aliis difficillima factu, hæc sola facillima reddit: & quæ uulgò terribilia uidentur cũ summa animi fiducia/ac magnitudine perfert: hec desidiam/dedecus/labores uero laudem existimat/ q̄ facile quidem intelligi potest/ex Herculis erumnis/ Theseiq; laboribus/quibus morum uirtutisq; prestantia huiusmodi gloriam attulit, ut eo*p* rebus gestis nulla unq̃ ętas obliuionem sit allatura, quãq̃ domesticum & perpulchrum eorum quæ a me dicuntur habebis exemplum si patris tui uitæ instituta memineris, qui nec unq̃ a uirtute discessit, nec ignauiter cum secordia uixit: sed corpus quidem laboribus, exercebat animi fortitudinem, omnia pericula superabat, diuitiarum non intempestiuus amator erat: sed præsentibus quidem bonis, tanq̃ mortalis fruebatur: & in his conseruandis, atq; tuendis ęque, ac si fuisset inmortalis diligenter, studioseq; curabat: eius uitam non humiliter egit, sed singulari elegantię, summã quoq; magnificentiam adhibuit: facilis erat cũ amicis, & quos sui studiosos cognosceret esse: longe magis cum admiratione colebat, q̃ genere, & affinitate cõiunctos: arbitrabatur enim ad amicitiam coniungendam plus naturam q̃ legem, & mores q̃ genus, eiectionem q̃ necessitudinem ualere: unde Laudiuius eques insignis disseruit: Socratem illum Athenis qui Apollinis oraculo sapientissimus omnium habitus

est dicere solitum, malitia accepimus, ueram quidem ante sapientiam ad bene beateque uiuendi rationem solam pertinere: & Panetius quem Cicero in officiis diligenter emulatus est, in ea sententia fuit, ut nulla prorsus nobis humana felicitas absque uirtute cōstaret: quam Plutarchus etiam scribit, omnium esse uoluptatum effectricem: quod idē quoque Aristoteles in libris quos ad Nicomacum scripsit, uidetur sensisse: & ea institutione ad Demonicum Isocrates uir in dicendo eloquentissimus: Theophrastus quoque quū de felicitate differeret, solam animi uirtutem omnibus ante ponendam censuit: Plato etiam Ciceronis in libris, quos uterque de re pub. scripsit, ad eam plane omnia retulerunt: Quid de Metrodoro, Philone, Possidonia, ac Seneca stoicorum grauissimo dicam, quorum semper studium fuit de uirtute animi, ac doctrina percipere: cum homines pręsertim natura duce in rerum cognitionem ferantur, ac uera indagatione uis ipsa animi nō conquiescat, & ut poeta ille inquit: Os homini sublime dedit, cœlumque uidere: Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus: Quid uero inter mortales uirtute maius, prestabiliusue esse potest, quā quidem ad deum propius homines accedant: huius enim apud Stoicos summa fuit auctoritas: nec minor apud Peripateticos non licet Academicis in utranque partem probabilia secutis, nihil plane affirmetur: denique quicquid ex omni philosophorum institutiones memoria proditum est, id omnem in summam uirtutis rationem trahitur: quamuis felicitatem Epicurus uoluptatem nominauerit Hieronymus uero Rhodius uacuitatem doloris: ut neque uita sine litteris: neque ulla absque uirtute felicitas constare possit: iccirco Apollonium ferunt, huius incensum amore Persas, Babilones, Medos, & Caucasum penetrasse: & Pythagoras eam oram Italiæ, quæ magna olim Græcia uocata est, peragrauit: ac Plato dicitur ad Egyptios nauigasse: tantæ fuit auctoritatis apud ueteres hoc nomen sapientiæ: Quid præterea de Melisso,

Empedocle, Anaxagora, & Demochrito referam? qui philoso phię studia summis honoribus & diuitiis ante posuerunt: quosdam uero etiam abiecisse res familiares Lactantius inquit, ut uirtutem ipsam nudi, expeditiq; sequerentur: & ne tantum de philosophis loquamur ad quos ipsi naturæ inuestigatio pertinet: dabo etiam summos Imperatores, ac duces belli prestantissimos, qui non modo rei militaris scientiam tenere, sed etiã liberalibus disciplinis ita claruerunt, ut plus interdum consilio, ac ratione q̃ uiribus, ac armis pugnarent: In Iulio quidem Cæsare Augusto summa fuit eloquentia, & rerũ scientia, uterq; etiam in Castris multa scriptitauit: Tiberius uero, & Claudius etiam de rebus quibusq; minimis diligentissimi litterarum esa ctores fuere: Traianus quoq; nullam a se prętermissam diem meminit, in qua uel non ad iustitiam, aut uirtutem erudiretur: Hadriani quoq; Imperatoris memoriam ac flumen quodam eloquentiæ ętas admirata: Theodoxum etiam ferunt, ac crebras noctis uigilias solitum philosophiæ commentarios lectitare: & ne Græcos etiam silentio prętercam Mistiades Conon, & Themistocles summi duces Atheniensium non mino rum peritia rerum, q̃ belli scientia prestiterunt: q; idem fuisse in Epaminunda Thebanorum duce, Philopomene Acheo, & Atrabii Lacedemonio uidemus: atq; ut a nostris altius repetam Scipionem ferunt, cum cui postea maior Aphricanus cognomento fuit, semper in castris aliquid lectitasse: ac domi cum a re pub. uacaret philosophari solitum: Cato enim qni optimus orator, optimus Imperator, & optimus senator iudicatus est; cum sero quoq; nostras cœpisset: græcas quoq; litteras extrema ętate didicit: in Marco quidem Crasso, & Antonio, quanta uis eloquentię fuerit, explicant ad .Q. fratrem tres Ciceronis libri de Galba, M. oratore, ac Fabio uictore historico, & Torquato otta, Bruto, Sulpitio, Attico, & Hortentio nil dicã, qui licet

patritiorum familiis Romę nati, & maiorum laudibus & rerũ a se gestarum gloria florerent, semper tamẽ nobilitatis insignia studiis optimarum artium cõiunxere: ne uirtute quicq̃ prestantius dixerunt: O admirandam igitur animi sapienntiam quæ fructus ex se se pariat uberrimos, ac tales reddat homines ut ingenio cuncta metiantur: & humana calcent, ac diuina suscipiant, ad hanc igitur incendi malitia debes, aut animo complecti, huius deniq; uestigiis insistere: nam ut Crispus recte inquit diuitiarum & formæ gloria fluxa, atq; fragilis est: uirtus clara semperq; æterna habetur: hæc etiam beatos ac sapientes in uita reddit: nec secundis rebus elatos, nec fractos in aduersis, omnia quidem uincit: omnia expugnat, deniq; uirtuti nimium nihil est, cui parent: & omnia sola etiam fortis & constans, atq; omnes perturbationum motus intrepida excipit: & nihil externorum indigna: cuncta de se pollicetur: ac sibi uni satis est: sola tyrannos, aut hominum casus non perhorrescit: sola fortunæ ludibria ridet: sola deniq; auram popularem, & fungi iustitia nescit: multos enim cruciauit honores, ac magistratus, plures etiam auaritia & ambitione perdidit, atq; innumerabiles ut foris in se omnium oculos conuerteret, ac magni in populo haberentur: uitam domi in męrore & lachrymis actam traduxerũt: nam opes & gloria miseros urit: & ut inquit Tragicus: O si pateant, pectora ditum: quantos intus sublimis agit fortuna metus: deniq; eos esse homines plane negaueram, qui uitam silentio ueluti pecora transiere: iccirco Virgilius de se recte inquit: Quo me quoq; possim tollere humo uictorq; uirum uolitare per ora: & Horatius: Dignũ laude uirũ/musa uetat mori: deniq; interrogatus Socrates: qui sibi cęteris fortunatior uideret, eũ esse respõdit, q plus possideret uirtutis: quã semp Aristides/& Photion oibus longe ante posuerũt: Sed ne gentiles nobis tm̃ uideamur ad instantiã ꝓposuisse dabo in re xp̃iana optimos bñ uiuẽ

di duces, Cum tu prẹsertim sacerdotio: & ego religione tenear: Augustinus enim & Ambrosius licet munere dei quodã/uitę ac moꝶ sanctitate multos cõfirmauerint:tamẽ uident̃ plus uel do ctrina, uel eloquentia, apud nostros profecisse: & Paulus flumi ne ingenii quodam ac dicendi torrente, sic inter apostolos om nes ualuit, ut prẹter sermonis diuinitatem eius quoqꝫ oratio po tentius in animos influeret: de laudibus, ac studiis diui Hiero nymi multa hoc loco dicturus eram, nisi ob magnitudinẽ scri ptorum eius toto orbe clarus haberetur: & qui meo iuditio alter christianorum Cicero fuit: Chrisostomus ob facilitatem/ac dicẽ di copiam Demostenes iudicatus: quotiens uero Dionisiũ Areo pagitam, uel Basilium magnum lego, soleo quidem in altero di uinitatem ingenii, ac doctrinam admirari: in altero enim graui tatem, & ẹloquentiam: Origine uero & Eusebio Cẹsariẽsi: & Na zanzeno & Atanasio dicerem nisi eorum scripta a nostris quo tidie legerentur: nec minor noster apud Christianos doctissimo rum hominum: quam apud ueteres grẹcos numerus fuisse, ut facere eo in libro Hieronymus explicauit: quem de uiris illustri bus inscripsit: quid etiam de Apollinari ac Didimo loquar? qui cum gradum doctrinę, ac rerum pene omnium scientiam conse cuti sunt: ut alter etiã Aristoteles alter Plato Christianus a mul tis uocaretur: adeo enim cuncta uirtute, & sapientia hornantur ut plane fatendum sit, nihil fere in uita homini perfectum aut iocundum uideri, absqꝫ optimarum artium studiis: siquidẽ hu manarum rerum primordia, effectusqꝫ perquirer̃, inuestigareqꝫ uolentes, facile ex omni omnium actiõe, cupiditateqꝫ coniiciũt esse quoddam extremum, omnia quæ consulto fiunt referantur nec ipsum usq̃ referat̃: & ad quod quũ peruẽtum fuerit, nostra hẹc cupiditas cõquiescat: idqꝫ nulla externa illecebra. sed ipsum per se, suaui nos rapere in sui desiderium: esse autem hunc finẽ atqꝫ extremum solam ipsam fẹlicitatem: non modo unusquisqꝫ

non poterit eruere, sed ne philosophantium quidem scholę, cæteris in rebus inter se dissentientes ibunt inficias: uerum id diu multumq; inter illos uentilatum est, quid tandem sit hęc, ipsa, quę ab omnibus expetitur fęlicitas? qui cum uarii uaria sint cõmenti, eamq; non nulli uoluptatem esse dixerint, multi honestatem, cum uoluptate, plures bona animi, corporis: & fortunę, alii doloris priuationem: scientiam alii: alli uitam naturę cõgruentem: alii uirtutem: illud tamen sapientiorum auctoritate comprobatum est: fęlicitatem ipsam ex usu uirtutis oriri, esse enim proprium quoddam, ad quod agendum, mortales omnes sint procreati: quodq; cum cæteris animantibus commune esse non possit ut enim piscibus squame armentis cornua auibus pennę: feris dentes: sic aliquid homini attribui necesse est: q; illi sit proprium: & sine quo rationem suę conditionis amittat: cumq; homo medium sit inter deum: & cætera animantia: quædamq; habeat cum utrisq; communia, ut animam & corpus tenue & comprehensibile ęternum & temporale: iudicemus oportet hominẽ mixturam esse, quandam diuinitatis cum humanitate, proximumq; Deo locum habere, qui sui intelligat artificium: omniaq; propter se, qui illis congruenter uteretur, esse creata: atq; ideo eius proprium non esse uiuere: quia commune sit, & plantis, non sensum habere: quia commune sit & brutis: sed uitam: & actus secũdum perfectam rationem disponere: qua qui bene: excellenterq; uteretur, is proprium ad quod natus esset bene absolueret: uirtutum autem per quas ad hãc fęlicitatem perueniatur: alias moris esse: alias intellectus: de ea loquar fęlicitate, quę apud mortales esse potest: & quæ aliquid agendo, contemplandoue queritur: nam si animæ inmortalitatem consideremus, uera fælicitas apud mortales esse non potest, Cum ipsa anima quieta non sit, ideo nec fœlix, donec quo tendit hoc est ad Deum, sui ipsis originem perueniat non enim

in hisce terrenis sordibus, & ceno, fælicitas summa constituta ē sed eã cęlitus petendam esse quis ambigit? sunt alię ergo moris alię intellectus uirtutes: illę circa actus, affectusq;, hę circa ueri deprehensionem magis uersantur: illis difficilia pręponuntur: nil timide agendum, nil auare, nil iracunde, nil inique, nil abiecte, grande potius quodam propositum est: & si adsint facultates, magnificentia debet apparere deniq; mediocritas quedam in rebus omnibus prudenter custodienda, ab his autem altius iter tenditur: quippe quibus hęc hnmana sordeant, & quibus mens quasi regina, quotcunq; opus est ratione, excogitationeq; perficit, ipsa rerum causas solerter inquirit: ipsa diuinę maiestatis archana rimatur, ipsa hoc uniuersum, ipsa Cœlum spectat, Solemq; & Lunam, & statos syderum cursus pensitat: Solem q sit ipse fons luminis: Lunam quæ idem lumen hauriat tam uaria, tam inconstans sidera quorum uagentur alia minime unq̃ errantia: sed aut in cursu recto statione regressione ue permanētia: nihilominus omnia cum Cœlo ipso rotentur: & rapiantur: qui tamen ordo pulchritudinem ex illius participatu habeat, qui intelligibile primum sit: idest ipsa natura: quam Deum appellamus, cuius iussu hec omnia archano quodam: & hornatu, & ordine decurrunt, unde ex iis cęterisq; omnibus diuinis quodam nascitur: quod nos sapientiam nominamus: Est ergo altera administrandi prudens, temperata, fortis, ac iusta ratio altera maxima consideratio, cognitioq; rerum Cœlestium & earū quas occultas & latentes ratio potest indagare: q; cum ita sit, q̃uis in utraq; finis ultimus, hoc est fęlicitas in suo genere consistat, ea tamen maxime est expetenda, quæ in se plurimum habet dignitatis: an quęso nostra potius curabimus? hoc est corpus, mores atq; opes nos ipsos, hoc est animum quo propius ad Deum accedimus post habebimus? tunc enim cum aciem mētis diuina cōtemplando dirigimus supernę cognatę menti coniungimur: ho

minemq; omnem exuimus,& solo eo munere quod in nobis di
uinum est utimur:nostra etiam hec infirma sunt omnia, insta
bilia:& caduca,multis casib9 subiecta,multorum insidiis expo
sita:sed quæ integra sunt,& sempiterna:& ad quæ uis nulla in
teritus & corruptionis potest accedere,sola prestare potest sapiē
tia:quæ sola in cœleste spectaculum perducit:Cœlestiumq; reꝝ
ueritatem,diligentiorq; inquirit:ille insuper artes sapientes nō
sunt quæ uitę inseruiunt,siue utiles,siue elegantes,siue necessa
rie sint sed propria studiorum suppellex est contemplatio: quid
si Ciuilem uitam sequimur & urbanam:non ne intelligimus eē
artes in ciuitate:quæ uitæ commoda suppeditent: esse alias itē
quæ illarum utantur opera:rursus alias quæ famulentur: alias
quæ in peritent:multaq; esse necessaria ad finem nobis proposi
tum consequendum,sed quę sola iuditium tenet rectum:& quę
uniuersum bonum cōtemplatur,paucis admodum indiget ad
miniculis:exercere id studium semper meditariq; possumus:ut
q; nullis extrinsecus egeat instrumentis:ut cui nullus incongru
ens sit locus ubi enim fueris:p̄sto erit ueritas:beati,fęlicesq; sunt.
igitur illi,qui prudenter,iuste,fortiter,temperate administrāt
omnia,beatiores,felicioresq; tamen illi,qui in rerum naturali
um indagatione, cœlestiumq; contemplatione uersantur: illi
uero beatissimi, fęlicissimiq;, & supra hominem appellandi,
qui utranq; uitam sic tenuerint in utraq; sic se exercuerint, ut
cui potissimum adheserint cognitu sit difficillimum quid siqs
& has:& fęlicitatem illam,quæ animę ad creatorem reuertenti
pollicetur fuerit assecutus:non ne merito in diuoꝝ numero refe
rendum cēsebimus:hinc philosophoꝝ dissentio de fęlicitate, ut
iam memorauimus:Aristippi nomē O gręci homines: ut p̄clare
disseruit cyrenēsis antistes ad uestras fortasse aures peruenit: illi9
inquā Aristippi,q ex filia nepos fuit ei9 Aristippi,quo socrates
amicissimos usus ē:is itaq; ex familiaritate m̄ris:atq;cōuictu(nā

& hanc philosophatam græci asserunt:ad magnam philosophię cognitionem peruenit cognomen uero etiam ab re ipsa contraxit:omnes enim Mitrodidactori, hoc est matris discipulum appellabãt.atq; illi quidem ad participatum philosophię, sola matris documẽta satis fuerunt:uos autemq; cum tot iam prophetas audientis, nec minus & eos qui post ꝓphetas celebri doctrina claruerunt perdiscere ueritatem non uultis:hoc autem uobis in de uitium aduenit:q; existimatis inutilia prorsus hęc esse instituta quę de Christiana religione perdiscenda sunt:non enim Siracusanas delitias:non remissum uitę genus/atq; mollissimum: non execrandas diuitias:pollicentur:non ex diuitiarum fluctu lubricum Euripum:sed sudores multos;laboresq; uitam deniq; anxiã & durissimam, sunt enim hęc omnibus ante oculos posita, passimq; perspicua:finis autem cuius gratia hęc ferunt abstrusus est:nulliq; conspicabilis, assueti enim ea sola intueri quę uidentur: scire non potestis eorum naturam, quæ non uidentur: oculis enim illis caretis quorum fides est opifex: ego autẽ hic quoq; sacrorum sermonum facibus, & hec ipsa nobis ostendam, quæ mihi ostendi, quæq; uobis capiendi facultas erit puto autem nũc quoq; opere prętium me facturum, si philosophorum opiniones ex diuina Euangeliorum dogmata uobis ex aduerso constituta, ut ex posita comparatione scire possitis quemnam illi finem nobis statuerint, & quem diuini sermones pollicentur. Epicurus itaq; iocundissima uita finem metitur: supremum namq; bonum, solam esse uoluptatem opinatus ẽ: Democritus autem Abderites horum dogmatum pater, pro uoluptate concupiscentiam posuit, non sententię quidem, sed nominũ dumtaxat facta mutatione Heracletus item Ephesius nomẽ inuertit, sensum seruauit:nam pro uoluptate beneplacitum dixit habet tamen hęc dictio aliam quãdam uim, infinita enim, atq; incerta ratione beneplacitum posuit: qualitatem tamen huius beneplaciti non expressit:sunt autem hac in re uarię hominum

differentesq; sententię:aliis siquidem placet temperãtia:aliis ue-ro:q; huic maxime contrarium est, uitium aliis continentia, placet:aliis incontinentia:aliis per iniquitatem, atq; per auaritiam uiuere:aliis per iustitiam:& ęquitatem, quod itaq; unicuiq; libitum est, q; iocundum atq; amabile id ille uidetur finem hominis definisse:tacito quidem uoluptatis nomine:proq; eo beneplaciti usus nomenclatura: Pythagoras autem ultimum hominis bonum inefactissima numerandi scientia opinatus est esse:Hecateus, in eo statu rerum qui homini satis esset:Antisthenes, in modestia & humilitate:Anaxagoras Calzomenius in uitę speculatione, in eaq; animi libertate quæ ab huiusmodi speculatione proficiscitur, conuenientem philosopho terminum omnino constituens:maximum enim profecto bonum est naturam rerum callere, ut ea cognitione contẽnamus, quæ fluxa sunt, animũq; ab omni seruitute liberum conseruemus:Plato autem Aristonis filius altitudine ac magnificentia termini illum nobis occuluit bonorum siquidem finem statuit, ut quantum in nobis sit, deo p q̃ similes euadamus:laudabilis sane adhortatio, quæ nos ad diuinorum imitationem imitat:illa tamen uerborum additio, ut id faciamus quantum id nobis est:admirabile id magis homini q̃ pstabiles esse ostendit neq; enim fieri potest:ut usq; quaq; deo similis euadamus:quo enim pacto uisibilis homo, inuisibilem imitetur:quomodo qui breuis est, & exiguo loco concludit illi queat esse persimilis, qui extra omnem terminum cõstitutus ipse continet uniuersa:quæ sit rursus ad ęternum, rerumq; omnium cõditorem illius similitudo, qui recens est, ac nouitius: qq; ne ulnaris quidem quantitatis queat Cœlũ cõponere: nulli est ergo natura illa, nulli potentia, nulli sapientia, imitabilis, bonitatis tamen, ac mansuetudinis, iustitięq;, ac humanitatis diuinę typos aliquos quoquo modo effingi posse:nõ inficias iuerim quandoquidem & Christus iis qui perfectionem assequi cupiebant:genus hoc imitationis proposuit:inquit enim estote mise

ricordes, sicut pater uester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos: Platonis quoq; preceptor Socrates filius Sophronici, non diuitiis affluentem hominem: neq; secundo uento semper utentem sed iustitia exornatū uirū solitus est felicem appellare, impios enim scelestosq; uocabat/qui utilitatem a iustitia ipsa seiungeretur, opinatus in sola probitate, ac iustitia repositam esse utilitatem: Oratores autem his dictis aures accomodare uoluerunt: dicebant enim utilitatem a recto seiunctam esse/non sentientes utilitatem sine iustitia omni utilitate cassam relinqui: nā si iniustum est q; iustitia caret, q; est iniustum/utiq; erit & noxium: q; uero noxium est, utile nunq̄ uocari poterit: Plato igit̄ eiusq; preceptor Socrates consona & laudabilia dixisse inueniuntur: Aristoteles autem: tam & si Platonis auditor fuerit, ex illius tamen doctrina parum profecit, ex triplici enim bonorum genere, idest animę, corporis, ac externis bonis plenam fœlicitatem fieri affirmauit: aiebant enim qui uere felix habendus sit, cum non modo uirtute excultum esse oportere: sed robusta preditū ualitudine, sed egregia forma insignem/sed diuitiis affluentem qui autem careat eorum bonorum aliquo, felicem appellandū non esse: hic autem ut mihi quidem uidetur Symonidæ poetæ sententiam secutus est, is enim inquit: Optimū est homini ut bene ualeat, proximū ut bona sit forma, tertium ut sine dolo sit diues: Theognis item poeta, paupertatem q̄ maxime uitari ad hortatur, inquit enim: Pauperiem fugitare decet, pelagiq; sub undas: Vertice uel montis mittere precipitem: Stoici uero ipsi sanxerunt quæ his apertissime sunt contraria, finem nanq; hominis ac felicitatem definierunt, ut naturam uitę ducem sequatur: animā quidem iidem Stoici dixerunt, neq; utilitatis a cōmertio corporis, neq; dettrimenti quicq̄ accipere: nam neq; ad uirtutem capescendam bona corporis ualitudine dum uiuit cōpelli, neq; rursus ad uitiū trahi ulla corporis ęgritudine: hæ

enim indifferentē habere uim opinabantur: Illud uero eundem Stoycoꝝ impudens plane uerbū, atq; audacius dictū est, candē nāq; & dei & hominis uirtutē esse asserebāt: at Epicurus his cōtrariā uiā ingressus felicitatē hominis eam definiuit, ut nec famē, nec sitim patiaṫ: proq; tuenda saturitate censebat uel aduersus patrē Iouē esse homini depugnandū ad tantā ille impietatē uoluptariū hominē erudiebat: neq; enim solum Iouis nomē ad uertendū est/ꝙ ille inderisum ac dicteriū usurpabat: sed deū totius mūdi opificē, quē illi Iouis appellatione intelligēs/blasphemare est ausus: hoc aūt uitiū illi accidit / ꝙ & casui / & athonis nimiū tribuebat: nulloq; duce gubernari/sed ferri sua sponte ac inpune uagare cuncta opinabaṫ, nullā putans ante actę uitę reddendā esse cuiq̄ rationē: sed iā ut disseruimus uetus est questio, ut eximius Rhetor Thimothe9 meminit, ac inter philosophos diuersata ꝙ de supremo omniū mortaliū fine tenendū sit, alii nāq; pręter sensibiles res, quę uideri/tangiq; possunt nihil ultra sperandū esse crediderūt: sed oīa cū lutea carne perirē pertinaciter affirmarūt: alii aūt secretiora philosophię penetrantes: sicut Aristoteles Ethicoꝝ primo/& eius cōmētator Auerrois in Meta phisicis Themistius, cęteriq; clarissimi philosophi ex humana actiōe demōstrare nitimur nobis ꝑter hęc q̄ cernim9 aliquē finē prestitutū fore in quo solę actiones nrę cōquiescant: actio enim humana est/quę a uolūtate cū animi deliberatiōe ꝓficisciṫ: his enim duobus homo differt a cęteris animantib9/at uoluntas nō nisi bonū finē desiderat: humana igitur actio in finem semper aliquē agentē hominē regit: est uero in cōficiendis rebus quidā causarū nexus, ordoq;: nam rudem & incompositam materiam efficiens primo instituit: in quam instructam/mox formam ponit/prius tamen a simili alicuius dignitate/cur id faciat prorsus edocetur, ꝙ magis hanc parat q̄ illam, ꝙ hoc magis componerē modo q̄ illo, nisi certum finem expeterem: Est igitur prima omniū causarū finis, post rudis materiæ cultum, postremo for-

mā aduenientem: Si ergo prima omniū causarum finis de medio tollatur: nihil penitus produci necesse erit:cuncta igitur cu iuspiam finis gratia operantur,quędam res sunt ueluti lapides plantę,animalia rationis expertia,cum rationis finem ignorēt/ nec media discernunt,nec se ipsas possunt ad recipiendum finē concitare: sed in optimū eis a natura constitutum tanq̄ cęca du cuntur: Quędam uero seu homo omnē ꝓprii finis uim cognoscens de mediis cōsultat/deliberat/ac suo iuditio in finem parat: & insuper supremas quidam humanæ uitę finis, si enim a fine in finem semper progrederemur,nunq̄ offenderemus primum qui si adimatur,nihil eorum,qui illum sequūtur penitus resta bit: in his nāq; sermo noster uersatur quę per se quodā nectun tur ordine: supremus ille finis appetitū primo concitat,in ipso requiescit animus,in eiusdemq; adeptione operari cessat,si ergo demat̄ nec erit quid affectemus/nec in quo appetitiones nostrę conquiescant: nec tandem dabitur ullus nostrę actionis modus non igitur in consultatione tantum primū esse oportet: uerum etiam & postremi quo primū efficere incipiamus, quis enim fo ret consilii terminus,fluctuaret quidem animus nec secum sta tet: sed per infinitum uagaretur,nescius quid sibi agendū foret itaq; pro consultandis,gerendisq; rebus aliquem humanę uitæ finem philosophoꝝ sententia esse oportet: quicunq; ergo supre mū finem nominat,perfectam quandam rem intelligit:omnes igitur homines ita ultimū finem appetunt, ut nihil sibi deesse uelint: ꝙ ad eorum cumulatam felicitatem spectat: quid uero illud sit, nō una est omnium sententia:nec satis nomine exprimitur: at pater omnium deus,creasti ne forte aliquid quo tantopere nostra iuuentur ingenia:nostręq; temperentur appetitio nes: ut non nisi ꝙ rectum,ꝙ honestum,ꝙ rationi consentaneū ꝙ homine dignum sit deliberare,& appetere fas sit:mihi quidē uoluenti animo nihil omnino succurrit:non ęlementa,non per fecta mixta,non aurum,non argentū,gemmę,pretiosiq; lapilli

non plantæ, non animalia, non homines, non cœli ipsi, non cœlestes mentes: qui enim hęc omnia, quæ uniuersum constituũt auxerit, nouerit, comprehenderit: adhuc falsam de ultimo fine potest sententiam tenere/atq; existimare: id uelut summũ bonũ ꝙ minime sit: Est enim tanta ęterni regis impietas, tanta deitatis inclementia, ut tam magnam, & perniciosam sitim nulla curari medicina c nsenserit? absit hoc/ proculq; sit a christianorũ fide: Quid igit' tanta mentis nostrę amplitudo/ac dignitas est? ut nullius rei conditę magnitudine cõpleatur: quanto quippe plus horum adieceris/ tanto maiora capere possis/ & continere: Videns ergo pientissimus parens/& conditor noster turbas natura hunc beatum finem exurientes/ac per deuios amphractus huic inde labori/ misit filium suum/ qui legem publicauit: cui obtemperare facile admodũ esset/ docuit/instituit/& opere perfecit/ in qua profecto nihil inuenies / postq̃ diu multumq; euolueris/cogitaueris ꝙ rationi dissonet/ꝙ abs te castigari/reprehendiq; possit: docuit ergo non uoluptates/ non diuitias/non honores/non sceptra/non regna/non imperia/ sed solam diuinã essentiam/ hãc nostram sitim non modo extinguere/ & ęquari possit uerum etiam per infinitum excedere/& inebriari posse: hæc est inquit uita æterna: hęc est uera, & perfecta fœlicitas, hic est ultimus finis uester, ut cognoscatis uerum deum, & quem misit Iesum Christum, cum adest deus opt. max. cum menti illabitur nostrę, tam decora protinus fulgens luce, pulsisq; errorũ nebulis: non amplius ulla ratione, huc atq; illuc anxius circumfertur: Est preterea regia illa maiestas, tam eximiæ pulchritudinis, tam incredibilis decoris, ꝙ omnes suę pręsentię dulcedine, ad tantã sui beniuolẽtiã charitatẽq; adducit: ut nil aliud desiderare libeat/nulliusq; boni magnitudine a sũmi illius boni nexu dissolui/disfũgi/diue'liq; possit: Quid ergo clarius? quid uerius? qd firmius? qd iucũdius a nobis sciri/intelligiq; possit? nõ sane itelligo: o mira cõditoris nr̃i benignitas & charitas: o excellẽtissi

mā hominis dignitatem: non dicam inquit uos seruos, sed ami cos: quia quęcunq; audiui a patre meo, nota feci uobis: hoc diuinus Plato nesciuit: hoc Aristoteles ignorauit: Istud etiam clarissima ingenia attingere, ne penetrare potuerunt: non solum autem hanc felicem uitam, & beatum finem docuit, sed etiam mortis & sanguinis pretio eam pro nobis cōparauit: surrexitq; post inmortalis/gloriosus/& per quadraginta dies apparens eis & loquens de regno dei, exprobauit fidem illorum, ac duritiem cordis/& signis/portentis/ualidissimisq; argumentationibus in fide apostolica corde firmauit: & uidentibus illis eleuatus est cum ingenti totius cœli applausu/& nubes suscepit eum ab oculis eorum: ecce inquit ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum, & deum uestrum: ascendo ad ueram felicitatem, hęc est igit̃ totius itineris mei cruciatus, & laborū meorū causa, ut uos ad summū bonum inuitarem: Ecce ostendo uobis uiam, si quis uult post me uenire abneget se metipsum, & praesentis ac momentaneę uitę huius illecebras ac uoluptates: tollat crucem suam & me sequatur, fide, charitateq; non ficta: ut tandem illustris gloriosusq; cœlum conscendere ac de torrente uoluptatis meę inęternum & ultra gustari possit, & inebriari, hęc est igitur uia, quam philosophi quęrunt, ideo non inuenerunt/ quia in terra ubi apparere non possunt quęrunt, errant autem uelut in mari magno, nec quo ferantur intelligūt, quia nec uiā cernunt: nec ducem sequūtur: ulla eadem nanq; ratione hanc uitae uiam quęri oportet, qua in alto iter nauibus quęritur: quae nisi aliquod cœli lumen obseruent incertis cursibus: quisquis autem rectum uitę iter tenere nititur, nō terram debet aspicere/ sed cœlum: & ut apertius loquar, nō hominem sequi debet, sed deum: non his terrenis simulachris, sed deo seruire cœlesti: nō ad corpus referri omnia, sed ad mentem: nō huic uitę operam dare, sed ęternę: itaq; si mentis oculos in cœlū semper intendas/ & ducem ac imperatorē nostrū quo ierit obserues/cūq; habeas

uitę quasi nauigii ducem sua sponte in uia pedes dirigentur/ & illud cœleste lumē, q̄ sanis mentibus multo clarior est sole/ quē hic carne mortali uidemus: sic reget, sic gubernabit: ut ad summū sapientiæ portum sine ullo errore perducat: Sed heu multi uariis superstitionibus pertinaciter inherentes obdurant se contra manifestam ueritatem, qui cui habeant iter rectum deuios sequūt̃ amphract9, planū deserūt, & p̄ p̄cipitia dilabunt̃, lucē relinquūt, in tenebris cęci, ac debiles iaceant his cōsulendū est, ne cōtra se pugnent, uelintq; aliquando ab inueteratis laborib9 liberari: q̄ utiq; fiet, si quare nati sint aliquando prędiderint: hęc enim prauitatis est causa ignorantia sui, unde pręclare inqt Leo papa: sursum ergo animos uocatos desideria peritura non occupent uiam ueritatis ingressos, fallaces illecebre non retardent: & ita a fidelibus hęc temporalia decurrantur, ut peregrini se in hac mundi ualle esse cognoscāt: felices ergo nos/ qui hac ętate nati sumus, qui lumen ueritatis agnoscimus, quibus regna cœlorum iam patefacta sunt, quę per ante tot sęcula incognita, clausaq; extiterunt: O felicissimum regnum: o clarissimā dignitatem: o ditionem locupletissimam quam Iesus Christus cum ineffabili pompa, magnificaq; gloria exu'tantibus angelicis choris, ipsis etiam apostolis corporali intuitu cernentibus eleuatus ab hac mundi ualle, propriis (ut ita dixerim) manibus aperuit, & diuina sua uirtute captiuam ducens captiuitatē in regno cœloꝝ illustrissimus dux noster, & parens/ ac redēptor introduxit: lętari itaq; opere pretiū est, pro incredibili hoc b̄nficio suscepto, qui factam libertatem, demonstratāq; mortalibus agnoscimus: siquidē ut Plato meminit, & Isocrates, qui fortiter patriā tuent̃: ut Cicero etiā & alii illustres memorāt: felices esse quanto secius, qui deū opt. max. Christumq; uenerauerint, coluerint ad cœlestia illa, feliciaq; regna peruenire censebimus: in eodē nullo pacto iniuriandū esse/ nullo pacto Plato cēset: affert ne inquit turpitudinem iniurianri, & dedecus iniuria an non ē

inqt affert/igit nullo pacto iniuriari oportet:fateor inquit:nec ergo etiā lęso referenda iniuria est,ut multi putant)quoniā nullo pacto iniuriandum est:& quoniam malefacere nil aliud est q̄ iniuriari,non oportet male alicui facere:etiā innumerabilia mala si perpessus sis:hęc nobis a Christo clarius pręcipiuntur:& ꝓpheta multo ante Platonem:si redidi retribuentibus mihi mala decimam ab amicis meis inanis:& rursus:cum his qui oderunt eram pacificus, ꝙ autem pro ueritate mori debeamus,ꝙ multi Hebreorū fecerunt Christianorum uero ferme innumerabiles Socratem audi apud Platonem in Apologetico dicentem:si dicetis mihi o,iudices Anito quidem accusatori tuo Socrates ualere dicemus:te autem hoc pacto ac fœdere liberamus ut nunq̄ amplius ut solebas philosophari,audias,& si aliter feceris: ut moriaris:si mihi hęc diceretis constanter responderem:ꝙego diligo quidem uos , o uiri Athenienses,credo autē deo magis q̄ uobis quare quousq; uiuam & possum nunq̄ philosophari:idest recte uiuere non desinam, nec desistam unq̄ hortari, mouerią; uos quemadmodum consueui:hanc Platonis:Socratisq; sententiam uix a solo Socrate:ab hębreis autem:&ante Christum multis:& post Christū innumerabilib9 cōstanter ipsa re approbatum inuenies:Hębreos enim etiam Saluatoris nostri discipulos fuisse non ignoramus:sed cum ęterna dei sapientia statuit diuina mysteria in ipsis exordiis,pręcipue ab illis tractari, qui ueri erunt uerę sapientię amatores,quo factum est rerum causę pie administrarent:atq; iidem apud omnes gentes philosophi sacerdotes existerent:neq; id quidem iniuria:nam cum animus noster duabus tantum aliis:id est intellectu & uoluntate possit ad cœlestē patrem:& patriam reuolare:ac philosophus intellectu,sacerdos uoluntate nitatur:& intellectus uoluntatem illuminet uolūtas intellectum accendat,consentaneum est :qm̄ primi diuina per intelligentiam,& uel ex se inuenerunt,uel diuinitus attigerunt primos diuina uoluntate rectissime coluisse:rectumq; eorū cul

tum:rationemq; colendi ad cęteros ꝓpagasse:hinc Hebreorum prophetę sacerdotio simul:& sapientię incumbebāt: in Dubragmanas de rerum natura simul:atq; animorum expiatiōibus cōsulebant:apud Aegyptios.Mathematici:& Methaphisici sacerdotio fungebātur,& regno apud Aethiopes Gymnosophistę,simul magistri erant,& religionis antistes:eadem in Gręcia consuetudo fuit sub Lino,Orpheo,Museo:atq; Pythagora: eadem in Gallia,sed Druidum gubernaculis:quantum uero apud Romanos Numę Pompilio,Valerio Sorano,Marco Varroni:multisq; aliis,sapientię simul,sacrorumq; studium fuerit quis ignoret:q̄ si apud nationes omnes religionis(quæcuuq; hęc fuerit) antistites & inuentores sapientes leguntur:quos nam illos fuisse arbitramur:& credimus,in quibus ueri dei:& hominis Christi,uerus cultus,exordium,ac deinde incremētum suscepit:hos in diuinis uoluminibus agnoscamus:hine Democritus Damasippi filius Abderites,dixisse fertur optimam doctrinam naturę per q̄ similē esse hanc enim transformari animam:atq; in melius dirigi:notasq; illas quas ab initio natura nobis inseruit:quasi uetustate abolitas renouari: cuius uiri sententiam ego quoq; uerissimam esse arbitror,etenim Porphirius Socratem Sophronisci filium inquit,agentem iuuentutis annos ad lasciuiam ꝓpensum,incontinentiamq; fuisse,studio tamen ac disciplina typos eiusmodi abolesse,melioresq; sibi philosophię notas impressisse multa uero in hanc ferme sentētiam sacrę nos litterę docuerunt publicanos enim seruator noster genus hominum auaritię iniustitięq; abdictum,lasciuissimam pręterea meretricem, grassatoremq; iniquissimum,multosq; alios qui in malitia,& peccato,uitam consumpserant:sanctis concionibus:atq; hortamentis eruit de suę malitię baratro: perfectissimęq; uirtutis operarios reddidit:quid tres autem,uel quatuor,uel decē,uel quindecim dico homines,quicquid enim terrarum incolitur corruptissimū flagitiis nactus,paucorum sermone,quos ipse ad hoc muneris

instituerat, protinus immutauit: quiq; olim homines extra sepositis, ac dementib9 per quam similes erant: frugi ac temperatos effecit: harum itaq; rerum aprime conscii: saluberrimam doctrinam uobis afferimus, neq; a curandis uobis labore ullo abducimur, tam & si pugnantes inuicem, disceptantesq; uideamus, nostramq; longius repellētes, immo autem uestrę impietatis morbum, spongia nostrę orationis aspergimus: iam huic incepto tertiam nos operam contulisse gaudemus: q̄ sit enim utilis, quāq; necessaria fidei medicina ostendimus: quid pręterea de diuina substantia sentiendum: quid de naturis, quæ quidem createę sūt sed tamen uideri non possunt: tum & poetice fabulationis obscęnitatem deteximus, refutatis portētosis philosophorum allegoriis: quęro & de creatura, quæ cerni oculis potest: neq; uera: neq; inter se concordia philosophi opinati sunt: sed uelut per umbrā noctis depugnarint in multas dissecti partes habierunt: mutuisq; dissentionibus se se tanq̄ accerrimis inimicis usi sunt: haud ab re facturum me puto: si & horum sententias in medium afferam: Xenophanes pręterea Solem, Lunamq; ignitas esse nubes affirmat: Anaxagoras, Demochritus: Metrodorus ignitum ferrum, aut lapidem flamma succensum Thales e, Terrestri materia pumicea: Diogenes, Aristoteles, globum esse e, quinto corpore conflammatum: Plato autem inesse illi plurimum ignis participem tamen esse, & aliorum corporum: Philolaus Pythagoricus e, uitro illum constare inquit q̄ oppositum splēdorem ab eo igne qui est in mundo accipiat, ad nos uero lucem, tēporéq; trasfundat simulachri cuiusdam partes locumq; sortitus: sed et alii non nulla quędam alia de Sole opinati sunt, quę superfluā puto in mediū afferre: ne & ipse in easdem incidā nugas: qn & de Solis magnitudine ac figura multa apud eosdē philosophos est contentio: alii siquidem globulentum esse aiunt: alii uero modo in cauum putant; alii rotis curuum esse persimilem: Anaximāder quidem uicies septies terra maiorem autumat, Empedo

cles uero ęqualé terrę: Anaxagoras maiorem Peloponesso, Heraclitus uero illum esse ait pedali magnitudine: ac de Luna itē ipsa parimodo deblatterant: nam Thes quidem putat eam terrestrem esse: Anaximenes, Parmenides Heraclitus solo igne conflatam autumant: Anaxagoras autem & Democritus ignitam soliditatem: quæ insćitas sibi planities, montes, uallesq́; contineat: Pythagoras inquit illam esse saxeum corpus Heraclides terram nebula circumseptam: ipsorumq́; alii: terra maiorem eē ostédūt alii ęqualem, minorem alii: sunt qui dicat eius diametrum palmo absolui: & si Plutarchus, Laertius, Eusebius, Diodorus, Theoderitus, & alii permulti illustres recensuerint: nō ab re aliquid repetendum censui: namq́; Thaleta ferunt primum omnium principium rerum aquam posuisse, ex ipsa cūcta esse, ac in ipsam demum deuenire arbitratur: post eum Anaximandrum Thaletis sodalem ipsum infinitum rerum generationis atq́; corruptionis causam dixisse: nam ex ipso ait Cœlos segregatos, cęterosq́; mundos numero infinitos. corruptionem uero & generationem, multo prius ex infinitis arbitratur seculis in se ipsis reuolutis: hic Cylindri formę esse terram asserit, tantęq́; profunditatis tertia par inueniatur: ait pręterea spermaticas uires ex sempiterno calido ac frigido in origine huius mundi densas fuisse, ac aliqua ex flammea pila aere hoc circumuoluta ut testa nucleus diruta & in quosdam circulos explicata Solem ac stellas constituisse, ad hęc hominem primo ab aliis animalibus natum: nā alia inquit uidemus cito post ea q̄ nata sunt ad propria pabula per se uenire: hominem uero diuturna egere lactatione: quare nisi in primis initiis, ab aliis natus aliorū nomine secutus fuisset: nunq̄ educari potuisset: hec Anaximander: Anaximenes autem principium rerum aera opinatur: quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni arbitratur: motum uero ab ęterno esse dicit: terram ex aere constipato primum omnium factam latam magis, iccirco

non absq; ratione super aerem contineri, Solem uero ac Lunam cæterasq; stellas a terra ortum habere itaq; Solem terram eẽ ait uelocitate motus, caliditatẽ assecutum: Zenophanes Colopho nius nouum quoddam iter pręter prędictos sibi fabricatos nec generationem rerum, nec corruptionem ullã esse contendit: eẽ namq; simile quicquid ẽ: nam si aliquid inquit gigneretẽ, id nõ fuisse antea necesse est: ꝙ autem non est id gigni non posse: nam neq; nõ ens facere aliquid: neq; a non ente fieri quidq̃ posse, asse rit autem sensus omnes falsos esse, rationem quoq;, una cũ sen/sibus uidetur abiicere: terram uero continuo aquis delatam pau latim in maria longo tempore habituram censet Solem atq; ali as stellas a nubibus gigni Parmenides Eleata Xenophanis au/ditor, atq; amicus, primum Xenophanem: deinde oppositam quandam uiam secutus est: sempiternum: enim atq; inmobile cẽ set esse uniuersum, ꝙ est ens secundum ueritatem rerum: solum enim esse simplex & interpridum, atq; ingenitum generationẽ uero eorum non esse quæ falsa existimatione uidentur esse/cum non sint: nam sensus se mouẽdos a ueritate putat: affirmat enim si quid est pręter ens id esse non ens autem non esse in rebus, & sic ens ingenitum sibi relinquitur: terram uero densioris aeris defluxu factam arbitratur: Democritus Abderita infinitum di/xit esse uniuersum: quoniam a nullo creatum inmutabile etiam esse eorum uero quæ nũc gignuntur, nullum habere principiũ sed ex infinito tempore, cuncta simpliciter quæ sunt, quæ fue/runt: quęq; futura necessitate prędestinata fuisse: Solis ac Lunæ generationem propriam, separatamq; ab aliis eẽ dicit: naturãq; ipsorum nec calidam nec splendidam fuisse: sed contra genera/tionis suę naturę similem: sed postea cum maior orbis solaris fa ctus esset ignem in ipso fuisse intrusum: Epicurus Neoclis Athe niensi filius, maiestati deorum detraheẽ conatur: nec aliquid ex non ente fieri asserit, ac semper uniuersum sic se habuisse: neq; aliquid noui fieri pręter id in tempore infinito iam factum est:

Corpusq; esse uniuersum non solum innumerabile, uerum etiã infinitum finem bonorum uoluptatem statuit: Aristippus Cyrenaicus uoluptatem bonorum dolorem malorum constituit finem: cæteras scientias excludit: illud solum esse utile putans: ut q̃ras si quid domi mali, aut boni tibi contigit: Empedocles Agrigentinus, elementa quattuor ponit, ignem, aquam, aera, terrã, quorum causam amicitiam & litem, ac a prima elementorum complexione segregatum aera circũfusum fuisse contendit: post quem ignem erupisse, cũq; alium locum non reperire sursum a frigore aeris repulsum circa terram autem duos circumferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aere maxime, ac ex igne admodum exiguo, & illum diem hunc noctẽ esse putat: initium uero noctis a die propter impetum ignis: Solem natura non esse ignem: sed ignis repercussionem ei similẽ, quã ab aquis fieri cernimus: Lunam ex relicto ab igne aere congelato, sicut grando congelatur per se factam lucem a Sole recipere mentem non in capite, nec in pectore: sed in sanguine dissemina tam eẽ ac illis partibus homines magis sentire quibus: plus mẽtis inest Metrodorus Chius sempiternum esse uniuersum ait: nã si factum esset a non ente infinitum etiam, quoniam sempiternum: cum non habeat principium unde incipiat: nec exitũ quo terminet inmobile quoq; asserit: quoniam moueri non possit, ꝙ non transeat, trãsire autem necesse est: aut in plenam, aut in uacuam: quorum alterum non est: in alterum transitus fieri non potest: Ex ethere autem fieri nubes densatione: inde aquam quę ad Solem decurrens extinguit ipsum: qui rare: factus rursum accenditur: Solem siccitatẽ constipatum ex aqua splẽdidas stellas efficere: diem etiam ac noctem inde fieri: ꝙ Sol extinguatur atq; incendatur Eclypsim quoq; extinctiõe fieri. Diogene Apolloniata elementum aera ponit omnia moueri dicit: mundos infinitos asserit ꝙ factos esse arbitratur uniuersi motu: ꝙ huc, atq; illuc latum, ac alibi rarefactum, alibi constipatum: ubi forte constipatum

patum fuit, ibi globum factum & mundum in quo quæ leuio
ra sunt superiora petierunt, hęc Plutarcus: quæ omnia Sochra
tes quoq; uir ille illustris furoris: atq; insanię plena putat: siqui
dem fide dignus Xenophon testis est, qui sic de ipso in libro de
Sochratis memorabilis dictis scriptis: nemo autem unq̃ Sochra
tem impium quiddam & irreligiosum, aut facere uidit, aut di
cere audiuit: nõ enim de natura rerum, neq; de altioribus, subli
mioribusq; rebus, ut plurimi faciunt disputabat: nec considera
re unq̃ uoluit, quo nam modo: quaq; necessitatis serie/hęc moles
quam mundum Sophistę appellant. aut singula cœlestium cor
pora facta sunt: sed eos qui assidua cura atq; studio hęc tractant
stolidos uanosq; homines esse ostendebat: & paululum post hęc
ualde autem mirabatur q; non potuerunt intelligere non posse
homines hęc adinuenire: cuius non paruum signum est: q; qui
maxime harum scientiam profitentur: quiq; cęteris sapientio/
res uidentur, non eadem, sed pugnantia dicunt ad inuicem: sed
hęc quidem Socrhates (ut Xenophon testatur) quibus consona
in libro de anima ipsi Sochrati orationem attribuens Plato con
scripsit: nam ego (inquit) o Cębes cum Iunior essem q̃ mirabili
exarsi cupiditate eius sapientię quam naturalem sapientiam ap
pellant: pręclarum enim uidebatur mihi causas rerum scire: cur
singula quoq; modo gignantur: atq; corrumpantur, & cur sint,
atq; permaneant: ac sepe numero me ipsum huc & illuc uersabã
talia diligenter considerans: nam postq̃ q̃ frigidum & calidũ:
ad putredinem quandam (ut quidam aiunt) perueniunt, tunc
animalia concreantur: & ut rum sanguis est quo audiendi, uidẽ
di, olfaciendiq; sensus nobis pręstantur quibus quidem sensib9
memoria conflatur atq; opinio/ex memoria porro atq; opinione
cum tranquillitate in his acceperint originem scientię prosilire
rursusq; horum priscorum corruptiones excogitando sic ad hãc
considerationem nihil ipsi ineptior iussus sum, ut nihil supra

cuius rei ſignum tibi ſufficiens afferam: nam ex hac conſideratione, uel ipſa quæ prius plane ſciebam, ut tam mihi q̃ cæteris uidebar dedidici: ſic tardior uel cęcꝰ omnino factus: hęc Sochrates dicit apud omnes Gręcos clariſſimus, quare ſi huic tanto, tanq̃ pręſtantiſſimo philoſopho amentia uiſa eſt, dictorum de natura uirorum doctrina iure, nos quoq; impietatem illorum omnium recuſamus: pręſertim cum errores de multitudine deorum ſui ab his quæ de natura dixerim non ſint alieni: hinc diuus Iuſtinus martyr & philoſophus inquiens: at qui & Plato poſt deum atq; materiam tertii ponendi principii: q; ſpeciem dixit non aliunde q̃ a Moſe ſumpſiſſe occaſionem uidetur: namq; ſpeciei nomen ex Moiſi uerbis percepit: minime tamen edoctus ab iis qui nouerant: nihil enim eorum quæ a Moſe dicta ſunt, abſq; ſpeculatione myſtica clare cognoſci unq̃ poteſt: ſcripſerat nimirum Moſes ueluti ex perſona Dei, ad ſe de tabernaculo loquentis: ſic autem ſcias mihi ſecundum omnia quæ in monte monſtrauero exemplar tabernaculi: atq; iterum: & conſtitues tabernaculum ſecundum omnium partium eius: & rurſum paulo poſt: ſic igitur facies ſecundudum formam tibi in monte monſtratam: in hęc igitur incidens Plato & non ea quæ decebat contemplatione ſuſcipiens, autumauit ſpeciem ſeparabile quodam eſſe, & rei ſenſibili pręexiſtere: q; & rerum quæ fiunt exemplar ſępius appellauit: quoniam uero de tabernaculo Moſis hoc litte ra ſignificat: ſecundum ſpeciem quę oſtenſa tibi eſt in monte: ſic illud efficies, ut in terra item & in Cœlo, & in homine ludificatus uidetur: Plato ut horum ſcilicet Ideas eſſe putauerit: namq; ubi ſcripſerat Moſes in principio creauit deus Cœlum & terram: deinde ſubdiderat: terra autem erat inuiſibilis: & incompoſita: exiſtimauit hanc de qua loquitur (terra autem erat) pręexiſtentem terram dictum fuiſſe quandoquidem ita diſſeruit: terra autem erat inuiſibilis: & incompoſita: illam autem de qua ſcriptum eſt: fecit Deus Cœlum

& terram, arbitratus est: ipsam illam dicere terram, quæ a deo iuxta præexistentem speciē condita fuisset, pari pacto, & de cōdito Cœlo putauit: id namq; quod creatum fuit cuiq; firmamenti nomen inditum est sensibile factum opinatus: aliud autem esse intelligibile, de quo propheta dicat: Cœlum cœli domino terram autem dedit filiis hominum: & ad hunc pariter modum arbitratur Plato de homine: cuius primo meminit Moses: dein post multa eorum quæ creata fuerunt: de hominis formatione mentionem fecit ita scribens: & fecit deus hominem puluerem accipiens, de terra autumauit igitur hominem, qui prius nominatus fuit, ei qui factus est, præextitisse eum uero quem de terra posterius formasset: ad spetiei præexistentis instar fabricatum: quod autem de terra conditus homo sit, ex antiqua diuinaq; hystoria nouit Homerus ubi scribitur: terra es, & in terram reuerteris: qua propter Hectoris corpus exanime terram mutam nominauit: alicubi enim ita loquitur aduersus Achillem cadauer illius raptantem quid mutam lӕceras, insanis perfide terrā: & rursus: Menelaum alicubi introducit dicentem iis qui non prōpte acquieuerant Hectori ad singulare certamen prouocanti, Frigida uos omnes tellus dissoluat: & unda: ipsos utiq; in antiquam ex terra fabricationem resoluens in Aegyto isthec a ueteribus historiis: & Plato: & Homerus: edocti suis elucubrationibus inseruere, sed unde nam quæso didicit, retulitq; Plato, alato curru Iouem per Cœlum duci: quam a prophetarum historiis e quibus nouit de Cherubinis ita memoriӕ mandatum, & a domo egressa est gloria domini: & ascendit super Cherubin alas suas in quibus erant rotӕ: & gloria domini in ipsis erat desuper: hinc magniloquens ille Plato commotus audacia, multa in hӕc uerba clamauit: magnus quidem in Cœlo Iuppiter allatum currum impellit: unde nam iterum quæso istec desumpsit ut scriberet, prӕterquam a Mose, & a prophetis: & unde nam rursus oblata illi est occasio deum in ignea esse substan-

tia aſſeuerandi:non ne a tertia regum hiſtoria ubi ſcriptum eſt
non in ſpiritu dominus,& poſt ſpiritum commotio,non in cō-
motione dominus,& poſt commotionem ignis,non in igne do
minus,& poſt ignem uox aurę leuis,ſed illa quidem contēpla-
tione digna ſunt & ſecundum Anagogem ab iis qui adicti reli-
gioni uerę ſunt examinanda:Plato uero cum ab hac contempla
tione longe abeſſet,ipſiſq; nihilominus prophetarum uerbis ac
cepiſſet,in ignea deum ſubſtantia collocauit:ꝙ ſignis eſacte eti
am conſiderare uoluerit,de eo dono, ꝙ ſanctis uiris diuinitus
confertur,ꝙq; ſanctum ſpiritum ſacri prophetę nuncupant:di
ſcet nimirum id a Platone eo in dialogo:qui meum non inſcribi
tur,alio quodam nomine prędicatum ueritas enim in dei dono
recolendo ſancti ſpiritus nomenclatura uti ne ſequi propheta℞
ſcilicet dogma uiſus gentiū hoſtis euaderet id ipſum profecto
deſcendere diuinitus confitetur:Ei tamen non ſancti ſpiritus,
ſed uirtutis appellatiōem digne adſcribendum putauit: ſic nāq;
ille ad Memnonem eo ipſo in dialogo quo de reminiſcentia diſ
putatur,cum multa prius de uirtute quęſiſſet:& utrum doctri-
na exercitatione compararetur:an uero neq; huius:aut illius be
nefitio:ſed natura potius,aut alia quapiam ratione in homines
ꝓficiſceretur:demum his ipſis uerbis ita decreuit:ſi autem nos
tota in p̄ſentia ipſa diſputatione recte quæſiuimus,affirmamus
uirtutem ipſam:neq; natura:neq; doctrina,ſed diuino fato iis q
ea pollent:ſine ratiocinatione congenitam:quę ut exiſtimo cum
a prophetis didiciſſet in uirtutis nomen tranſtulit: pari pa-
cto quemadmodum prophetæ ſacri, unum eundemq; ſpiri-
tum in ſeptem partiri dicuntur,ſic & ipſe met unam & ipſam
uirtutem quam nuncupat eandem inſcribit in quattuor diuidi
nullo autem modo ſancti ſpiritus meminiſſe:uolens per allego-
riam quampiam:quæ a prophetis dicta fuerant dilucide nūcia
uit:ita nāq; in calce dialogi ad Memnonē,ob hanc inquit ratio
cinationem o, Memnon, ſi quibus aduenit uirtus diuino illa

fato aduenire uidetur: hoc autem ex eo plane perspiciemus: ut quo nam modo illius euadāt homines: Cum prius agrediemur quid nam sit ipsa uirtus, secundum se ipsam percunctari: uidetis ne quo pacto donum supernę descēdens solum uirtutem nominet: & ad hęc dignum censeat, inquisitione, utrum illud idē uirtutis nomine, aut alio quopiam nuncupari deceat, ut pote q formidauerit: aperte sancti spiritus nomine uti, non secutus uidelicet prophetarū dogma uideretur: unde nam iterum edoctus Plato cognouit tempus cum Cœlum factum esset: de quo scripserat, tempus cum Cœlo factū est, ut quæ una facta essent una soluerentur, si unq̄ eorum solutio fieret, non ne & hoc a diuina Mosis hystoria perdidicit: nouit enim temporis generationem ex diebus, mensibus & annis, suę principium constitutionis desumpsisse: quoniam igitur prima dies, quę una cum Cœlo facta est, omni tempori principium pręstitit, quandoquidem ꝑmulgauerat: & factus est dies unus: hinc Plato omne tempus ex parte innuēs, diem ipsum tempus appellat: ne ueluti Mosis asecta tor calumniam pateretur: apud Athenienses si diei uidelicet mētionem fecisse uideretur: rursus unde cęli dissolutionem imaginatus est: non ne hoc ipsum a sacris prophetis proditum existimauit: ꝙ si quispiam: & de simulachris quoq; dogmata scrutari uoluerit, unde nam uidelicet prodiit: ut qui primum deos uros effinxerunt, eosdem formas hominum habere putauerint: comperi & hoc ipsum eos ab hystoria diuina traxisse testante Mosis scriptura, faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram: ita enim suos deos effingere cęperunt, ueluti dicerēt hominum formam deo similem esse: autumantes de simili creari simile: sed quam ob rem nunc uiri gentiles horum mentionem fecit: ut cognoscatis fieri non posse, ut religiōem ueram ab illis addiscatis: qui ne in his quidē rebus quidq̄ sinceri ex se ipsis scribere potuerūt, in quibus a prophanis a sui generis hominibus cōlaudantur: quiq; certa uelut allegoria suis lucubrationibus de

prompserunt:ea quæ a Mose:& reliquis prophetis didicerunt: tempus igitur gentiles uiri nunc expostulãt,ut qui ab exoticis hystoriis didicistis Mosem & reliquos prophetas eorum omnium qui apud uos sapiẽtes existimati sunt multo fuisse uetustiores, recedatis ab antiquo maiorum errore,& diuinis prophetarum hystoriis occuratis, cognituri ab eis uerbum Dei cultum, nõ artificiosi ęloquii artibus, non persuasionum illecebris, ęnuntiatũ hoc enim illorum proprium, quos obfuscandę ueritatis cupido perurget:sed pure atq; simpliciter, nominibus quoq; & uerbis quæcunq; se obtulerunt utentur illi: & nobis ea proferent, quæ sanctus in eos descẽdens spiritus afflauerit:in eos refundã dam, quibus mens est, religionem ueram percipere: pudorem: itaq; omnem, uniuersumq; errorem hominum:& imaginarium strepitum:& tumorem propellite:quibus putatis eximias inesse delitias, ea quæ nobis sunt profutura capescentes: nulla enim, aut uos ipsos, aut maiores uestros contumelia affeceritis: si nũc in contrariam illorum errori uiam uerti uolueretis:quos decens est nunc in inferno intempestiuam agentes pręsentiam lamentari:q; si fieri posset ut quæ illic geruntur uobis exponerent: & quæ sibi uita functis contigerunt, agnosceretis e quantis uos malis eripere curarent:nunc autem postq̃ fieri ad pręsens non potest, ut uos, aut illinc ab illis, aut hic ab his erudiamini: qui iactant se hanc falsi nominis philosophiam colere:reliquum uobis est ut eliminato progenitorum errore sacrorum uirorum prophetias amplectamini a quibus uobis minime postulanda est ęlocutionis gratia neq; enim in uerbis, uerum in operibus res nostrę religionis uersantur: sed ea quęrenda, quæ causę nobis ęternę uitę futura sunt:qui enim frustra nomen philosophię perquisierunt:ut ignari refelluntur: sicut & ipsimet inuiti coguntur fateri, ob id q; non solum seditiones alternas exercuerunt: sed ipsorum met opiniones aliter alias exposuerunt:qui si philosophię terminum in ueritatis inuentione posuerunt: quomodo

fiet,ut qui ueritatẽ ipsam assecuti nõ sunt philosophię nomine digni censeantur: quare si is qui apud uos sapientũ, sapientissimus Socrates cui & oraculũ uestrũ,ut asseritis,astipulatͬ dicẽs cunctoꝝ hominũ Socrates sapientissimus,fatetur se nihil scire: quomodo ii/qui inferiores sunt scientiã cœlestiũ afferent: diciͭ aũt Socrates ob id sapientię nomine honestatũ,ꝙ cęteri hominũ,cũ ea scire se fingerẽt,quę ignorarent:ipe nõ erubuerit nihil se scire fateri,ita enim ait, uidebar aũt uel hac de causa sapientissimus esse: quoniã quę nescio eadẽ me puto nescire:nemo aũt existimet hironice Socratẽ ignorantiã simulasse: qm̃ in disputationib9 sępius id agere cõsueuerit: ultima nãq; dictio Apologię quã edidit habiturus in carcerẽ, extra cõtrouersiã declarat: uere illũ,& exacte ignorantiã ꝓfiteri uoluisse,ad hũc enim modũ inqt:Sed iam hora est discedendi,mihi qdẽ morituro,uobis aũt uicturis, utri aũt nostrũ ad optabilius negotiũ ꝓficiscanͭ, ignotũ est omnibus,pręterq̃ deo: hanc nimirũ extremã uocẽ in Areopago fundẽs Socrates uestigia torsit ad carcerẽ: rerũ apud nos occultarũ cognitionẽ in solũ referens deũ: posteriores uero q ne terrestria qdẽ nosse potuerũt q̃ in cœlo sunt, ac si uidissent scire nõ ꝓfitebunͭ:Aristoteles itaq; ꝑspicacius Platone cœlestia cõtemplatus: nõ ut ille in ignea substantia deũ cõstituit: sed in ęthereo quinto ęlemento eũ esse decreuit: dignũ esse arbitratus ut sibi fides obꝓbatissimũ elocutionis genus haberetͬ:nihilominus Euripi naturã dũ morareͭ in Chalcide cũ percipere nõ potuisset uirib9 ob uerecundiã/pudoreq; destitutus excessit e uita: nemo igitur sapiens primã sui ipsius salutẽ hanc eoꝝ putet eloquentiã: sed iuxta ueterẽ illã historiã aurib9 cerã obdens, suaue illud,& perturbans incõmodũ, ueluti syrenũ cantus effugiat: illi enim quos memorauimus eloquentiã ueluti escã pręse ferentes a uera pietate multos abducere curauerũt:eũ imitati qui ausus est,deoꝝ pluralitatẽ primos homines edocere: qbus uos nõ hęrere: sed sacroꝝ uiroꝝ prophetiis accederẽ dignũ censeo/si qua

uero/uel desidia/uel maiorum superstitio hactenus uos prohibuit ne prohetiis sanctorum uirorum audiretis:quibus facile discetis unū & solū esse deū:quę prima est religionis cognitio: saltē Orpheo credite,qui prius uos deorum pluralitatē docuit: mox perfectā,& oportunā Palinodiā cecinit: illa cōstituens quę paulo ante scripsimus: credite & reliquis,qui de uno deo eadē cartis rettulere: diuinę siquidē prouidentię cōsulentis nobis opus extitit: ut inuiti homines uera testarent: quę de uno deo ꝓphetę locuti fuerant,ut ab omnibus scilicet,multi deitatis (ut ita loquar) dogma refutatū: occasionē uobis uere cognitionis pręberet:qbus ut ex parte rectū dei cultū cōdiscatis facile prestabitur ex antiqua Sibilla inspiratione quapiā p oracula uos edocente:quę nimirū ꝓphetarū doctrinę proxima uident: hanc aūt ex Babilone profectā: & Berosi illius qui Chaldaicā scripsit historiā filiā fuisse asseuerant:quę dū in quandā partē Campanię cōcessisset:ibi in urbe cui nomen Cumis oracula cecinit: quę sex passuū milibus distat a Baiis: quo in loco calidę balneę frequentant: uidimus ipsi cū in urbe fuissemus locū ubi maxima cōstructa erat basilica,ex uno lapide perpolita: opus qdē maximū , & omni dignū admiratione,illic ea oracula fuisse affirmant,qui hęc a maioribus suis ueluti patria susceperūt: ostendebant aūt nobis in medio basilice uasa tria/ex eodē lapide fabrefacta/qbus aqua repletis lauaret: & accepta stola in penitissimā eiusdē basilicę partē eodē perpolito lapide ędificatā procederet: cuius in meditullio Tribunal altū thronūq; cōscenderet, & inde redderet oracula: huius aūt Sybillę uelut fatidicę: cū multi alii, tū Plato meminit in phedro: qui mihi uidet cū in huius incidissent oracula fatidicos diuinos extimasse: quippe qui ea uiderit opere impleta: quę ipse longe antea prędixisset: quapropter in dialogo qui Memnon inscribit: admiratus oraculorum cātores his uerbis eos laudauit: ita enim scripsit: recte itaq; eos, quos fatidicos nunc dicimus, diuinos uocauerimus: neq; enim hos frustra diuinos

appellamus/& diuinarẽ inspiratos/& deo possessos/cũ & magna & multa uere pronunciant, ignari eo℞ quę proferũt:clare manifesteq; ad Sybillę respexit oracula; neq; enim illa ueluti poetę faciunt:castigandi & poliẽdi quę scripsisset potestatẽ habuit/ Metricę diligentię debitã: sed afflictionis tẽpore quę ad prędictionem spectabant edebat; qua cessante eo℞ pariter memoria cessabat: & hoc fuit in causa ut Sybillino℞ uersuũ mẽsura custodita nõ fuerit: ipsi enim dũ Cumis essemus id ipsum didicimus ab his qui hęc enarrauerant, qui ostenderũt ubi oracula cecinisset & lenticulã pariter ex ęre fabrefactã, ubi reliquię illius adseruarent: inter alia uero plurima hęc rettulerunt q͂ a maioribus audiuerant eos qui oracula excipiebant; plurimũ ineruditos a metri ratione multis in locis exorbitasse: hancq; assignant causam: cur multi illius uersus mensura debita careãt: eũ uidelicet q͂ ipso afflatu destituta nõ recordaret: Sybilla quę prius effuderat: tũ q͂ notarii ob inscitiã ruditatẽq; a metri ratione exciderẽt: ea ꝑpter Platonẽ Sybillę oracula cõtemplatũ de fatidicis illud pretulisse cõstat: cũ & magna, & multa prenũciant eo℞ quę loquũtur nihil gnari: utrũ enimuero uiri gentiles/quoniã non in poeticis mẽsuris res uerę pietatis cõsistit, neq; in ea quę a uobis ꝓbat eruditione, posthabentes & orationis & metri diligentiã, eis quę protulit sine cõtentione adherentes cognoscite: q͂ uobis causa bono℞ extiterit/cũ manifeste & lucide saluatoris nostri Iesu Christi aduentũ ꝑdicauerit, qui cũ dei uerbũ in circũscriptũ esset potestate, assumpsit hominẽ scd͂m imaginẽ dei & similitudinẽ formatũ, & antiquo℞ patrũ nobis religionẽ sugessit: quã cũ ii qui ab illis ꝓpagati sunt reliquissent, insidiosi demonis doctrina decepti ad eo℞ qui dii nõ sunt cultũ declinauerũt: si quis uero pauor ꝑturbat ut fidei de hominis affirmatione nõ auscultetis, iis assentiamini quibus adhuc existimatis adherendũ esse cognoscite tandẽ, q͂ apud uos est oraculũ dignũ cuidã existimatum q͂ pro hymno dei omnipotentis haberetur cuius in medio

ita positũ est: quem primũ finxit hominẽ uocitauit Adamũ: & hunc ipsum hymnũ apud plerosq; scimus extare, q nobis cogniti sunt: ab eorũ redargutione quę ueritati, cui omnes testimoniũ perhibent nolũt accedere: Itaq; gentiles uiri in mendacẽ falsorũ deorũ fantasiã saluti uestrę preponendã putatis, assentimini ut dixi uetustę isti, antiquissimęq; Sybillę: cuius uolumina toto terrarũ orbe adseruata cõtingit: quę superne afflati oraculis uos erudiet quod q dicunt dii nõ sunt: de saluatoris nostri Iesu Christi futuro aduentu, & de his omnib9 quę facturus is est/manifeste prenũciat: quorũ notitia uobis necessaria quędã prȩexercitatio futura est ad sacrorũ prophetias uirorũ: Siquidẽ Magi se nõ operari solũ, sed & prȩnoscere futura profitent, ex eorũ scilicet sodalitate a qua & cętera didicerũt, quando nil ob aliud q̃ ut prȩnouerint eã colunt, Magię speciẽ, quę de syderalibus cõfigurationibus plurimũ pendet a quibus etiã futurorũ notas hauriri non negant: sed nunc operationes eorũ disquirendę in uniuersum, disiiciendęq; sunt, iã pactũ se iniisse cũ demone/quis põt secur9 recordari? nõne id ille fecit, ut dissipet, ut mactet, ut perdat, ut a deo bonorũ omniũ auctore semoueat: a quo ille ab initio recessit in semet reuolutus sibi diuinos honores quęrens, postq̃ rebellauit proprio amore deceptus, & ad caliginosum hoc aera, infernasq; sedes destinatus: qua de re uir ille peritissimus ita cecinit/ in hymno de angelorũ creatione ptractans: quorũ perpetuã pars colluctata ruinam: Nacta Chaos Terrum cœlo delapsa petiuit: Et soliũ cupiens sibi met placitura rebellis: Tartareę claustrum subit inremeabile sedis: an forte illi adhęretis magis ut minime noceat/& in inferno mitius tractemini/quo ex prauis animi affectibus eundẽ uobis omnino sit: hoc Esaię prophetę uerbis irrideri aduertamus: dixistis inquit, percussimus fœdus cũ morte & cũ inferno fecimus pactũ: Sed quã ob causam rogo colit demon stolida isthęc, & amens turba ut scientiã norint, ut honorent inquies, & admirationi sint, quatientes elementa, scientes

conitrus, sanitatem pollicentes, morbos cõminantes, afflantes amorẽ, ipsum illũ obfrenantes & pellicentes in odiũ maritales thalamos/& ligantes/& dissoluentes, nõ parua hęc: sed tu ne id facis archanę Magię sacer antistes, an malignus demon officio tuo in capiundis aliis abutitur, nõ secus, anceps q ut facilius tendere auibus insidias queat, alias eiusdẽ generis ob retia, & laqueos occulte illigat, ut quę solutę sunt illarũ uocibus citatę ad pabulũ cõuictũq irrehetiantur descendentes: sed qua pace conscientię te rogo id facis? an semper crucians/& non datur requies animę: Sane Esaias monet: Cor impii quasi mare feruens, non posse quiescere, agnosti unq̃ uel de longinquo quę sit illa dulcedo, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa: & decantatũ illud in fœminę laudẽ: Magicas inuitã accingã insignier artes, quas tu sciens, & uoluens, sed & cupientissimus amplecteris ad mercedem redi uesanę Magię, & pudeat te famulari ei cõtra quẽ iure tibi bellũ indictũ est: agnosce naturę tuę dignitatẽ, dedignare te eius seruũ fecisse cui esses imperaturus, si a deo tuo nõ recederes, pigeat proh dolor idolatrię crimine culpare, doleat desertorem eius fidei censeri, cuius sacramento baptismatis adactus spopondisti perpetuũ te militẽ fore, te doleat tibi pœnas parari sempiternas: ex Circes uerbis/hostiis/caracteribus/lucernis/peluibus/securibus/& mille aliis sortilegis uanitatibus/& superstitiosis insaniis, quibus quasi manicis, cõpedibusq deuinctus ad perpetuã seruitutem ad ęterna mancipatis incendia: recole damnatã semper scelestã hanc Magiã, umbrarũq cõsortia, nec sacris modo litteris christianis, sed & gentibus ipsis plurifariã explosa, adeo ut Annęus Lucanus de Sexto Pompei filio uerba faciens, artes nõnullas alias alioquin illicitas, & superstitionibus plenas minime incessat solã detestat Magiã, quã ille scilicet auiditate quadam, & rabie coluerit: scribit & Seruius interpres Virgilii, Romanos cũ multa sacra susciperent, Magicã semper dãnasse: & Augustinus noster docet/ sectã omnẽ Magię pœnis

ita positũ est: quem primũ finxit hominẽ uocitauit Adamũ: & hunc ipsum hymnũ apud plerosq; scimus extare, q nobis cogniti sunt: ab eoꝝ redargutione quę ueritati, cui omnes testimoniũ perhibent nolũt accedere: Itaq; gentiles uiri in mendacẽ falsoꝝ deoꝝ fantasiã saluti uestrę preponendã putatis, assentimini ut dixi uetustę isti, antiquissimęq; Sybillę: cuius uolumina toto terrarũ orbe adseruata cõtingit: quę superne afflati oraculis uos erudiet ꝙ q dicunt̃ dii nõ sunt: de saluatoris nostri Iesu Christi futuro aduentu, & de his omnib9 quę facturus is est/manifeste prenũciat: quoꝝ notitia uobis necessaria quędã preexercitatio futura est ad sacroꝝ prophetias uiroꝝ: Siquidẽ Magi se nõ operari solũ, sed & prenoscere futura profitent̃, ex eoꝝ scilicet sodalitate a qua & cętera didicerũt, quando nil ob aliud q̃ ut prenouerint eã colunt, Magię speciẽ, quę de syderalibus cõfigurationibus plurimũ pendet a quibus etiã futuroꝝ notas hauriri non negant: sed nunc operationes eoꝝ disquirendę in uniuersum, disiiciendęq; sunt, iã pactũ se iniisse cũ demone/quis põt secur9 recordari? nõne id ille fecit, ut dissipet, ut mactet, ut perdat, ut a deo bonoꝝ omniũ auctore semoueat: a quo ille ab initio recessit in semet reuolutus sibi diuinos honores quęrens, postq̃ rebellauit proprio amore deceptus, & ad caliginosum hoc aera, infernasq; sedes destinatus: qua de re uir ille peritissimus ita cecinit/ in hymno de angeloꝝ creatione ptractans: quoꝝ perpetuã pars colluctata ruinam: Nacta Chaos Tetrum cœlo delapsa petiuit: Et soliũ cupiens sibi met placitura rebellis: Tartareę claustrum subit inremeabile sedis: an forte illi adhęretis magis ut minime noceat/& in inferno mitius tractemini/quo ex prauis animi affectibus eundẽ uobis omnino sit: hoc Esaię prophetę uerbis irrideri aduertamus: dixistis inquit, percussimus fœdus cũ morte & cũ inferno fecimus pactũ: Sed quã ob causam rogo colit demon stolida isthęc, & amens turba ut scientiã norint, ut honorent̃ inquies, & admirationi sint, quatientes elementa, scientes

conitrus, sanitatem pollicentes, morbos cõminantes, afflantes amorẽ, ipsum illũ obfrenantes & pellicentes in odiũ maritales thalamos/& ligantes/& dissoluentes, nõ parua hęc: sed tu ne id facis archanę Magię sacer antistes, an malignus demon officio tuo in capiundis aliis abutitᶜ, nõ secus, anceps q ut facilius tendere auibus insidias queat, alias eiusdẽ generis ob retia, & laqueos occulte illigat, ut quę solutę sunt illarũ uocibus citatę ad pabulũ cõuictũq; irrehetiantᶜ descendentes: sed qua pace conscientię te rogo id facisᶜ an semper crucians/& non datᶜ requies animę: Sane Esaias monet: Cor impii quasi mare feruens, non posse quiescere, agnosti unq̃ uel de longinquo quę sit illa dulcedo, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa: & decantatũ illud in fœminę laudẽ: Magicas inuitã accingã insignier artes, quas tu sciens, & uoluens, sed & cupientissimus amplecteris ad mercedem redi uesanę Magię, & pudeat te famulari ei cõtra quẽ iure tibi bellũ indictũ est: agnosce naturę tuę dignitatẽ, dedignare te eius seruũ fecisse cui esses imperaturus, si a deo tuo nõ recederes, pigeat proh dolor idolatrię crimine culpare, doleat desertorem eius fidei censeri, cuius sacramento baptismatis adactus spopondisti perpetuũ te militẽ fore, te doleat tibi pœnas parari sempiternas: ex Circes uerbis/hostiis/caracteribus/lucernis/peluibus/securibus/& mille aliis sortilegis uanitatibus/& superstitiosis insaniis, quibus quasi manicis, cõpedibusq; deuinctus ad perpetuã seruitutem ad ęterna mancipatis incendia: recole damnatã semper scelestã hanc Magiã, umbrarũq; cõsortia, nec sacris modo litteris christianis, sed & gentibus ipsis plurifariã explosã, adeo ut Annęus Lucanus de Sexto Pompei filio uerba faciens, artes nõnullas alias alioquin illicitas, & superstitionibus plenas minime iceссat solã detestat Magiã, quã ille scilicet auiditate quadam, & rabie coluerit: scribit & Seruius interpres Virgilii, Romanos cũ multa sacra susciperent, Magicã semper dãnasse: & Augustinus noster docet/ sectã omnẽ Magię pœnis

decreuisse:ut in libris de ciuitate dei uideri licet: & i tertio quoq; de Trinitate, Magiã a cælestis spiritibus profectã esse mõstrat qui occultis seminibus adhibitis miranda quæpiã effecere (per mittente deo) Si quis uero putauerit ex antiquissimis illis, qui philosophi nũcupant, se se de deo quippiã didicisse Acmonem & Hermetẽ audiat: illũ qdẽ in suis elucubrationib9 deũ omni no absconditũ appellantẽ: Hermetem uero plane, ac manifeste pronunciantẽ: deũ intelligere arduũ esse eloqui uero illi etiam q intellexerit omnino impossibile/undecũq; igit scire nos decet fieri nõ posse, ut ab aliis q̃ a solis prophetis, qui nos diuina inspiratione erudiunt: uel deũ/uel diuinã religionẽ perdiscamus: at uero rerũ omniũ deus max. ut Theoderitus meminit, nec in strumentis, nec materia ulla indiget: sed q aliis artificibus sunt & materia & instrumenta, tempusq; preterea & cõficiendi opera ipsaq; ars & exactissima diligentia: hoc est ipsi deo sola unitaq; uoluntas: omnia enim quæcũq; uoluit dñs fecit in cœlo & in terra, in mari quoq; ipso, & in omnibus abissis, sicut sacre nobis scripturę testant: neq; tñ quotcũq; poterat, totidẽ creare uoluit: sed ea dũtaxat quę satis esse sua sapientia cõprobauit: facile enim illi fuerat decies ac uicies mille orbes pducere: quandoq dem ipsum uelle, multo omniũ operũ est facillimũ: nobis item accidit, ut ipsum uelle facillimũ multo sit: at nõ illico facultas efficiundi q uelis, humanã sequit uoluntatẽ: at opifex uniuersorũ deus quę uult omnia simul eadẽ põt diuinę siquidẽ uoluntati & facultas adiuncta est: neq; tñ rerũ creationẽ, mundiq; fabricã inmensa illa sua potestate cõmensus est: sed quęcunq; uoluit ea cõfecit: quoniã uero earũ rerũ, quas ipse protulit alię qdẽ sensibus sunt obnoxię, alię aũt solo intellectui percipiunt: sunt rursus alię in terris agentes, alię uero super cœlestes necessario & animalia quidẽ fecit, alia sensibilia, alia intellectiua, ac intellectibus quidẽ aerẽ cœlũq; addixit: sensibilibus aũt mare, ac terram incolẽdã dedit: Cumq; nõnulli eorũ spirituũ qui intellectu

ſolo percipiunẽ in malitiã inclinaſſent iure optimo e regionib9 cœli depulſi ſunt, aereq̃ ac terrã ubi cõmorentur in ſortem accẽ perunt: nõ ut ibi ea perficiant quę cõtra homines doloſe agrediuntur (hęc enim prohibenẽ angelorũ cuſtodia) ſed ut ex hmõi locorũ mutatione cõdiſcant: quę & quanta ſupplitia ſuis auctoribus prauitas ipſa cõciliet: quia uero animantia illa, quę ſenſibilia ſunt/in ſpẽs duas diſtribuit: horũq̃ alia quidẽ fecit rõe ꝑdita: alia uero rõnis expertia, q̃ rõe ſunt caſſa rõnabilibus ſubdita eẽ uoluit: nõnulla tñ ipſorũ tyrannice reluctantur, atq̃ in ſuũ principem ſeditioſe cõſurgunt, doloſq̃ intendunt; nec immerito qñ quando & ipſi homines; quibus in eas animantes imperiũ eſt traditũ: idẽ peccare cernunẽ, ac tam et ſi rationis munere honeſtati: nihilo tñ ſecius tanq̃ ſint illius expertes, cõtra ſuũ auctorẽ rabide debaccanẽ. Iccirco factũ eſt ut & ipſi rebelli animantiũ ſeditionẽ impetanẽ: ita edocendi ex iis quę perferunt q̃ malum q̃ miſerũ ſit pręterire ordinẽ, ſemelq̃ pręſtitutos fines impudenter tranſcendere ac uidere quidẽ eſt inania elementa, egregie fines ſuos tueri: mare ſiquidẽ ipſum q̃ turbinibus agitatũ, inuerſumq̃ uiolenter ad terrã propellatẽ: harenę tñ obices ac repagula ſubuereretur: neq̃ pręfixos terminos tranſilire audet: ſic enim equus ad curſum incitatus freno reprimitur, & cohercetur: ita & mare cũ dei legẽ nullis quidẽ in tabulis ſcriptã; ſed in ſe ipſo littore poſitã cõtemplatur: nõ ſecus pedem refert, ac ſi habenis quibuſdã cohibeatẽ; pari quoq̃ modo & flumina eũ ſui curſus tenorem ſeruant, quem tueri ab initio iuſſa ſunt: ita & fontes ſcaturiunt, & putei humanis uſibus aquas ſufficiunt: quattuor item anni ſtationes cõmoda ſucceſſione ſe ſe excipiunt: ac ſeruata inter ſe temporis ęqualitate q̃ nimiũ fit/appetũt hanc eandẽ leges dies ac noctes indeſinenter obſeruant: neq̃ cũ protenduntur ſuperbe ſe efferunt: neq̃ cũ cõtrahunẽ iniquo animo ferunt: ſed alterius uicibus tempora mutando: rurſus cum ratio ipſa exigit ſine ulla diſceptatiõe debitũ ſoluũt: neq̃ inuicẽ reluctan-

tur: sed quietissime accipiunt redduntq: illud preterea opificis dei sapientiã plane, potentiãq ostenditq neq ipsa tellus: quãq per tot annoꝝ milia aratris terga scindant/feratur/cōferaturq: quãq & fructibus alimenta sufficiat, cōculcetur, effodiatur, ra diatur, himbribus, niuibusq subsidat, atq ardoribus atteratur ullam sui diminutionē perpessa est, minoresue agricolis foetus aut pauciores educit: neq ipsum mare, quãq inde nubes uim aquarũ incessanter exhauriant: himbresq pariant, terrisq dif fundant inminutũ olim exhaustũue esse cernitur, nō ab iis de niq littoribus recessisse, quę olim fluctibus suis obduxit: sed neq rursus auctũ exuberat, tã et si plurimos undecũq fluuios illabentes accipiat: neq uero nunc differendũ puto unde iugis fluuioꝝ copia deuoluatur, ineffabilis enim mihi penitusq ab strusa hęc quoq ratio est: quo aũt pacto sol aptus natus sit hu midam aquę uim cōminuere/pronũ est cunctis uolentibus edo ceri: Estuaria enim paludesq exsiccat, aquarũ pręterea collectio nes, ac stagna cōsumit: corpora quoq hominũ sicciora efficit: quin etiã fluuios uidemus decrescendo subduci: cum sol relictis australibus locis ad boreales tractus concedit, estatemq nobis efficit: eamq ob rem Nylum aiunt nō eodem tempore quo cę teri solent fluuii extra alueum inundare: sed media estate aquis exuberantibus Egyptũ perfundere: sole tunc ad borealem circu lum accedente, ac cęteris quidē fluuiis radiis ardentioribus in cumbante: ab ipso aũt Nylo magnis sane spatiis abscedente, si uero & alias Nyliaci incrementi causas quidē esse cōtendunt: ego tamē hoc tempore materiã hanc cōuenire mihi nō arbitror quippe qui alios cohorter, ne causas diuinę gubernationis curi ōsius indagent: sed admirenť potius ea quę facta sunt: ipsumq opificem hymnis laudando cōcelebrent: Ego itaq uehementer admiror naturã aeris incōsumptã persistere cum tñ tot numero homines/ totq animalia numero expertia illũ spirando & attra hãt, & remittãt, solisq adeo ferueńtes radii penetrando trahiciãt

pręterq̃ solem ac lunã id ipsum quoq; stellę efficiant: Sed enim undiq; mundũ intuenti miraculũ miraculo superaddit: parum uero abest ne confidenter dicã miraculũ, hoc loco pro miraculo habendum nõ esse: cũ sit enim mundi opifex deus omnipotens quęcunq; ab eo fiant: decet admirari q̃ minime: sed auctorem pfecto decet laudare q̃ maxime: Sunt enim quę fieri cõueniant factu illi per q̃ facilia, inseruit aũt & rebus omnibus quas creauit sufficientem ad id temporis facultatem, quo esse illas ac perducere decreuit: Ex quo factum est ut tellus hodieq; ita permaneat, sicut ab initio facta fuit: neq; item mare augescat, neq; decrescat, neq; aer quã ab initio naturam sortitus est inuiolatã cõseruet: neq; sol firmissimũ illud cœlum per quod assidue currit eliquare possit, neq; dissoluere: sed neq; ipsum firmamentum, tam et si humida sit natura flagrantem solem extinguat: singulę enim res q; ab initio munus sortitę sunt, illud perpetuo conseruarũt, cõtrarias siquidẽ sicci atq; humidi qualitates, rursusq; calidi & frigidi in amicitiã fędusq; cõposuit rerum opifex, quotiescunq; igit̃ omnia hęc uidemus, quoties solem modo ad boreales tractus, modo ad australes, modo ad ęquatas cœli partes excurrere: quoties & lunã modo auctã lumine, modo imminutam: nec minus & stellas certis orientis temporibus & occidentis: messis pręterea & sementis tempus significantes: tũ & uautis ostendentes hiemẽ, ac tranquillitatem: ne quęso amici homines hęc ipsa nobis deos faciamus: sed hoꝝ potius auctorem opificem, gubernatoremq; laudemus, ac per ea quę tuentur oculis pergamus ad eum qui uideri nõ potest: ad hoc autem uobis nõ est opus peregrinatione sed fide, per hanc enim solã uidere illũ nobis licebit: Cum itaq; stationes animi uidebimus suis quanq; pertransire temporibus terrę pluuiam dispensare, cum terram germinare, cum uirentibus herbis obduci: nudare segetes, prata floribus reuirescere, comare siluas, ramos arboꝝ fructibus pgrauari: linguam moueamus in eius laudem qui hęc terrę dona cũ

tribuit: ne uero montium nymphas, ne ue fontium, ac fluuiorum; neue filias Nerei referamus in deos, ne cantemus Iulum Cereri: ne ue ipsi Rheę Lytiersan, ne Baccho Dythirambũ: ne Peana Pythio Apollini: ne ue Dianę cõcinnamus Hypecum: sed rerũ omnium conditori: Deo hymnos Dauidicos proferamus cũq; eo pariter exclamemus: q̃ magnifica sunt opera tua dñe omnia in sapientia fecisti: quotiescunq; canoras aues audiemus uarios cantus emodulari, citadasq; tremulos euibrare cõcentus, musis syrenibusq; dimissis sapientissimũ deũ/eundemq; potentissimũ adoremus/qui & eiusmodi auiculis tantã tribuit musicę harmoniam: & humanũ genus undecunq; nutrit/fouet/ac mulcet: nostra igitur quęso, cũ philosophorũ opinionibus cõparare rectaq; ac diligenti ratione subducta quęso inspicite, quæ nã ex allatis opinionibus deo magis congruere uidentur: mundum ne hunc uidelicet genitum non fuisse, casu ue fortuitu sic constitutum, ex athomisq; & uacuo esse compositum: an a deo quidem aucto re: sed prestituta ex materia factum esse: an uero impium est deo hęc cuncta tribui: illud autem recte/ac uere dicitur esse rerũ omniũ auctorem deum: qui nequaq̃/ꝗ cęteri faciunt artifices, ex iam comparata materia omnia hęc effecerit: sed quę prius nõ erant in ipsum esse protulerit: uolueritq; non antea existentibus rebus prebere, ut quandoq; essent, facile enim deo & ex his quę nondũ sunt excudere aliquid ac proferre: hoc enim & ab initio olim fecit, & singulis, ut ita dicam, diebus facere cernitur, nam ex prestitutis, comparatisq; iam corporibus, animaliũ corpora effingit, & ex iis quę non sunt ipsas animas creat, non cunctarum quidem animas animantiũ, sed humanas dũtaxat, gignit autem ex uolucribus uolucres: nantiaq; ex nantibus singulasq; animantium species, de homogeneis parit: ita & terræ fœtus de iam satis, consitisq; plantariis ad humanos usus depromit olim nec arata tellus, ne seminibus ullis asperfa, plantarũ seminũq; ideam quasi Archetypum quoddã exemplum germinando pro

duxit, reptiliumq; & quadrupedum genera procreauit: ipsa insuper humentium aquarum uis sicuti iussa fuit& aquatiles pro tulit animantes, & quæ natę sunt uolatu aerem permeare: cęte rum neq; terram ipsam: neq; cœlum neq; aerem, neq; aquarum naturam, neq; ignem: item nec lucem, ulla prius cōparata ma teria iussu dei produxit: sed ea omnia ipse opifex deus cum nul la essent antea procreauit, idemq; qui ceu consueuit cōpegitq; capacissimam mundi huius phaselum: idem eandem q̄ sapientissime condidit, assidue nunc gubernat, & dirigit, hęc autem non ipsi modo Apostoli, & Euangelistę nos docuerunt: sed ipsi quoq; Prophetę prophetarumq; eximius, qui mundi geniturā Moses conscripsit, prioresq; a deo his omnibus docuerunt: & Abraam, & Melchisedech: & uniuersus Patriarcharum chorus horum enim quilibet, non multos quidem: sed unum mundi auctorē theologice prodidit: id q; & uobis per q̄ facile erit ediscere si modo in diuinę scripturę libros incidatis: proposita itaq; comparatione perdocti: quid humanis philosophorum discur sibus sacrarum litterarū prestent documenta, fugite iam amici homines quęso: ueritatem adamate sole ipso splendidiorem, ut huius claritate perducti, & diuinę scripturę sensum perspiciatis & illius magistros doctoresq; demirati, ut apostolicis utar uerbis in faciem procidatis: deumq; adoretis, & fateamini deum uere in nobis esse.

Finis libri sexti.

P RISCORVM monumentis accepimus plerosq; disertissimos forensium causarũ patronos, non quidem frequentibus comitiis, non multo senatu, nec pleno foro, sed unius aliquando excelsi uiri presentia cõmotos sic expalluisse ut & attoniti & quasi elingues redderentur: magne apud grecos auctoritatis Demosthenes qui primas dicendi partes sine cõtrouersia obtinuit, Phocionem ciuem suum Athenienſem nõ tam eloquentia q̃ morũ grauitate celebrem ita metuebat ac uenerabatur, ut cum in senatum oraturus accederet, coram eo eloqui pertimesceret, submissa ad amicos uoce: hic est nouacula, seu gladius tonsorius uerborum meorum: Curio pater pro Seruii Neuii magna & graui causa Ciceroni responsurus eius presentia & auctoritate, quasi ticinię uenenis, ereptam sibi omnem dicendorum memoriam palam est attestatus: Lucius Crassus romana facundia disertissimus adeo, Quintum Sceuolam socerũ ueneratus est, ut cum ad petendum consulatum circum forum supplex ire cogeretur, nunq̃ adduci potuit, ut presente Sceuola grauissimo & seuerissimo uiro faceret: eum timorem nõ uestis senatoria, aut candida toga, sed Sceuolæ prestantia Lucio inferebat: idem Lucius Crassus paternam ulturus iniuriam: cũ apud Quintum maximum aduersus Gneum Carbonẽ causam acturus foret, sic eius presentia turbatus est, ut totam causam oblitus perhibeatur: Gneus Sicinius pro Seruio Neuio apud pretorem Romanum uirum clarissimum dicturus idem passus affirmatur: omitto q̄ .M. Ciceronem in causa Miloniana illa tanta dicendi felicitas omnino destituit: pretereo q̄ Demosthenes apud Philippum Macedonum regem orationem habiturus sic expauit, & animo cõmotus est/ut paucis admodũ uerbis expressis obmutuisse feratur: q̄ Theophrastus philosophus eloquentissim9 apud Alexandrũ regẽ uerba factur9 maxima uerecundia suffusus nihil effari potuerit q̄ si tales & tã summi orato

res unius uiri pręsentia commoti defecerũt, nemini mirum ui/ deri debet: si mihi de rebus diuinis uerba faciẽti, id euenire acci derit: ideo diuinũ ꝓcul dubio auxiliũ in primis est requirendũ tuam ergo o Virgo incorruptam opem imploro: dicturo mihi fa ueas uelim: de gratia enim disputaturus sum, per quam tu ma/ ter dei electa & Cœloꝝ regina cõstituta es: tuũ ergo est condito rem mundi, & principem mihi ꝓpitiũ facere, qui cuncta regit & moderatur quicq; scientiaꝝ, ac eloquentię iustus es dispensa tor: liceat aũt mihi his uerbis te suppliciter affari quibus Gabri el Archangelus te olim affatus est inquiens: Aue; semper mihi uisum fuit, nihil difficilius eẽ hominibus; q̃ de sempiternis: atq; incorporeis rebus bene iudicare, at postq̃ iudicauerint in sentẽ tia persistere: cum enim omnis nostra intelligentia proficiscatur a sensu, oporteatq; primum illo percipere, deinde intellectu di scernere fit ut dum sensus corporeas super naturas effusus his uehementer oblectaẽ ab eis minime diuelli possit: proinde & in tellectus qui huic semper coniunctus est: nec quicq̃ absq; eo age re potest reuocari nequit a sensibus: & in eternas absolutasq; sub stãtias se reicere: hinc nõ modo uulgus, sed & philosophoꝝ mul ti nihil pręter corpora existere sunt arbitrati: ea propter nõ satis est, ęui ęternas, simplicesq; res esse certa & euidenti rõe demon strare, sed cohortari etiam sępe numero, ac persuadere opus est, ut in suscepta eaꝝ reꝝ fide, ac disciplina firmiter persistant: Cũ igitur diuina gratia ex simplicium, & abstractaꝝ reꝝ genere exi stat, non ab re Paulus nos hortatur, ne in uacuum ꝗ scilicet fa cile fit eam accipiamus de qua dicturus omnem meam de ipsa sententiã, duabus tantũ partibus absoluam: primum nãq; gra tię oportunitatem, naturãq; explicabo: secundo ostẽdam quo nã modo ipsam animo nr̃o adesse certi esse possumus Omnis res q̃ a Deo opt. procreatẽ innata sibi uirtute ꝗ in sua natura optimũ est adipiscitur: est enim in cunctis rebus cõditis spectare primo naturã, deide uirtutẽ/postremo actionẽ, qua fine in quẽ destina

tę sunt conseruntur: natura siquidem cõstat, uirtute agũt: actiões perficiuntur: uerum homini finis quidam pręscriptus est, quẽ nulla suę substãtię facultate potest obtinere: is sane inmẽsum illud bonum est ꝙ nunc omnes cuiusq; intelligentię fœlicitatem ponunt: ꝙq; tantum nostra mẽte nec intelligimus, nec appetimus: quis enim unq̃ eorum qui naturam ꝑscrutati sunt excogitauit infinitam Dei Maximi substantiã, ita per se illabi animæ nostrę ut apertã & dilucidã tũ sui ipsi⁹ tũ cęterarũ rerũ cognitione ꝓstaret: ꝙ si in nullius mẽtem tanta res uenit, qs nesciat neminẽ eam fœlicitatem affectasse quam nũq̃ agnouerit: ad illam sed enim promerendam non sufficit cuiusq; nostrę uirtutis operatio: nõ corpore: nõ animo: nõ acutissimo sensu/non optimo & splẽdidissimo ingenio: nõ cũctis deniq; uiribus nostris minimũ etiam eius gradũ adipisci ualemus: omnis enim actio ea demũ re digna esse põt quæ nõ maior sit atq; pręstantior uirtute a qua ꝓgreditur: sed excellẽtissima illa diuinitas creatas lõge lateq; intelligentias excedit: non ergo mens humana dignę suis potest functionibus beatitudinem comparare: qua de re eminentiore quadam forma animam nostram perfici opus fuit: quæ altius illi/& sublimius, esse pręberet diuinum plane: & humana natura superius: hęc sane gratia est: quæ charum Deo hominem efficit: & per suas actiones beatam uitam promerentem: nequit certę ferrum cum frigidioris sit naturę colorem parere: sed cum feruet: extraneamq; in se ignis qualitatem suscipit, proxima res caliditate agit, id sibi quidem per nouam speciem licet: ita plane operationes nostræ robustiores redduntur per diuinum illud munus nobis a Deo optimo tributum, excellentioriq; bono aptę promerendo fiunt nos igitur de huiuscę formæ natura aliquid dicamus: Sunt qui putent gratiam a charitate minime differre ea pręsertim ratione persuasi ꝙ ędem penitus utriusq; sint actiones: se cernunt ambę filios regni a filiis perditionis cęterasq; exornant uirtutes, ac formæ in

ftar perficiunt, quo certe in genere nullo omnino actu integre exacteq; redduntur: coniungunt deniq; mentẽ supremo rerum omnium fini ꝙ si eadem prorsus cõmoda humano generi afferunt, sintq; res suapte natura discretę nimirũ earum altera homini superfluo atq; ociose esset tributa: uerũ alii longe subtilius mea sententia hanc rẽ decernentes formas istas distraxere: hanc enim in anima statuunt illam in parte animę hanc adesse illam ad actionem referunt: aliud enim primũ cuiusq; rei factę principium esse debet aliud proximũ funtionis efficiens id quidem in cunctis eius generis rebus non difficile est recognoscere, elementa enim uirtute ab ipsis discreta agunt, patiunturq; stirpes uegetantur, animalia sentiunt: homines atq; angeli intelligunt: cum igitur gratia diuina menti in animam nostram delabatur atq; adeo suę bonitatis participem faciat, ut possit merito felicitatem sibi parare: cõsequens fuit ut postq̃ nouũ illud & propriã super naturã existens esse obtinuisset res alia daretur, qua iam cœlestia effecta & longe a suo genere distans plusq̃ humanas actiones produceret: quę res cum nõ aliud q̃ charitas esse possit constat gratiam a charitate penitus disiungi, que uero eandem ambas rem facientes pro sua inducunt sententia, non multum nerui mihi habere uidentur: nam hęc & actione: & officio & ordine plurimum inter se pugnare cõstat: proprius siquidem gratię actus est dilectum deo hominem reddere: charitatis uero cõcitare animum ad ingentem dei amorem: non idem quoq; utriusq; officium est: nam gratia semper prębet animę munus ꝙ ei largitur: siue per somnum: siue per uigiliam q̃ diu homo gratia pręstat, tam diu non modo carus deo, sed etiam carissimus existet: charitate uero non semper in actum diuinę propellimur beniuolentię: qui enim dormitat qui terrena uersat animo qui priuatis publicisq; negociis distrahitur: non iam tum diuino fruitur amore: gratia sane filios regni a filiis perditionis primum separat: charitas uero quæ illi semp comes est, dũ eã certo signo esse

demōſtrat poſteriore loco qui filii regni ſint:qui perditionis de-
clarat reliquas quoq; uirtutes nō ſimiliter exornat: gratia enim
diuino quodam eſſe eas claras pręſtanteſq; redit:charitas autem
candidas, feruidaſq; earum efficit actiones:diuerſo quoq; modo
in Deum opt. reducūt:nam gratia nos illi diuina quadam ſimi-
litudine coniungit:ſed in ipſum charitas ueluti in ſummum bo-
num appetitionem noſtram trahit:hinc conſtat neutram earū
inanem eſſe quandoquidem, multę ac uarię ex eis utilitates hu-
manę uitę prouentiunt:nec enim gratia ſine charitate quicq̄ age-
ret nec rurſus charitas ſine gratia perſuaſas poſſet functiones
beatitudinem promereri:uide ergo q̄ magno abinuicem diſcri-
mine hęc formę diuidantur, quæ ut diximus actione officioq;
atq; ordine tanto interuallo diſiunctę ſint proinde hęc ita ſe ha
bere pręclara illa Pauli ſententia confirmat quæ ait charitatem
dei diffuſam in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui da-
tus eſt nobis:ſi enim charitas uoluntati preſens efficitur ſpiritu
ſancto nobis dato eā āgēte itelligeř oportet ſpiritū ſāctū prius
nobis dari:charitatē uero p ipſū poſteri9 adeſſe:is uero ad nos p
perat abſq; dono:anteq̄ igiť nos charitate p̄ſtātes efficiat p diui-
nū aliqđ mun9 in aiam deſcēdat neceſſe ē:qđ uero illud ſit p̄ter
gratiā q̄ omniū uirtutū radix ē:& ornamentū nō ſane intelligo:
grām ergo natura pri9 charitate mēti nrę accedeř atq; ita diuerſā
ab ea rē eſſe p̄ſpicuū ē:hinc grām charitatē p̄uenire teſtis eſt Au
guſtinus in eo libro q de ſāctoꝝ p̄deſtinatiōe inſcribiť:huic quo
q; ſnię Dioniſi9 aſtipulať i libro quē de cœleſti therarchia ſcri-
bit:ait.n.nō poſſe quēpiā ſpirituales efficeř operatiōes niſi prius
ſpirituale eē ſit aſſecutus:optimus ita deus primū magna lucis
copia quā affert gr̄a animū ſplēdidū:& illuſtrē facit deinde uolū
tatē ardēti charitatis igne inflāmat:cōfluūt poſtremo certatim
& quaſi facto agmine uirtutes cūctę q̄ ex luce illa decus & ſpe-
ciměe ex igne uero impetū & feruorē ſuſcipiūt O ſi mens ita ſpe
ctare ingētem illam animi pulchritudinē poſſet quemadmodū

oculis ipſis formam & elegantiam corporis cernimus tanto pro
ſecto illius concitaremur amore, ꝙ omnes ut par eſſet animi &
corporis uires pro illa & adipiſcenda & ſeruāda expenderemus
ſed procul abeſt a ſenſibus: & nos pecudum inſtar uoluptariam
uitam delegentes ea tantummodo conſectamur, quæ oculis ui
demus: quicquid enim uoluptatem opes potentiam honores nō
pręſtet tanq̄ futile & inane pedibus conculcandum putamus ex
his ſiquidem tantū homines beatos ac diuinos fieri ducimus:
quæ tanta miſeros dementa cœpit: his bonis fælicitatem tribue
re quoꝝ domina ſit fortuna quæ faciliter ab inuitis eripi poſſit
quoꝝ deniq; nulla ſit firmitas, nulla conſtantia facile eſt procul
dubio ex beato miſerum fieri, per calamitatē per erumnas per
aduerſas fortunas: ſi inſtabiles iſtas res fœlicitatē exiſtimamus:
at uirtutes ille quæ plurimam habent firmitatem magno robo-
re, magnas & ingentes ſubſtinent aduerſitates, neq; leuiter a q
buſuis dimoueri poſſunt: hęc quidem optima & certiſſima hu-
manę uitę bona eſſe reor: his nihil diuturnius, nihil pulchrius,
nihil iucundius homini præſtari poteſt: quid enim præſtan-
tius, atq; honorabilius diuina gratia: quid dulcius q̄ a ſe ipſo bo
num atq; honeſtū expetere? quid homini dignius q̄ ea recte poſ
ſe agere? q̄ ipſi cum cæteris animantibus minime ſint commu-
nia: ego certe ex his ſolis hominē gloriam & laudem referre exi-
ſtimo: curemus igitur iſta o ſublimes & regię mentes partim ex
ercitatione & conſuetudine acquirere: partim ab optimo rerum
omnium parente nobis pręſtari: ſinamus ſordida illa & fęda ab
his poſſideri, qui corpus pręferunt animę, qui terrena cœleſti-
bus: qui externa bonis, animi quæ tantum noſtra ſunt antepo-
nunt: non paruam uero in hac re moleſtiam quibuſdam ſolet
afferre: ꝙ cum uenit gratia, cum diſcedit, cum reuertitur eā non
percipiunt: profecto inquiunt: ſi tam excellens, tamq; potens fo
ret ſua pręſentia nos moneret: neq; noua tanti momenti re non
perfectos eſſe poſſet latere: putant iſti ꝙ multo ſtipata milite in

cedat:magnusq; eam comitetur exercitus:hinc tubarum clan-
gore,ęquorum hinnitu:armorum strepitu:uanis turbę uocibus
tremere omnia & commoueri:non humano impetu neq; insano
furore,& stulta pompa res diuina conficiũtur: ita plane animo
se cõserit gratia q nec sensu, nec intellectu eam nobis accessisse
certo deprehendi ualeat:nulla enim cuiusq; rei euidens & aper-
ta haberi pptest cognitio cuius causas principiaq; insupe & ęle-
menta humana ratio capere non possit:ex his quippe omnis di
sciplinarum firmitas & constantia proficiscitur:hec uero forma
a diuina uoluntate progreditur, quam cunctis creaturis ignotã
esse constat:sed neq; se ipsam ab occulta causa procedens per su
am spem aut proprii effectus notitiam potest ostendere: nam re
rum quæ a materia absolute sunt imago in mente hominis de
scribi nequit:effecta uero per gratiam ambigua sunt. & qualia
sepenumero per naturam agantur:nam & feruere animo & fæ
licitatem expetere,& terrena contemnere,& aduersa ęquo ani
mo ferre,clementemq; esse:& beneficiũ in cunctis deniq; rebus
moderatione uti per adeptam consuetudine & exercitatione uir
tutem contingit:consonantia equidem rerum fallimur, etenim
tanta pxime atq; cognate similitudine actiones gratię naturęq;
existunt:ut per illas de se ipso certum nemo possit afferre iudiciũ
qualisq; sit penitus ignoret quandoquidem effectę res unde pro
ficiscantur nequeant diiudicare: hinc Paulus: & si nullius deli
cti conscius esset, non propterea se ipsum pronunciare iustũ au
debat:nulla ergo uia superesse uidet quæ liberare de gratia pos
sit quispiam proferre sententiam:cum nec propriã spẽ, nec prin
cipia, nec per bene actas res liquido tutoq; discerni ualeat:nemi
ni ergo mirum uideri debeat q quis nesciat an sit dignus odio,
uel amore:at tu pater omnipotens cur tantis animum tenebris
inuolui consentis: quid prodest cecitas ista,& caligo nostris mẽ
tibus:quid non potius noxia est quæ lucem illam eripiat, quæ
patens esset iter ad Coelum:quis non concitato gradu ad beatã
uitam

uitam properaret si exploratum haberet se se tuto incedere, nec per inania opera quasi per inuia errantem falli nihil arduum: nihil difficile, nihil asperum cum a recti prosecutione deterret longe insuper maiore in deũ beniuolentia exardesceret quę susceptum beneficium agnosceret atq; ipsius gratia cuncta cõstanter & ageret, & proferret: uerum deus optimus naturas rerũ quas condidit non consueuit inuertere: natura enim cuiusq; rei nil aliud est, ut mihi uidetur, q̃ lex quędam diuinę sapientię, & institutum itaq; elaboraret aduersum se ipsum deus si inmutaret inditum a se rebus ordinem: cum igitur gratia suapte natura recondita sit, & a nostra intelligentia remota rationi consentaneũ est, ut & menti nostrę insidens ignota permaneat, adde q; maiore id nos metu agitat q uelut calcar ad honesta & studiosa opera concitat: fiducia enim ignauũ hominem facit, timor diligentem & accuratum, hic euenit ut qui per fiduciam sibi blandiuntur facile pręcipiti ruant casu: qui uero per metum se acriter reprehendunt ad diuinam gratiam ex peccati fecibus erigantur: propterea Paulus nos sapienter monet ut qui stabiles credimur prospiciamus diligenter ne ex sublimi loco decidamus: O felices nimiũ quos honestus timor semper uexat, qui diuina se aut carere gratia, aut priuari cõtinuo uerentur: hii nanq; de actibus suis mature consulunt, omnemq; procul uoluptatem fugiunt q̃ pestem luemq; mentis, & uirtutis esse sciant: & q̃ non leue sit cũ sentitur ratione temperare: hoc deniq; stimulo peruigiles effecti probi studiosiq; & redduntur & in uirtute persistunt: cum itaq; gratię pręsentiam ignorare necesse sit, utile quoq; & cõmodum/ nec non ad capiendam seruandamq; uirtutem nõ parui esse momenti certum est: at si uirtus omnis per se iucunda sit credibile est gratiam, que omni uirtute maior est, atq; prestantior ingentes animo uoluptates prestare cum habetur: atq; ideo mirum inmodum diuinis oblectari rebus eos opus est: & pro illis excogitantis, consulendis, deliberandis, assequendisq; quicquid ex-

celſum & uoluptarium mundus habet forti animo contemnere percipit ſane hoc hominũ genus incredibilem quandam letitiã quam nunq̃ ex humana quauis cauſa quiſq; ſit expertus, longe diſſimilis rationis ab omni expetenda a noſtris rebus uoluptate per hanc certe uitiis omnibus repugnant: nulliq; animi pertur bationi ſuccumbunt: uincuntq; cunctas illecebras & libidines/ quę molles effeminatoſq; reddunt animos: hęc eſt profecto illa multa dulcedo, quam abſcondiſſe deum ſe timentibus Dauid cõmemorat: hoc eſt illud manna, q uincenti ſe daturum deus in Apocalypſi pollicetur: qđq; nemo percipit, niſi qui accipit: ſi igitur uoluptas & dolor uirtutem animi ac uitium declarant cõ ſentaneum eſt per eminentiſſimã hanc iucunditatem homines ſe gratia illuſtratos uehementiſſime poſſe ſuſpicari, cum mens mollius delicti conſcia eſt: cum ſe pronam fortemq; in diuinis preceptis obſeruandis experitur libere, cum metus tamen tem peramento ad beatam patriam proficiſcatur: cõtra uero ſi igna uia atq; ſegnitiæ a uirtutis exercitatione reiicitur, ſi diuina ſibi moleſtia ſunt & aſpera, ſi corporis uoluptatibus gaudet, ſi cœle ſtia cum dolore percipit: terrena uero cum iucunditate/is ſe alie num a diuina gratia eſſe exiſtimet: quiſq; igitur noſtrũ diligen ter conſcientiam ſuam diſcutiet, qualiſq; ſit ſecum iudicet, quæ ſibi iucunda ſint, quę moleſta ſano integroq; iudicio decernat ſi ſe feruere libidine, teneri auaritia, aliena cupere, poteſtatemq; & honores, uehementius q̃ decet appetere: nulla in proximum miſericordia cõmoueri cõpererit: calamitatem ſuam deploret, qui ſe diuinę gratię, per quam uita adeſt animę expertem eſſe intelligat: q ſi nullo pro tanta infelicitate merore conficitur, ſe omnium miſerrimũ eſſe ſciat/qui in eam calamitatem inciderit a qua cum niſi dolore & penitudine eripi poſſit: inpenitens mi nime liberari ualeat: uerum tam & ſi gratiã iſtam quibuſlibet uirtutis actibus nemo poſſet promereri, agredi tamen arduum uirtutis iter quiſq; temptet: ſtudioſis nanq; operibus deus opt•

max. tantum tribuit, ut qui per huiusmodi actus (deo opt. mo nente) quo ad possunt recti iustiq; euadere nituntur his gratiã referre certa atq; inmutabili sententia decreuerit: O insanũ ho minũ genus in his rebus mortalibus felicitatem nõ esse aperte uident: in ęternis uero rebus positã agnoscunt, atq; illã munus esse diuinum, & cum nobiscum natus sit illius appetitus uirtu tis tamen actum recusant, & gratię lucem aspernantur per quę sola ad diuinum illud concilium, & beatorum cętum possunt proficisci: quę maior potest esse dementia q̃ illum finem appete re, cuius gratia nihil penitus uelis efficere: ego sane neminem sapientem esse reor etiam si cunctis bonis affluere uideat, qui non huius uitę causa, qua nulla possit esse beatior omnia pro uiribus agat: eia igitur patres amplissimi gratiam & charitatẽ per quę aditus ad cœlum potest patere pertinaci animo insequa mur: si enim tam necessarię sunt si tantũ decus, ac splendorem afferunt animę si per sublimem suam naturam a nostra longe intelligentia distant, si incredibilem nobis uoluptatem prestãt/ si deniq; pro his obtinendis laborantibus dantur curandũ pro- culdubio nobis est omni studio & diligentia ut tanto donemur munere adeptumq; non amittamus (hortante nos Paulo) ne in uacuũ gratiam dei accipiamus q̃ nobis prestare dignetur pater & filius & spiritus sanctus. Siquidem cœlestiũ magnitudo be- neficiorũ plurimũ angustias humanę mentis excedit, & propte- rea ita diuina prouidentia ordinauit: ut quod rerum mole deui cta humana ratio capere non poterat: fides deuota conciperet, & intellectum pura, ac simplici credulitate nutriret: Cum ergo propter transgressionẽ Adę maculę originalis peccati, & morti essemus obnoxii/prospiciens ex alto deus/ex quo essemus graui debitores, iuxta qualitatẽ captiuitatis, reparauit munus redẽp- tionis: idest pro debita morte offerret indebitam: quia neq; nos habebamus unde uiueremus: nec ipse unde nosceretur: materiã itaq; de nostra mortalitate suscepit/& de sua inmortalitate colla

ta mori possit, uita pro mortuis: unde Propheta clamat, Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt: Virga mater est domini, ex qua baculus iste, Christus uidelicet redemptor noster fesso iam per ętatem mundo qui eum substentaret exiit: illum in uirginis uterum delapsum (ut redemptionis nostrę totam historiam retexamus) partu effectum hominem, se exhibuisse pro homine, & creaturam suam, se de creatore fecisse, illum formam serui accepisse, se se exinanisse potestatis uoluntate, non natura deitatis, per quam nō poterat non esse quod fuerat: illū maledicta pro salutaribus meruisse miraculis: illum sputa: illū palmas: illum coronam spineam: illum postremo crucem fuisse perpessum: illum inferna penetrasse: illū tertia die resurrexisse: in id corpus q̄ cruci fuerat affixum: illud hominem post mortē deum uiuū cœlum petiisse hodierna die uictorem: nemo est nisi insane sit mentis, qui nesciat, hinc declamator disseruit: induimini dominum nostrum Iesum Christum: Et si patres qui sub ueteri lege militabant fide, ac expectatione eundem omniū hominum saluatorem induerent: & spiritus sancti gratia muniti ad nouū quodāmodo testamentum in quo nos uiuimus pertinerent: nobis tamen corporali sua pręsentia maior induendi eum copia data est: quem si iam fide uenientem complectimur charitate iam presentem diligimus: spe in sua gloria uenturum prestolamur, inmortalemq; uitam agentem moribus imitamur eum nos induisse certum est: uerum si forte aliqui autem nūq̄ induerunt, aut semel indutum exuerunt: Paulo bene admonenti obtemperent/induant/aut reinduant saluatorē: Igiť Christus Iesus promissam olim legem credentium cordibus infudit, qua edocti atq; ad bene uiuendi induti, omnia recte, atq; honeste agerent, digniq; essent suis actionibus ęternam promereri: hanc legem nouam appellarim: q̄ mente ipsa, nō lapidibus inscriptā suscepimus: quę obliterari aboliriue, aut uetustate materię, aut obliterantis ineptia, nō possit: sed semper mentis, oculis patens

inspici, legi, atq; intelligi a nobis apta esset: de hac lege doctor gentium ex Esaię testimonio meminit dicens; hoc est testamentum ꝙ disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum superscribam eas: hęc lex & si cunctis hominibus obseruanda sit: soli tamen domini Israel a Christo est promulgata: qui his tantum populis prędicauit: quibus salus promissa, & redemptio oblata olim fuerat quam gentibus postmodum misericordiā attulisse certum est: non sum missus, inquit Christus, nisi ad oues quę perierant domus Israel: & Paulus, dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem dei ad cōfirmandas promissiones patrum, gentes autē super misericordia honorare deum: quo circa dispositam domui Hisdrael, ex quo Hisdraelitę omnes censentur, qui eam postmodum apostolorum prędicatione induti susceperunt, Paulus merito commemorat: non ꝙ non omnibus, & imposita, & pronuntiata etiam scripta fuerit: sed ꝙ suo ore, suis uerbis Christus eam gentibus minime annuntiauerit, hinc tamen processit, & non euangelico credentes Israelitico etiam genere orti, teste Paulo: non Israelitę habiti sunt: credentes uero nos non ab eo genere descendentesq; ueri Israelitę appellandi sumus, quasi ueterum patrum semini inserti complantati in Christo per fidem in eo regenerati fonte baptismatis: nos hac ratione pulchre Paulus oleastrum oliuæ insertum uocat fractis ramis: qui facti radicis & pinguedinis socii in bonam oliuam uenimus: Quis enim semen Israel nisi Christus? quid ergo non Israelitę sunt? qui ex hoc semine procreati Christum corde credunt, & ore cōfitentur: qui deniq; isti legi obediunt: sed quæ nam est lex ista non scriptis tradita, mentibus autem indica, atq; impressa, lex ista noua, non aliud diui Thomæ, ac aliorum theologorum sententia ꝙ gratiæ spiritus sancti, nostro animo infusa gratia fidei, quæ

per dilectionem operatur, qua ad credendum, sperandumq; summeq; diligendum æternum & incõmutabile bonum, agendumq; omnia illius amore, ita dirigimur, atq; inclinamur: ut nihil certius putemus, nihil facilius, promptiusq;, & maiori cũ uoluptate agamus: hac eminentissima gratia Christum consequimur, atq; induimus, per quem gratia hominibus, teste Ioanne, facta est: hęc est splendidissima & nuptialis illa uestis, qua exuti homines ab æterno conuiuio turpiter reiciuntur, quę sine argento emitur, sine periculo exquiritur, sine labore obtinetur, sine consensu nostro non admittitur, ad quam emendã induendamq; ab eius factore, & domino prouocamur: uenite inquit ad me & properate, emite sine argento, sine ulla cõmutatione: hęc est lex gratiæ, lex spiritus, lex fidei, lex amoris, lex perfectę libertatis, hoc est iugum suauissimum, q̃ bene dulciter, & leuiter fertur, quo non sęuissima, atq; asperrima, nec grauia, nec molesta sunt, sed forti & magno animo tollerantur: at si lex noua, gratia ipsa est/quę scriptis mandari nõ potest; Qui sacri Euangelistę, euangeliũ ipsum scripsere/quod legem Christi omnes appellant, audite rem cognitu, & auditu dignam: ad hanc legem tria, ut summatim dicã pertinent: gratia, sacramenta, & uirtutum omnium pręcepta: quorum primum atq; eminentissimum nõ litteris institutum est, sed mentibus fidelium impressum/ac sigillatum: alterum uero institutum est/scriptisq; relictum, q̃ ad gratiam ipsam fideles introducit, quę in Christi humanitate/ humano & sensibili modo perducitur, si quorsum hęc sensibilium rerum auxilio omnipotens deus gratiam suam hominibus inspirat: non id certe cuiuspiam ope egens facit rerum omnium solus creator, sed humanæ infirmitatis semper cõsulens aptissimo utilitatis nostrę instrumento utitur quando qdem cõmodissime sint res, ex qbus ipsam gratiã nobis collatã atq; in nobis lumini non resistentibus per hec effectam cogno-

scamus qui sublimes atq; absolutissimas res, ab his quę sub sen su ueniunt intelligimus, quam facile est scire abluta carne di ctisq; de more uerbis peccata abstergi, iterumq; ex soluentis ore cognoscere a Deo peccata remitti, & sacerdote sacra uerba loquē te corpus Christi confici atq; eius esu nutriri spiritum roborari animum, uirtutesq; mentis omnes augeri: hęc igitur sacra sapi entissime instituta a Christo fuerunt: & in lege Euangelii utili ter descripta: Sed redeamus ad tertium, id est ad uirtutum cun ctarum pręcepta: nam sine his non esset congruus gratiæ diui nę usus: qui quidem per Charitatis opera exercetur, cui uirtu tis actus necessario famulatum exhibet: & uitia omnia his aduersa repugnant: nam quam charitatem habent, adulteri, uenefici, raptores, homicidę, seditiosi, inliberales, intempera ti, incontinentes, & deniq; scelesti, atq; inprobi omnes: uirtu tum igitur præcepta, uitiorumq; cohibitiones ad legem gratiæ necessarię pertinent hęc igitur lex, quod pręcipuum eius est, gra tiam scilicet scriptam non habet reliqua uero sacramentorum institutio & morum pręcepta in Euangelio scriptis mandan tur: iam puto uos intelligere, quo nam modo Christum fideles induant: qui scilicet gratiam sancti spiritus in primus accipi unt: quid deinde sacramenta fidei cultu uenerantes in usum ui tę fideliter assumunt, qui deniq; uirtutum actibus delectati be ne admonente Paulo abiiciunt opera tenebrarum induunt ar ma lucis, sicut in die honeste ambulent, non in commessationi bus & ebrietatibus, non in cubilibus: & inpudicitiis, non incon tentione, & emulatione animas suas trucidantes O fœlicissi mam pompam o Illustrissimam gloriam o Eminentissimum triumphum o Venerandam Maiestatem, quando hęc splendi dissima gratia his uenerandis sacramentis, his clarissimis uirtu tibus hornatissimi coram Deo progredimur: ardetis iam nisi de sipitis hac gloria illustres fieri: Sed forte qua uia id pateat non

estis memores icciirco nunc uideamus, quis facilis induendi mo dus appareat: legi apud Esaiam Deum secum ita loquentem, super quem requiescet spiritus meus nisi super mansuetum: & humilem: & trementem sermones meos, uiri ad iracundiam fa ciles, semper parati ad uindictam, quos ita accendit, & pertur bat, & uexat, & quodammodo insanos reddit, non placet Deo horum quippe consuetudo, grauis & honerosa est hominibus, nec possunt isti cum proximo charitatis uinculo stringi: quin immo aut in proximorum honorem, aut in famam, aut in glo riam, aut in facultates, aut in uitam, lingua, manu ar mis, copiisq; insurgunt: horum certe consuetudo spiritui san cto grata esse non potest, hos abominatur, hos respuit, ab his discedit, fugit, elongatur, nunq̃ reuersurus quousq; furorem temperent, atq; iracundiam mansuetudine mode rentur scriptum est Moysen icciirco, & gratissimum, & fa miliarissimum Deo optimo Maximoq; fuisse, q̃ omnium illi us ętatis hominum mansuetissimus esset: Quid enim agat spiri tus sanctus cum his qui bellis, dissidiis, seditionibus inten ti, nunq̃ Deo ipsum possunt cogitare, diuinas res penitus, nihil curantes: an his erit familiaris deus, quorum sensus, mens, sermo actioq; alio tendunt, qui non deum ęternaq;, sed mortalia tantum curēt, addo q̃ superbos deus odit, qui sua uirtute contenti a se ipsis omnia expetunt, atq; supra se ipsos ex tollunt diuinam legem, ac misericordiam pertinaci, ac tumenti animo transgredientes, his non consentit deus quibus resistit & repugnat, quos tandem aut domat, aut subiectos facit, aut ine mendatos ęterno supplitio damnat, ille qui in Cœlum tētabat ascendere, sedem suam in aquilonem positurus, quem non pu debat altissimo similem fieri, ille pęna accepta didicit q̃ pericu losum sit, cum omnipotenti deo bellum insana superbia gerere hoc hominum genus abhorret, spiritus sanctus conuictum ho rum detestatur, donec per humilitatem resipiscant: & ad sanita

tem reuocentur:nam cum Deo se se toto corde subiecerint:fit ne scio quodammodo,ut quasi pace composita non dedignetur spiritus sanctus eos adire:& cum illis q̃ coniunctissime uiuere:postremo non nulli sunt qui nescio qua ratione deum ipsum non metuunt:& temere agentes quæ diuinis legibus sunt contraria deum ultorem non credunt,ii parui faciunt diuina iuditia:ii fidem testimoniis sacris non habent:ii de futura uita nihil penitus sperant:nam si demones (teste Iacobo) iccirco cõtremiscũt ꝙ credunt:profecto si hi fidem haberent,deo &sacris litteris crederent:deum metuerent:deum curarent: atq; de futuris rebus certi diuinis rebus obtemperarent:quid ad hos ueniat Deus:q ipsum nihil esse putant,nihili faciunt,qui ipsius leges uiolant conculcantq;: at cũ diuinus timor animo nostro mansueto: atq; humili insederit,nulla profecto est ratio cur non sit nobiscũ deus,cur spiritu sancto non replemur ea propter ut superius dixi super quem requiescet spiritus meus:nisi super mansuetum, & humilem:& trementem sermones meos: iam leue est mea sentẽtia,agnoscere quomodo facile sit xp̃m induere:qui in tribus uirtutibus consistit,mansuetudine,humilitate:& timore quarum altera iracundiam,altera superbiam, altera contemptum, atq; perfidiam abiicimus:quibus uitiis perturbatas hominum mentes dignatur deus adire:quid nobis obstat,quin hac aurea Christi uoce hornati,coram ipso illustres,ac magnifici incedamus:q animo in Deum conuerso ex sui auctoris manibus mox eam accipimus:omnes enim diuinam gratiam,uirtutesq; omnes ex ipso profluẽtes accipiunt nolentes,soli inuiti,ac recusantes,repugnantesq; abeunt,conuertimini ,inquit Deus,ad me & ego cõuertar ad uos solum opus est ut nos illum Hyeremię uerbis oremus supplices,conuerte nos domine, & conuertemur ad te:nã (teste Paulo) nihil ꝓrsus proficiscimur nostra uirtute cogitare a deo ipso excitati,& adiuti,quos enim non uocat qui semper se ad hostium stare:& pulsare animum nostrum,per Ioannem

affirmat, modo uelimus nostro arbitrio ad eum redimus qui re deuntibus, ac penitentibus gratiam suam sine ulla dubitatione liberaliter ac magnifice concedit: quare cum parare animum/ac subiicere deo nostrum sit, quid facilius a nobis agi potest q̃ induere dominũ nostrum Iesum Christum, his cęteris huiusmodi, cum aduersus nos utantur: age iam deum omnium per Saluatorem nostrum uerbũ ipsius quasi per pontificem inuocantes primum in nos argumentum suum refutando calumniatores ipsos esse ostẽdamus: qui nihil nos comprobare posse: sed expertes rationis fides persuasos afferunt idq; tam ex his probationibus quibus utimini, cum ad religionem nostram gentiles cõcurrunt redarguemus, quam ex his quas uel scribendo, uel uiua uoce proferendo: & aut priuatim, aut publice disputando aduersariis opponimus, ac multa magis per hos quoq; libros, qui hoc totũ Euangelicę ueritatis negocium continent, gratia enim Dei, ac cœlestia beneficia per Dominum nostrum Iesum Christum filium dei Saluatorem nostrum nobis esse collata pluribus, ac perspicuis argumentis hic tractatus probaturum se pollicetur: nam cum patruum nostrorum memoria non nulli aduersus gentiles opponentes ac eis respondentes alii diuinas scripturas exponentes, alii ueritatis dogmata subtilius comprobãtes, multa reliquerunt iure nobis hic modus cui libentes insumus, adinuentus est: quamuis primus omnium sacer ille Apostolus Paulus probabilitatem omnem cauillatoriam longe abiiciens/ac certas afferens probationes ait, sermo ac prędicatio nostra non est in persuasibilibus humanę sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus, & uirtutis: & rursum sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius sęculi, neq; principium qui destruuntur: Sed loquimur sapientiam in mysterio absconditam, pręterea sufficientia nostra inquit ex Deo, qui nos: & idoneos fecit

ministros noui testamenti:non iniuria ergo omnibus nobis prę ceptum est:promptos esse ad respondendum cuiq; rationē a nobis de spe nostra quęrenti:certum est igitur Saluatorem nostrū prędixisse doctrinam suam in testimonium omnium gentium per uniuersum terrarum orbem prędicatum iri:& Ecclesiam,q̄ postea uirtute sua constituta est inuictam:atq; inexpugnabilem fore:neq; unq̄ futurum,ut a morte superaretur:sed firmam fore semper atq; inmobilem,tanq̄ in lapide stabilitam,atq; fundatā cuius diuinationis effectus omnem inpudentissimam linguam uana contradicentem profecto arcere potest:quis enim non fatebitur,cum sic aperte rerum euentus diuinationi congruat, Dei uirtutem,non naturam humanam illam fuisse, quæ & futura hęc pręuiderat?& re ipsa perficit,quæ uerbis p̄dixerat?iā enim sui Euangelii fama totum ab ortu,ad occasum orbem impleuit omnesq; gētes adiit,crescitq; in dies prędicatio sua:Ecclesia etiā hoc nomine ab ipso donata radices egit ac usq; ad astra sanctoꝝ uiroꝝ oratiōibus glorificata luce ac fulgore Ortodexę fidei splēdet,neq; hostib9 terga dat,neq; ipsis ianuis mortis cedit, p pauca uerba quæ illę ꝓtulit:super lapidem edificabo Ecclesiā meā & portę inferi non pręualebūt aduersus ipsam:sunt autem alia quoq; multa a Saluatore nostro prędicta quæ in suo a nobis collecta loco:& rerum euētibus accomodata,ueram de ipso nostrā ostendit opinionem,ac fidem:sed ad hec omnia non sunt contēnenda ad Catholicam ueritatem comprobandam Hebraicę scripturę testimonia,quibus ante mille annos Iudeorum prophetię indoctorum hominum piscationem uniuersę uitę hominū affuturam prędicantes appellationem Christi nomine ipso expresserunt:& aduentum eius in carne: modum etiam ipsum quo doctrina eius ad omnes gentes perueniret,prędixerunt:nec tacuerunt futuram Iudeorum infidelitatem:& quicquid aduersus ipsum facturi:& quas pęnas paulopost essent daturi: ꝙ urbs eoꝝ extrema obsidione caderet,regnumq; suum omnino cessaret ac

ipsi ad omnes gentes dispersi suis inimicis ac hostibus perpetuo seruirent, qui omnia sicuti scripta sunt post aduentum Saluatoris nostri euenisse conspiciātur: prçterea quis prophetas audiēs post Christi aduentum Iudeorum abiectionem, gentium uocationem aperte dicentes futuram non admirabitur: Cum uideat res ipsas per doctrinam Saluatoris nostri oraculis ipsorum ad unguem quadrare, per Saluatorem enim nostrum factum ē: ut ex omni genere hominū pene innumerabiles spretis Idolis unius, ac ueri dei cognitionem, religionemq; susceperint: quid ita futurum dei oracula & per alios prophetas cecinerunt: & p Hieremiam maxime ubi dicitur, domine deus meus, ad te gētes uenient ab extremis terrç, ac dicent, quam falsa nostri patres Idola possiderunt: & non erat in ipsis utilitas, si faciet homo si ipsi deos nec erunt isti Dei: hçc igitur uniuersa fidei nostrç ueritatē astruunt, nec humana uirtute: sed a Deo prçdicta, & prophetarum oraculis scripta ostendunt: & ad hçc a multis, uariisq; gentium principatibus liberos quandoq; futuros homines uaticinātur: itaq; cum omnes gentes antiquitus multi reges ac Tyrāni, urbes fere singulas tenerent, ac alii populis, alii paucis regerentur, qua ex re bella ubiq; fremebant, captiuitates, depopulationesq; urbium, ac gentium in dies fiebant, plçnaq; omnia erant seruitute, unde cogebantur, urbani simul & agrestes, ab ineunte statim çtate rei militari operam dare, ac semper & ubiq; p urbem & agros armati proinde continuo Christi prçsentia de quo scriptum est in diuinis oraculis, orietur in diebus eius Iustitia & multitudo pacis & conflabunt gladios suos in uomeres: & lāceas suas in falces: nec eleuabit gens in gentem gladium: nec exercebuntur ultra in prçlium: rerum çuentus uerba prophetarū secutus est: ac omnis principatuum multitudo cessauit: ab Augusto in ipso tempore incarnationis Domini nostri, Romanorum Imperio in monarchiam redacto, ex illo autē tempore, usq; ad memoriam nostram non inuenies ita populos oppositos fuisse,

nec

nec gentem ullam ita in aliam insurrexisse/ nec humanam uitã omnium confusione uexatã, ut passim fieri solebat: at qui quo modo magna non est dignum admiratione, si quis ita attente secum cogitet / cur nam priscis temporibus / quando demones omnium gentium dominabantur/ ac summopere ab omnibus colebantur tanto alteri, ad alteros furore ab ipsis diis suis concitati ferebantur: ut nunc Grecos/ nunc Egyptios/ nunc Syrios/ nunc Romanos inter se bellare / ac se ipsos destruere regiones suas incursibus ciuitates obsidionibus desolare uideres sicut historiis suis perspicitur: simul uero atq; piissima, & pacificentissima saluatoris nostri doctrina apparuit/ multorum cultus deorum labebatur/bella cessabant/uniuersum hominũ genus a magnis malis/ atq; periculis requiescebat, q̃ maximũ ego diuinę / ac ineffabilis suę uirtutis signum dicere nõ dubitauerim: at uero ex sua prędicatione/quantũ homines profecerint/quantãq; utilitatem etiam huius uitę consecuti, ipsis oculis cernes, si attenderis nunq̃ alias in memoria hominũ ab aliquo illustri uiro, aut populo factum, nisi nunc suis dũtaxat uerbis/atq; doctrina per uniuersum orbẽ diffusa: ut omniũ iura gentiũ recte/ atq; humanitus se habeant, illa ipsa inquam iura/quæ ante aduentũ suũ tetra/fęda/ inmania erant, non enim iam Persę qui eum secuti sunt matres suas nefandis nuptiis cognoscunt, non humanis uescunt carnibus Schytę/quoniã ad eos usq; prędicatio Christi peruenit: nec carissimos falsa religione impulsi/liberos iugulãt hęc certe/ ac talia pene infinita hominũ quondã uitã uexabant Massagetę: ac Berbices propinquos/atq; affines suos q senectute conficiebantur miserrimos putasse traduntur, ac ideo immolatis carnibus eorũ quos plurimi fecerant epulabant: Tybareni uiros seniores suos pręcipitare: Hyrcani rapaci generi auium: Caspii canibus proicere soliti: qui quidem cuncta religiosissime prius faciebant: nunc uero sola euangelica uirtute undiq; truculentissima hęc pestis explosa est: quod uero minime dii putant

aut inania & surda simulachra malefici demones in ipsis habitãtes, aut partes mundi / qui conspiciuntur, aut mortuorum hominum umbrę/aut quęcunq; animalium nocentissima: sed pro his omnibus una saluatoris sola doctrina cuncti simul Gręci/ac Barbari / qui non ficto animo uerbum Christi audiuerunt / ad tantum philosophię peruenisse/ ut solum uerum deum regem, ac dominum cœli,& terrę,solis, terrarum totiusq; mundi creatorem colant,atq; sequantur,qdq; cunctis uiribus conantur sic uiuere, ut uel oculos coherceant,ne quid cupiditate tracti,turpiter uideant, sed ab ipsa mente omnem animi morbum depellant: hęc omnia quo nam modo audebit negare quispiam non est felicis uitę, aut uere q nõ recte parere omnino laudant, tantum a periurio absunt: quoniam ab ipso non esse iurandum audierunt: sed omni iure iurando abiecto sufficere hominibus,& non qdq; nec in quotidiano sermone inania uelis proferre: sed ita diligenter in omnibus te ipsum custodire, ut ne falsum, nec iniuriosum/ nec turpe in labiis uerbũ habeas: quoniã ille dixit/ de omni ocioso uerbo rationem dabitis in die iuditii, quam philosophorum uitam non excedit: ad hęc etiam, q simul cuncti, & innumerabiles uiri, & mulieres,seniores,ac pueri,serui,& liberi/nobiles/atq; ignobiles,docti simul atq; indocti:in omni ab ortu solis,usq; ad occasum loco ubi homines habitant,quotidie ferme ad percipiendam disciplinam Christi, qua non solum a turpi facinore, uerum etiam a cogitationibus inhonestis abstinere: quaq; uentrem, ac ea quę sub uentre sunt donare docent/ confluant, q uniuersi in diuina, piaq; disciplina exercentur ex celso animo contumelias ferre,nullam uindictam appetere: irã & appetitum omnem temerarium superare/ac uincere,indigentibus de re sua offerre omnem hominem iure naturę patris, ac proximi loco diligere: hęc omnia si quis simul collecta considerret, nonne fatebitur maxima/ & sola/ uere bona cunctis esse hominibus prędicatione Christi oblata: nec ab alio q̃ ab ipso po-

tuiſſe nunq̄ homines huius uitę felicitatem recipere: Illud uero quale tibi uidetur, ꝙ uniuerſum genus hominum, non eorum ſolum qui aliqua humanitate prodití ſunt: uerum etiam crudeliſſimorum & in extremis oris terrę habitantium, ab immanitate receſſit, ac ad opiniones uerę philoſophię inductum eſt: quis enim iam inmortalem eſſe animā non credit? quis non ſperat eſſe apud deum, cum naturę cōceſſerimus uirtuti depoſita premia? quibus induti noſtri hanc uitā omnino ita contempſerūt, ut priſcos & illuſtres philoſophos mulierculas putes, ſi ad hos conferas ludum puerorum, non iniuria exiſtimes omnia, quæ de contemnenda morte, aut uerbis, aut exemplo priſci philoſophi docuerunt: fœminę apud nos, atq; infantes, uiriq; barbari/ & indocti philoſophi dicerent ſaluatoris nr̄i uirtute adiuuante inmortalitatis noſtrę opinionē re longe magis, q̄ uerbis uerum eſſe cōprobarunt, q̄ magnū etiam illud, ꝙ omnes gentes aliunde q̄ a doctrina noſtri ſaluatoris prouidentiam dei eſſe quæ cuncta perſpiciat, atq; gubernet didicerunt: nec eſt iam aliquis qui non acceperit ſic doctrinam de iuſtitia, & iudicio dei, ut non fateatur caute: iccirco uiuendum, ac longe a uitiis eſſe fugiendū: Sed caput beneficiorum omnium, quæ a Saluatoris prędicatione Chriſti adepti ſumus facile cognoſces: ſi calamitoſam priſcę idolatrię fraudem, qua omnes quondam homines demonum fraude & artibus prĕmebantur diligenter animo uolueris: rerū quoniam ita natura fieri compertum eſt, ut hominum genus rationis non expers nullam unq̄ rem agrediatur, niſi ſuaſione inductum credat ſibi profuturam non temere ad noſtra confugientes, ac maxime rudiores quando ad ueram religionem introducimus, fidei remediū adhibemus/ hortantes ſuadenteſq; ut de prouidentia dei/de inmortalitate animę/de bona uiuendi norma/q̄ a ſpe/atq; fide ſolū depēdet/recte ſentiāt/ nā & medico a q̄bus cauendū & qui/& quibus utendum conſulenti niſi quis credat parū ſibi peritia ipſius conferre poterit, nec plus doctor

discipulis, qui non credunt utilitatem quandam a doctrina se consecuturos, nec philosophię sectam ullam quispiam unq̃ suscipiet nisi antea crediderit commodo sibi uenturam: ita diuersa suasione, ac fide ducti: alius Epycureorum attrahitur uolupta te: alius Cynicę uitæ duritiem admiratur; alius Platonem pręponit: non nulli Aristotelem: non nulli Stoicos diligenter sequuntur: Sic artes quoq; alii, alias quãuis omnes medię sint meliores, honestioresq; sibi utilitate persuasi crediderunt: itaq; uidebitis rei militaris ab aliis, ad alias mercaturę, aut ędificandi studium esse propositum, agriculturam alii exercent, ac semen sulcis agrorum cõmissum, & mortuum reuiuiscere postea non desperat: cur igitur admirantur, cum sit uniuersa uita hominũ duobus his fide & spe gubernetur, si nostra etiam quę sola animis conducunt, multis fide tantũmodo traduntur, qui ratione altiora consequi non possunt? nõ nulli ad fidem ratio quoq;, ac doctrina subtilior cõmuniter: nunc quoniam breuiter/hęc quasi fundamenta iacta sunt: ad primam acusationem respondendum, & qui fuimus, quiq; simus dicendum: nunq̃ igitur negaturos, sciant qui hęc requirunt, Gręcos nos esse patrios primo quoq; Gręcię demonum cultus tenuisse, quos nunc respuimus/ atq; abominamur, Iudaicis attendẽtes scripturis a quibus q̃uis plurima nostræ religioni consentanea colligamus, fatemur tamen cerimonias Iudeorum, uiuendiq; morem non imitari, sed non uidebuntur hęc aliter nobis recte confecta q̃ tam ipsa quæ a maioribus nostris accepimus q̃ Iudeorum priscas uirtutes in medium ut omnibus pateant protrahamus: sic enim simul & euangelicę doctrinę uirtus extabit: si ante oculos omnium ponemus a quibus per ipsam erroribus sumus liberati/& ad hęc qua ratione iudeorum scripturas admirantes pręsentem eorum uitã recusamus: postremo quę ratio euangelii sit, quis proprie atq; sincere christianissimus dicatur: q; nec gentilium, nec iudeorum sed noua quædam, & uera religio ab ipso Saluatoris nomine

appellata? Sed peruerso itinere ille Maumeth nostram diuinã relligionem inpugnans qui cum rationibus, argumentis muniti abunde sumus, nec quicq̃ oculi uident tam clarũ, aut audiũt aures tam certum, aut tam manibus tangi, tractariq; potest, q̃ relligionis nostrę sanctitas, ueritas, certitudo: sed armis inpetimur, armis inpugnamur, uetant Turci disceptari de superstitione Maumetica: quia quicquid asserere possint minime habent: & ferrũ quęrere de relligione audientibus, mortemq; proponunt, armis damnatas ipsorũ opiniones cõmunierunt, quia neq; rationibus cõmunire, neq; oraculis, neq; tabulis, neq; testimoniis potuerũt, & intelligunt tantas inpuritates, atq; flagitia in quibus miseri ueluti legis sorde quadam decepti uolutantur nihil habere nõ nefarium, impium, sceleratum, & q̃ non modo confutari possit facile: sed etiam iure debeat reprobari secta inpudica, & inmunda, & in qua nullum sit peccatum aliud q̃ nõ peccare: & quę omnia libidinis & flagitii gratia non permittat modo, sed pręcipit, & quę ab adultero conficta est, in stupris adulteriisq; uersatur: adulterum enim fuisse Maumethem, & Chadelingam suam propinquam constuprasse, ab eaq; hęredẽ institutum, & cum infinitis prope fœminis misceri solitũ, idq; se facere posse gloriantem, quę litterę, quę historię non tradunt hic nobis pręponitur cui credamus, quem ueneremur: cui uirgines cõmittamus nostras: cuius auctoritate promiscue, cũ propinquis, cum fœminis, cum maribus conspergemur, cui nõ modo si contradicas, aut paulo plus aduersare: sed etiam si quęras non de se moneat, nõ reprobet, sed ferro statim adoriatur, adeo nihil aliud uult scire suos, q̃ ultra cęcos esse: Quid in nostra relligione, tam et si errorem intelligo meum, qui ausim hominem contaminatissimũ, ac sceleratissimũ cum uero deo, cum nõ modo inmaculato ipso, sed inmaculatę etiam uirginis filio comparare: & quem Maumethes ipse e cœlo uenisse, & e uirgine natũ esse non negat: sed conferamus tenebras luci: mendacium ueri

tati/sit hoc primũ quo infestemus/neminẽ unq̃ credidisse Maumethi, nisi coactũ armis defecisse, & cũ ille ferro, ut homines sibi assentirent cõpelleret: Christo neq̧ p ferrũ, neq̧ per mortes uarias quo minus assentirentur cohibere potuisse: deinde uetat Maumethes disputari de suis presagiis/ ꝓhibetq̧ suos ab inquisitione dei a studiis philosophię/ & rerũ omniũ q̃ in ueri cognitione uersent, atq̧ ita uanis dũtaxat fabulis/ & deliramentis obcęcauit quos intueri lucẽ ꝓhibuerat: at Christus dũ uix annũ nat9 duodecimũ disputauit in tẽplo cũ phariseis de mysteriis & lege, tñ & docuit ipẽ discipulos in terris spiritũ sanctũ e cœlo misit q doceret/ & scientiarũ omniũ splendore illuminauit: accedũt prophetę/ quoꝝ linguę nõ ipsoꝝ/ sed dei semp est habita: hii cũ de Maumethe ne unũ qdẽ fecerint uerbũ christi cõceptũ natalẽ/ uitã/ mortẽ/ reditũ ad uitã/ descensum ad inferos/ ascensum ad cœlos/ infusionẽ paracliti/ & deniq̧ facta/ dictaq̧ eius expresserunt: Tum Sybillę quoq̧ Maumethem ue somniauerint quidem/ uenturum e cœlo Iesum/ ortumq̧ de uirgine habiturũ pręcecinerunt: nomenq̧ etiam ipsius litteris expresserunt: & Herodes uix dum natum Christum: natum regem intellexit: qua de causa infantes Iudeę omnes/ inter quos & filium suum iussit occidi/ u constat Octauiũ Augustũ dicere solitũ/ malle se Herodis porcũ esse q̃ filium: qui porco quo iudei abstinent parceret: filio Herodes nõ pepercit: & Augustũ idem q̧ Herodes in Syria de pueris ad binatũ iugulatis/ nisi obstetisset senatus: Romę quoq̧ facerẽ uoluisse/ q̧ ꝓdiisset in uulgũ p eos ipsos dies deũ natũ esse naturę: & paulopost regẽ orbis terrarũ a Iudea aduentare: quod cęci qdã Vespasiano attribuerũt: q postea bellũ in Syria gessit: hęc oia sole ipõ clariora / & ne qd dubites in christianoꝝ notata scriptis/ sed in hominũ illius tẽporis/ & q christiani nõ fuerũt/ libris inuenta sunt: Sed qd/ si hęc nõ adessent: quã obsecro mentẽ nõ mouerẽt tot oracula sctõꝝ/ exuscitatos mortuos/ tranata maria homines imperitos/ agrestes piscatores/ uno momẽto/ uno pũ

cto tẽporis omnes sententias/omniũ nationũ linguas pdidicisse & repente alios in Indiã, alios in Persidẽ, alios in Armeniam, alios in Italiam, diuersasq; nationes profectos, ubiq; sermone cuiq; accomodato prędicando/non ui sed ratione:non armis:sed miraculis, non Magis:& fabulis/sed mysteriis & pręceptis:non inferendo alteri mortem, sed ultro ac sponte accipiendo ciuitates, prouincias, regna conuertisse:quam inquam mẽtem nõ mouebat, tot hominum milia: qui in xpiani fierent:& Ihesum uerũ deũ:& uerũ dei filiũ testarent/incruciatus, & mortes, principes priuati, Iuuenes senes, mares, fœminę, nuptę, uirgines, concurrerũt, coronãq; martirii, sãguine, tormẽtisq; poposcerũt:sed fac aliquid adhuc esse quęrẽdum iure exploratissimũ:& Solis lucẽ illustrãdam, an ipsa relligionis nostrę sanctitas honestasq; summa:& si nulla suppeterẽt argumẽta nõ omnibus recipiẽda atq; amplectẽda eẽ uiderent:quid pręcepit, quid suadet tibi lex xpi nisi omnia plęna charitatis, pudicitię, diuinitatis, Equidẽ scio fuisse gentiũ diuersarũ cõplures sectas, quia natura insitũ ẽ omnibus ut Cœlũ aspiciẽtes aliquẽ esse factorẽ, & moderatorẽ rerũ tantarũ:& tam pulcherrimarũ existimemus:eũq; quantũ capere humana mẽs põt admiremur, colamus, ueneremur:& q quam tusq; sit intelliger:& placere cupiamus, qua in re necesse fuit decipi multos, dũ plus mẽte asseq, q̃ occulis cernerẽt se posse putauerunt:sed nulla, unq̃ facies relligionis, turpior, & sceleratior q̃ Maumethis:nulla honestior & sanctior q̃ xpi:coluerũt Monadũ quidã nõ pcul a Thanai flumine Arborũ trũcos:& ut q̃q; essent uetustissima, ita plurimũ haber diuinitatis arbitrabant: quod dei essent q̃ longissime uiuerẽt:Coluerũt Egyptii bouẽ, fęlẽ, Cocodrilũ/quos in paulo uiolẽtius attigisset capitis supplicio dãnabat:q; quædã ab his beneficia consequerent, coluerũt Thebani aquilã, q; altissime uolãs quãdã cum Deo habere uicinitatẽ, atq; ideo uenerandã eẽ a mortalibus opinabant: coluerũt Scythę ouem:q; animãtiũ omniũ esse homini comodissima ac mini

me noxia putarent:Coluerũt Sardi qui fuerũt in Asia etiam Simias,ꝙ magnam habere cũ homine similitudinem: & lineamẽtis corporis,industria ingenii uiderent:coluerunt Smynthei in Phrygia mures,ꝙ domi e terra nati comites nectium, ac dierũ nostri in delitiis nostris alerentur:& per domos ac templa ueluti & hominũ & deoꝝ ministri uersarentur:Coluerũt Persę aquã & ignem ꝙ his duabus rebus omnia uiuerent, crescerẽt, augerẽtur,ita siquis aut minxisset in flumen/aut in ignem conspuisset capitale habebatur,coluerũt prisci Romani singulos animi effectus(quorum,ut taceam cæteros)Scipio ille preclarissimus ingressus Aphricam:pauori atq; audacię sacrificauit:quę quidem stultitę & uanitatis plęna sunt omnia:uerum quæ Maumetes confingit sunt multo uaniori,multoq; absurdiora nam & inter scorta,& flagitia beatum se iubet existimari,ac per stupra Cœlum promittit:& Asinum sibi datum ait pręceptorem:& ducem,qui eum cęleritate incredibili deueheret in Cœlum:recte tibi Maumete datus est asinus dux,qui nil aliud q̃ quæ asino coueniat precepisti:ueluti deo illi Helespontiaco:cui ueteres asinum consacrauerunt:nec est aliud Maumetes q̃ Priapus,cui ueterum stultitia sacer est asinus:nec aliud q̃ Maumetis sacra,q̃ lustra q̃ florida q̃ priapalia: sed fuerit hęc uanitas feramus ęquo animo stultitiam eius,qui hęc pręcepit & sortem eorum qui cõpulsi sunt armis ut crederent miseremur:quid ꝙ impietate & seuitia Maumetes omnium exempla superauit: mactabant Rhodii hominem,cum essent deorum,aut demonum potius, mentem placaturi:Salaminii hominem ad Diomedis sacra uiuum concremabãt:Choi Dionisio,Lacedemonii Marti hominem & ipsi uiuum lacerebãt:Phœnices amicitiorem aduersa tempestate,aut pestilentia interficiebant,Laodicenses uirginem Palladi Curetes puerum Neptunno iugulabãt: Gręci tempestatem maris sedaturi regiã prolẽ immolabant: ut Ephygeniã Agamẽnonis filiam apud Aulidẽ immolauerunt:Abderitę q̃ esset omniũ

pessimus iudicatus quotannis ad tēpla lapidabāt: Pellei in Tracia, Aricini in latio Dianę peregrinos mactabāt: omnia hec plena impietatis: & ꝓdigia potius immania atq; efferata q̄ sacra sūt existimāda: sed tamen in sacris hęc faciebant: errabant exemplo maioꝝ, religionis specie decipiebantur: at maumetes hostis humanitatis, inimicus sanguinis omnium machinator: scelerum nō sacroꝝ excogitator, hominē ita iubet occidi ut nec frater parcat fratri Imperii causa, & uitam ei eripi iubeat: quem natura tibi similem, immo alteꝝ te, sanguinē patris tui, matris tuę imaginem procreauit: & quicunq; hominem bello occiderit ei cœlū maumetes atq; ęternitatem pollicetur: Gloriosissime Ihesu q̄ mitis est lex tua/q̄ benigna: q̄ sancta/non solum occidendos fratres uetas: sed inimicos pręcipis etiam diligendos: nec sanguinē postulas hominis/quia hominis saluandi gratia totus es effusus in sanguinem: nec est aliud religio Christiana q̄ pietas, q̄ ueritas, multis seculis prius prȩnunciata q̄ facta: prius mōstrata q̄ uisa: nam uentuꝝ xp̄m sybillę, oracula, ꝓphetę prȩdixerunt: uenientem Cœli stellis, stellę Magis Magi Herodi, miracula hominibus, angeli pastoribus monstrauerūt: postq̄ uenisset cęci uisum: muti ęloquiū: surdi auditum: mortui uitam recuperauerunt in fidem xp̄i in ritus: & cerimonias Christianas: regna, nationes, prouincię concesserūt: ceciderunt templa ueteꝝ deoꝝ, aut demonum potius: simulachra conruerunt, siluerūt respōsa, aruspicum, Phitonum presagia euanuerunt: quippe Adriani Cæsaris tempore qui primus uetuit affligi Christianos, siluisse orbis terraꝝ cęlebrata oracula, & uates, qui pręsidebāt ea de causa oēs capitis supplitio affecti referunt: quoniam adueniente deo cessar̄ demonia oppetebat: & fugere tenebris mendacioꝝ/ubi dux esset exortus clarissimę ueritatis: tum demum Constantinus: & ante eum Philippus Cæsaꝝ primi Christo initiati nomen Christianum salutis Clypeum receperunt: nam ut edocent uiri disertissimi deoꝝ potentia xp̄i aduentu, sopita extitit inquiētes: qui nam

sint canes atri clare interpretatur dicẽs pernitiosos demonas sic appellari, uerum & si satis a superioribus pateat, nõ bonos/ sed pernitiosos demones quasi deos a gentilibus cultos: non tamen erit ab re quoniam multi ad huc inbecillitate quadam animi se ducuntur, religionem patrum laudantes cumulatius eandem rem ostendere a qua non ab alio q̃ prędicatione Christi liberati sumus: ipsi enim fatentur temporibus Saluatoris nostri oracula sua cessasse: & mortem non nullorum demonum accidisse: & ad hec ut in superioribus patuit post Euangelicam doctrinam diis afferri homines inprobatum esse: adiiciendum autem est non solum superstitionem demonum ruisse, uerum etiam multos atq; uarios principatus cessasse: fere enim per omnes Ciuitates: & castella reges: & tyrãni antiquitus erant: ita ut non pauciores principatus essent: q̃ ciuitates: facileq; a demonibus impulsi alteri in alteros insurgebant: sic depopulationes regionum, obsidiões urbium, & seruitus maxima uigebat in morẽ inmentorum captiuis seruientibus, unde facile consideratum est q̃ ingens ante saluatoris nostri tempora humanum genus calamitas premeret: q̃ omnia diligenter in unum collecta si non ante cessasse considerantur: nec successionem unum post alterum defecisse: sed omnia simul, quasi terremotu facto post domini nostri resurrectionem ruerunt: quomodo non oportebit Euangelicę, ac uerę salutaris doctrinę mysterium admirari: cuius prędicatione factum est: ut creatori: & soli uero deo, per uniuersum orbem ędes cõstitutę sint, ubi tã uetus q̃ noua scriptura ita publice legitur: & ab omnibus audiat̃, unde audiẽtes discũt summa uirtute: & uera pietate, ac religiõe uiri simul & mulieres uiuere, perierunt autẽ respõsa demonũ, & auguria, & auspicia hominũ: nec quis adeo nunc insanit: ut posteaq̃ nomen Christi in orbe claruit audeat clarissimorꝝ sanguine, ant cęde hominis immanissimos demones placar̃: quam rem prius non rudes, aut priuati solummodo uerꝝ etiã sapientes: & reges factitabant: q; aũt post tẽpora Salua

toris nostri potentia demonum fracta, iaceat, ipse Porphirius Christiani nominis hostis in libro quem aduersus religionẽ nostram conscripsit, hoc modo testatur: nunc uero mirantur inqr, si tam multis annis omnis peste Ciuitas uexatur: Cum & Aesculapius & alii dii longe absint ab ea postea enim q̃ Ihesus colitur nihil utilitatis a diis consequi possumus: hęc uerba illius sunt: ꝙ si dii sunt o Porphiri quare uiribus suis Ihesu uirtutem non depromunt, siquidem ut uos dicitis mortalis homo Ihesus: & seductor fuit demones uero uestri: & dii: & Saluatores, cur igitur omnes simul cum Aesculapio terga uerterunt? uniuersum humanum genus fusi, atq; fugati Iesu tradiderunt: qui etiam post mortem apud omnes gentes in dies crescit, manifestissima uiuere signa: & infinitas, ut deus uires habere omnibus ostendens q aliquantisper uolunt aduertere: tantum unus solus: & ipse mortuus pōt, ut innumeros deos expulerit: & honoribus eoꝝ destructis cultũ ad se trastulerit: Illi aũt: & multi: & uiui ut dictis nec apparent usq̃ iam, nec operantur: cur igitur ita fit? quia non dii sed praui demones dii uestri sunt: Ihesus aũt & qui eũ misit pater deus uer9 est: ac ideo gloria sua crescit indies: & humanũ genus ad maiorẽ quotidie uirtutẽ ꝓgredit̃: cumq; oporteret si dii essent, ut humanarũ reꝝ curam haberent religionẽ christi deponere, & cultum suum corroborare nihil efficiunt: sed conati quidem sepius sunt & reges: & principes, uniuersumq; Romanoꝝ Imperium aduersus nostri Saluatoris Euangelium concitarunt iacent tñ superati: nec totius orbis uires, q̃uis ipsoꝝ suggestionibus conspirassent cõtra pauculos homines/ac pauperrimos Euãgelii nuncios quicq̃ efficere potuerunt: Ihesu enim mortui diuinę uires pulsis demonibus, ac falsis deis: qui terrestrẽ hũc aerem & cauernas terre habitare condemnati in sepulchris hominum omniq; inmũda materia uagant̃ sãguine ac uaporib9 gaudẽtes ad ueram humanum genus pietatem traxerunt, principes certe demonum, siue aerei/siue inferni postq̃ uiderunt ab hominibus

non nullos mortales quasi deos sanguine ac nitore sibi gratissi mis honorari motibus quibusdam simulachrorum: quæ homi nes in memoriam mortuorum fecerunt facile amentes decipie bant:prçterea diuinationibus quas demonica operatione prędi care uidebantur:& uoluptate corporis omnes alliciebant: adeo modo ut cœlestes uirtutes,ac dei modo heroũ animas quæ post mortem in Cœlũ ascẽdissent ab hominibus crederentur: unde opinio de multitudine deoꝝ,cũ a simulachris ad inuisiles spiri tus,qui per simulachra operabantur:& in eis habitabant, cogi tatio raperet quasi uera uehementer creuit:ita terestres, & aerei demones,malignitatis spiritus dii maximi putati sunt priscoꝝ etiã heroũ,q maxime colebant'/memoria in maiorẽ errorẽ extol lebat:quoꝝ figuras p singulas ciuitates imaginibus atq; statuis exprimere conabantur: animas uero ꝓdigiose: aut incorporeas uirtutes statuis plerũq; adesse demones simulabant: sic malefi cis artibus:& inuocatione animaꝝ omnia perturbabãt: isti ergo terrestres demones,aerei:atq; inferni spiritus quos huius mun di,huius principes,diuinę litterę nuncupãt:modo se bonos de mones:modo deos cœlestes:& nunc heroum animas:nunc alios atq; alios fingentes in uarios humanũ genus errores iniecerunt ut alii deos:alii heroas,alii demones esse cõtenderent:& hos alii bonos,alii malos,quos tamen ne noceant placandos sacrificiis cẽsebãt:Ita factũ est ut multitudo immo uero innumerabilitas deoꝝ credita sit:primũ enim fulgentia in Cœlo corpora:tũ pro pter perpetuũ motũ;tũ quoniam cuncta hęc inferiora perspici ant atq; moueant Deos appellarunt:deinde quoniam heroes ui tę hominum cõmuniter profuerunt in deorum numero accepti sunt quoꝝ turpissima facta theologię suę partem putantes fabu losam appellarunt:quam postea detestati,quãuis & uera & pri sca sit ad naturalia reducentes fabulas negant,nec finem hic fe cerunt:sed propris quoq; passionibus adorabile nomen dei attri buerunt:q; theologię genus ita per se ipsum iacet:ut oratione cõ

futatoria

futatoria non egeat: Quid enim turpius q̃ Venerem, Cupidinē & Priapum deos nuncupare? res quoq; humanas deos fecerūt: orationis enim uim Mercuriū, excogitationis enim Palladem nominarunt, ad hęc opera & artes, alias Marti & Mineruę, ut bellicas: alias ut Vulcano/ut omnes quę per ignem fiunt accōmodarunt: extremo malignos quosdam demones uarios certe/ ac multiplices, quos modo deos, modo animas mortuorum esse credunt in theologiam suā susceperunt: hinc Theodoritus Cyrenensium presul: qui tyrannidis (inquiens) cupiditate agunť/ minus sibi congruentem potestatem inuadunt: ac regiā quidē sibi speciem apparatumq; circumponunt purpuram, coronam sellam/currū triumphalem/spiculatorem/globos/ mores tamen qui regibus cōueniant imitari non curant: neq; enim mansueti patres audire percupiunt, sed difficiles / amarulentiq; domini: nec populorum beniuoli curatores, sed durissimi/ac perhorridi duces: ex quo sępe numero euenit/ut a legitimis regibus deleanť: quos opressorum ciuiū/populorūq; acerbius uexatorum subit misericordia: sępe etiam tyranni/suis a militibus/populisq; iugum superbię nō ferentibus occupata tyrannide exuūtur: Idem uero & fecisse mali demones/ & perpessi uidentur, relicta enim quā sortiti fuerant statione: dum mitissimū creatoris dei fugiunt dominatū/ ipsi tyrannidem rapuerunt: usurpatoq; dei nomine, se se deos superbissimi nominarunt: quin & stolidos homines seduxerunt qui diuinos sibi honores / cultusq; persoluerent: tum uero ut sic arreptam tyrannidem cōseruarent pręnoscendis futuris rebus, prędicendisq; arroganter se ingesserūt: unaq; demū hęc ratio est: qua supplicioris notę homines captuq; facillimos proruūt: passim itaq; p orbis terrarū spatia/suę fraudis laqueos appararunt: commenti uarios diuinandi modos: multipliciaq; mangonia his namq; docentibus prodierunt qui ex farina / qui ex perna, q e mortuis, nomen sibi ac diuinandi munus desumpserunt: iidemq; demones nobis dederunt: Castalię fontem/Colo

phoniũ fluentũ: ſacrã quercũ, Dodoneum tintinabulum, Tripodem, Cyrrheũ, Theſpotiũ, Lebetem, ac in Lybia quidẽ Ammonis oraculũ: Iouis autẽ in Dodona/ in Branchidis etiã Delo Delphis, Colophone oraculũ Clarii, Pythii, Delii, Didymei, Apollinis, tum in Lebadia quidem Trophonii, in Oropo Amphiarai, in Tyrrenoꝝ uero finibus, & Chaldeoꝝ necromantiæ antea obſcuriſſima: & alibi quidẽ Amphilochi, alibi uero Glauci, alibi autem Mopſi, aliorũq; quorundã famoſoꝝ hominũ diuinationes nobis propoſuerũt: fuiſſe uero hęc oracula maligno rũ demonũ, qui dei ſibi nomen uſurparunt, cõiicere ſatis poſſumus e taciturnitate quã illisnũc impoſitã eſſe cernimus: etenim poſtq̃ ſaluator noſter in humana carne apparuit fugam arripuerunt: qui diuinationis dolos nobis inuexerant, neq; enim iubar diuini luminis ferre poterant: teſtatur autem hoc apertiſſime Plutarchus, nõ Hębreus homo/ ſed Cheroneus/ natione Gręcus & idiomate, ueſtris ipſe quoq; adictus opinionibus: ſed idẽ tñ q̃ doloſa fuerint demonũ oracula probe conſcius, neq; enim procul diſtant a Cheronea Delphi, Lobadia, Oropus, ſed contermini, ac propinqui ſunt: hic itaq; Plutarchus multa ſane cõſcripſit fuit enim doctrinę, atq; experientię multę uir: inter cętera uero & nõnulla ſcripſit de oraculis: titulumq; libro inſcripſit, & hęc erat de oraculis/ quę iam defecerunt: hoc igitur in libro pręter alia multa/ & hoc inquit: qui autem opinetur preſiderẽ locis ubi dantur reſponſa, nõ deos quidẽ quos terrenis affectibus decet, expeditos eſſe, ſed demonas deorũ miniſtros, haud male mihi opinare uideaꝛ: at qui ex Empedoclis uerſib9 collecta ſententia eos demonas ſceleſtos/ noxios/ doloſoſq; autumet, ac poſtremo etiã ueluti homines morti ſubiiciat, hũc ego audacius ac magis barbare dicturũ puto: hęc autem uerba, non propheta, nõ apoſtolus e noſtro ordine protulit: nec quiſq̃ alius eoꝝ qui eis crediderit illoꝝue ſententias cõfirmare ſtuduerit/ ſed homo ex ueſtris in omni diſciplina uerſatus/ quiq; antiquo philoſophoꝝ errore

tenebat: is ergo ait primũ quidẽ eis qui darent responsa demones fuisse, nõ deos: Tũ uero sacerdotes qui eorũ tẽpla incolerent demonib9 iis arreptos, ac furore afflatos uenalitia oracula proferre solitos: nihil aũt ueri prędicere: sed de iis quoq; demonib9 quorũ insidere sibi spiritũ, mentẽq; insolentissime gloriant/multa grauia & dura pferre, neq; solũ damna & dolos/sed etiã interitus quales homines patiunt: uersus aũt quos pnuncient/nullo quidẽ furore diuino/afflatuq; incitatos ex tẽpore noues edere Sed ab Empedoclis poematibus cõpilare: quę uero insequũtur eiusdẽ sunt ferme sententię: inquit enim de mysticis in quibus est accipere maximas significationes, ad demonũ ueritatẽ/bona uerba (ut Herodotus ait) loquamur: festa uero/& sacrificia/ceu nefandos & horribiles quosdã dies in qbus caro cruda comedit & destructiones corporũ fiunt/cũ ieiuniis & fatigationibus/multis aũt in locis/& ad sacra ipsa obscena uerba funduntur: alięq; fiunt insanię agentiũ secum turbatione, ceruicisq; iactatu: nulli qdem deorũ cõsecrati hęc dixerim, sed potius malis demonibus auertendis placandisq; ut illis hoc ritu solatiũ aliquod reponat procede hominũ qua illis quondã sacrificari mos fuit: in superioribus itaq; uerbis a me proxime discussis aiebat Plutarchus demonũ esse illa oracula nõ deorũ: hoc aũt loco etiam malignos demones appellauit/ rebus quę ab eis patrant pro manifestissimis signis usus: cui enim crudę carnis cõmestio / mẽbrorum destructio/turpes eorũ uoces/obscena facinora/furores pręterea cũ turbatione se rotantiũ: caputq; in diuersa iactantiũ / pręterq̃ demonibus malis cõueniat/qui magnas humano generi calamitates important: quiq; olim qdem ut scelestissimi cęde miserorũ hominũ gaudebant: postq̃ uero senserunt homines eiusmodi cędis homicidiisq; pertęsos/quę sibi ab eis quondã exhiberi appetebant: errorũ ac fabularũ etiam desiuisse flagellatus / crudasq; epulas/aliosq; hmõi turpes ritus cõmenti sunt: superiorib9 aũt dictis Plutarchus hęc addit amplius, inquiens, cum aũt loqui

desiuisset Ammonius/tũ maxime inquã ergo age Cleobrote dic nobis aliqd de oraculo Ammonis, magna enim ac percelebris fama diuinitatis ibi quondã percrebuit : nũc uero prorsus uidetur euanuisse: tacente aũt Cleombroto, atq; in humũ despiciente, haud oportet inquit Demetrius, de Ammonicis rebus interrogare, neq; ullo pacto ambigere, cũ & hoc euanuisse oraculũ: immo aũt uno/alteroue exceptis omnia passim defecisse oracula uideamus: hęc aũt scripsit Plutarchus : postq̃ generis humani seruator/deusq; noster, in humanitatẽ descendit, ipsum itaq; tempus manifeste ostendit: quã in causam referenda sit oraculoꝝ illa cessatio: Porphirius aũt in eo libro quẽ de electoꝝ philosophia conscripsit: hęc ferme ait : uerũ & ipsius quoq; motus exactã cognitionẽ quęq; de his reb9 differunt, censemus nõ posse ab hominibus percipi : neq; ab his solum , sed a nõnullis quoq; demonũ sciri nõ posse: Ex quo fit, ut multis de rebus interrogati mendaces sępenumero inueniant : nunc audias quę responsa deoꝝ, de deficientibus oraculis in eodẽ libro Porphirius recitat ablata & Pythii uox haud reuocabilis ulli temporibus longis, etenim iam cessit Apollo: Clauibus occlusus silet/ergo rite peractis: Discedas patria/& redeas limina sacris : oportune istis adiiciam illa quę Plutarchus de deficientibus cõscripsit oraculis : Cũ igit ait Ammonius tacuisset, tunc ego ad Cleombrotũ dixi narra nobis o amice si placet de oraculis, de qbus apud uos pręclara dicebant : nunc aũt extincta omnia esse uident : hęc ego tacente aũt Cleombroto, & quasi rubore cõfuso, ac in terram respiciente: quid oportet inquit Demetrius de illis quęrere, cum omnia fere hic pręter unũ/uel ad summũ alterum defecisse perspiciamus: quare cõmuniter inter nos cõsideremus, qua nam de causa oracula deoꝝ sic debilitata, immo uero extincta sunt: non enim ignoramus Boetiã multiuocam propter multitudinẽ oraculoꝝ appellatã fuisse, quę omnia quasi aquarũ fluenta desiccata sunt: nullibi enim nũc quã in Lebadia Boetię oraculũ in illis

partibus inuenit: cętera uero uniuersa uel silent/uel penitus desolata ruerunt: Quippe Idolatriā qui uocabuli ꝓprietatē & cōpositonē aduerterent seruitutem Idoloꝝ, hoc est simulachrorū spectroꝝ similitudinē significare putarent: & q̄dē ap̄lo cōsentaneę dicenti, Idolatria quę est idoloꝝ seruitus: hanc cœlo, stellis demonibus, hominibus tribuebant: sicuti enim uerus deus sensibilibus quibusdā signis, sacrificiis, laudibus colebatur: facta ipsius cultus translatione ad creaturas, eas postea figuris quibusdā, & imaginibus quas uocarunt idola presentabant: q̄bus superstitiosus hm̄oi cultus exhibebat̄: qua propter cultus creatori debitus, datus creaturę, & eius adorandę profana, noxiaq; institutio uno idolatrię nomine recte nuncupata est: uarie tamē atq; diuerse eiusmodi peruersus/ atq; damnatus cultus induct9 est: namq; alii simulachra cōstituebant arte nefaria, quibus inesse non nihil diuinitatis putarunt/aliquibus effectibus cōmoti quos malignus se demon insinuans excitabat; quos enim pellicere nō potuit demon ad inpietatē, ut Diagoran, Protagoran, Epicurū alios impulerat ad superstitionē eos, & ad idolatriam maxime nocentiorem eius partē/ speciēue cōpulit: & figmenta colenda suggessit: nec uno modo, nāq; thure, & frugū primitiis nō cōtentus, & hostias poposcit, & uictimas: nec brutoꝝ solum sed aliq̄n hominū, ꝙ fere olim Chartaginenses, & ipsi Athenienses, aliquando Lacedemonii, item Rhodii, Romani, atq; alii nec plebi solū idoloꝝ persuasit cultum malignus sathan, sed & ipsum Termaximū Hermetē in hunc errorem pepulit: alii nō ipsis imaginibus: sed eis quoꝝ erant imagines creaturis cultū exhibebant, atq; ii trifariā inter se diuidebantur: alii nāq; homines ipsos quoꝝ idola uenerabant̄ deos putabant, sic Iupiter, sic Saturnus, sic Mercurius, sic alii dii crediti sunt: fuere hi reges qui uel potentia, uel ingenio, uel doctrina, & artiū inuentione inter rudes populos excelluere, quo factū, ut siue ob admirationem uirtutis, siue ob adulationē, siue ob susceptà bn̄ficia coli cę

perint:& defunctis eis erigi simulachra putarunt,eos alii in cœlum cōscendisse,& cognominas stellas eoꝝ animas haberi Iouē Saturnū,Mercuriū,Solem,qui & Apollo dictus, & Lunā quę Diana appellata, alii eas uenerati ob splendorē eximiū, & cursum,unde Gręci Theos nomē a Thein deduxere,ut apud Platonē in Cratylo cōspicuū,& ab ęthin quoq; deriuati,hinc apud nos dei nomē fluxit/q̄q̄ nonnulli ꝙ Gręce, romane timor dicitᷓ latinū dei nomē tractū uelint: sed & demones quoq; ipsi/nō qa sapientes:sed & dimenim hoc est terrere solent/appellatos ꝓbat Eusebius : eoꝝ aūt planetarū nomina demonib9 aptata multis inuenimus: unde in dialogo suo Seuerus auctor non inelegans Ioue & Mercuriū demones Martino uisos prodit / & hunc illi magnopere fuisse infestū tradidit:sic & Mercurius homo/& stella Mercurius/& demō Mercurius qbus oibus diuinū cultū perperā tribuerūt/alii mundo cuius animā deū opinabantᷓ esse : & omnib9 eius partibus uenerationē exhibendā putauere / in hoc & gręcoꝝ aliq & latinus Varro peccarūt : alii uero queadmodū in Platonicoꝝ monumentis liquido uideri datᷓ/& apud ueteres theologos/& ipsum Aug. in lib. de cinitate dei aduersus multas eiusmodi insanias disputantē,quē postea & diuus Thomas, & alii posterioꝝ theologoꝝ secuti sunt/autumabāt deo sūmo cultū deberi/postea secūdis diis/ & deinceps cœlestiū corpoꝝ animis, inter se aūt nō omnino hac de re & sacrificiis Platonici cōsensere uarie itaq; & nefarie idolis prebebatur diuinitas ab hominibus qui alia putarunt ad phisicam theologiā/alia ad fabularem/ ad ciuilem alia pertinere: sed omnia uerius ad damnatā spectant superstitionem,quę aliquando etiam a Cicerone in libris de natura deoꝝ cōcinne detecta est/hanc idolatriā in auctorē nō satis certū referri posse opinio est : sunt qui putent Achaimi exilio eā quasi de lōginquo ortū duxisse:alii a Prometheo:alii ab Hismaele cępisse affirmāt:alii a Nembroth gigante:alii a Nino Beli filio Assirioꝝ rege traxisse primordia putauerunt/ quando hic pa

tris imaginē, ille ignē nō solū coluerit, sed adorare cōpulerit alios, referūt alii cultū Idolorꝝ in Syrophanē Egyptiū: qui ob filii mortē doloris leuādi gr̄a defūcti simulachrū cōstituerit, alii dixerē deorꝝ statuas e Thelechinis primo fabricatas, alii alia finxisse phibentur: & plures ꝑ deis coluisse, Iustinus philosophus: & martyr in libro gētiū admonitorio orpheū magistrū uocat, quē forte ita nūcupauit ꝙ Trhacas ipsos cerimonias colēdorꝝ deorꝝ edocuerit: Athenagoras Atheniēses philosoph9 in eruditissima illa oratōe ad Marcū Aur. Ant. & Aur. Com. Cęsares/ dū christianorꝝ legatiōe fungeret̄ ita de Orpheo: & diis gētiū, inter alia dicit, Orpheus aūt nomina ipsorꝝ prim9 inuenit: & gn̄atiōes enarrauit: & de iis q̄ ab uno quoq; acta sūt disseruit, q a gētib9 credit̄ uerā Theologiā tradidisse, quēq; Homerus eis in rebus q̄ maxime ptinent ad Deos secutus est: quā ob rē & Iustini philosophi: & martyris: & Athenagorē eiusdē philosophi pariter & christiani cui9 ēt insigne extat opusculū de resurrectiōe mortuorꝝ, cōuenire sentētię uident̄ deorꝝ pluriū cultū ab Orpheo monumētis traditū: ꝙ si ita est nō mirandū si ēt auctore Ouidio in Metamorphosi, ille tracū populis primus fuit autor amorē in teneros trāsferre mares: audiui olim a ꝓbatissimo: & in litteris ꝑexcelenti uiro uitia illa se plurimū sequi: & impia cōiunctiōe fouer̄, ut uitium contra fidem ueram unius dei: uitio illi ꝙ naturę aduersatur fedo glutine copuletur, cuius rationem perquirenti mihi & mecū reputāti occurrit primū Apostoli auctoritas ad Romanos scribētis: id enim ab eo clarissime uidet̄ expressū: nā postq̄ Idolatrię crimē detestatus est: subdit eos qui inquinati illo fuerant in passiōes ignominę traditos, ita ut feminę in feminas: & masculi in masculos turpitudinē operarent̄: occurrit & rō, ut scilicet ordine naturę ꝑpera iuers9 dei colēdi ordo dissipet̄/ cōtraq; hoc effracto ad naturā demoliēdā p̄ceps sit & facillim9 lapsus: nec Adriani Cęsaris exēplū lōge abest, q̄n fedo ē Antinoi captus amor ob idq; mortuo illi: & diuini honores designati & cognomia urbs pa

rata compositis etiã:& ementitis oraculis/ ut Spartianus,ut ex nostris Athanasius,Aurelius, prudentius Eusebius,alii prodi derunt:sed & in ipso Lunę circulo ementita sedes excogitata,ut scribit Tatianus aduersus gentes:& innuit Prudentius quando ait illum Cœlesti sede locatum: sed quid non Idolatrię non uani Astrologi fingere potuerunt,quando inter monstra pluri ma quibus Celum mendaciter referserunt:& Ariadnę Coronã: sed & Berenicis crines Ptolemei sororis & coniugis Conon Mathematicus adulando confinxit:deindeCalymacus:& post eum Catullus,& Hyginus fabulando retullerũt,atq; Cæsaris quoq; tronum auctore Plinio inter sydera collocarunt: redeuntes igitur ad Idolatrię originem/dicimus Iustinum ipsum quamq̃ plu ralitatis deo℞ magistrum uocet Orpheum non eundem tũ pri mum asseuerasse,quin in primos homines Idolatriã ille in uni uersum rettulisse uidetur eodem in libro pro admonendis genti bus edito:cuius & Eusebius in historia,& beatus Hieronymus in libro de uiris illustribus honorifice meminerunt: & quia supra de sacrificiis memorauimus,originem ipsorum non minus dicturus/ imp[illegible]umq; ineptum putaui:si etiam paucis ac breuissime recensuero,quibus cerimoniis,quo ue sacrorum genere de is suos gentilitas cęca coluerit, pias namq; Christianę religionis principium aures in sacratissimo loco commentitia, ac turpidicacitate sedare quis sani capitis audiat? Aegiptiorum itaq;(quibus sacrorum principium ascripsere non nulli)cum suis dis ualeat superstitio:post habeatur quicquid numinis, & Cerimo niarum finxit Gręcia mendax quos ab aliis non quicquid inui ti susceperint,quosq; ad religionẽ falsam urbis huius uetustissimę patres adinuenerit ritus:atq; deliramenta prętereamus,cõ niuentibus oculis,nam quos enumerauimus omnes dũ sic pios & sapiẽtes redderẽt/uana atq;inutilia meditãtes:impii admodũ & stulti facti sunt,sacris initiati,sacros & ueros insequamur au ctores,diuino spiritu plęnus Moses,nõ Idolatris,sed unũ Deũ

colentibus, primam sacrificii: & sanctę illius institutióis gloriā apertissime tribuit, refert nāq; Chain secundum in orbe hominem de fructibus ac primitiis terrę quam colebat, primum domino munera obtulisse: Abel quoq; illius fratrem, & parentum delitias ouium pastorem primum Deo opt. Max. pietissimo primogenita sui gregis litasse: & eorundem adipem in odorem suauitatis q̄ suauiter adoleuisse: hinc scriptū est respexit dominus ad Abel: & ad munera eius: recenset quoq; Enos Adę primi omnium parentis nepotem: primum nomen Dei altissimi supplicē inuocasse: non nulli uero Hębreorum, interpretes sacrarum litterarum suppellectilem sedulo euoluentes: & acute rimantes: Adę primi sacrificii palmam haud insulte tribuunt: nam postea q̄ iuuenis & robustus, ne Euam adolescentulam, facie uenusta uultu blando: & humana energia prędıtam suasq; delitias perturbaret: diuini heu pręcepti inmemor: & contemptor, pęnam sibi mortis in monituro comminatam incurri pulsus in paradiso inminentis desperationis proculdubio baratrum, lapsus esse: nisi inbecillitati suę diuina clementia prope modum succurisset: angelica igitur reuelatione nefandum scelus, quod sibi & posteris inconstanter turpiterq; admiserat, tractu temporum expiandum percipit: & eius propagatione iustum, pacificum, ac Deo gratum hominem nasciturum, qui per rectam fidem & placidam oblationem admissum facinus potenter dilueret omnium in se sperantium salus certa futurus: mutandi itaq; delicti spe concępta ardentissimo, incredibiliq; erga factorem suum & amore correptus super erectam aram Deo iuuenco pingui litato, repente supplex in gratiarum actionem & diuinas laudes prorupit hoc sacrificium primum ęae inter homines diuini cultus primitię sacrificii certitudinem ueritatemq; nobis, non poetarum figmenta non illorum monumenta litterarum: qui paucis ueris, multa falsa permiscent: sed sacra scripta declarent, ueteris instrumēti patres agnū, arietem/

hędum, hyrcum, turturem, columbam, panes azimos, similagi nem, & id genus conplura, domino in sacrificiis legimus obtulisse: quæ cum multa sint: & inperfecta, non ab re tamē agresti, rudiq; populo pręcepta diuinitus non fuerunt sacrificium uerū non holocaustum perfectum, non legitima hostia nam uera sacra interiores animę maculas abigunt: & abstergūt: illa uero exteriores tantummodo corporis, uel cadaueris, uel inmundę cuiusdam rei contactu sordes contractas, uel leuiter purgauerunt: sanguis enim hircorum, & taurorum, & cinis uitulę aspersus (Paulo teste) inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis non animę hoc nimirum nobis insinuauit dominus in Euangelio cum hominem quendam ab Hierusalem descendentem in Hierico in latrones inter eundem meminit incidisse, quem pręciosis uestimentis exutum, & letalibus ab eisdem inmaniter sauciatum uulneribus/in ter pulueres humi moribundum relictū: inde sacerdos quidam: & leuita unus progredientes, nullo eidē officio pietatis adhibito: conniuentibus oculis pręteriere: intelligimus enim ex his legem: & legalia sacrificia quorum sane tipū sacerdos prę ferebat humano generi peccatorum pondere ad necem usq; grauiter laboranti efficacia salutis remedia minime cōtulisse: nam (Paulo eodem teste) nihil ad perfectū adduxit lex, si enim data eēt lex: q̄ posset iustificare iā grā, nō esset gratia potuit siquidē lex ęgrū agnoscere, inter leprā & leprā discernere: illi cōpati, sed minime ipsum sanar: hec figurata ē in porticu Salomonis, q̄ languentes in se tenere poterat: nequaq̄ uero curare coniicim9 insup sacrificia ꝓphetaꝝ quoꝝ auctoritatē figurabat leuita, ad absolutam animę curationē ualuisse ꝑ parū potuerūt namq; prophetę pioꝝ merita: & impioꝝ denūciare supplicia sed ueniam nullo modo delinquētibus dare: quoniā & ipsi peccatores fuerunt sicut cęteri omnes misericordia indigentes: Sacratiore igitur firmiori, digniorią magis sacrificio opus erat: q̄ despectum hominem non modo ad gratiam promerendā disponeret:

ſed abūde uenia impetrata illum deo indiſſolubili amicitię uin culo copularet, occurrit itaq; pientiſſimus Samaritanus, qui & ipſe quoq; de Hyeruſalem, hoc eſt clara & pacifica dei patris uiſiōe in hierico defectuoſam ſcilicet tenebris, atq; erumnis plę nam uallem huius mundi deſcendēs ſeminecis ęgri munera pu treſcētia ſuaui diluit uino compunctionis, & oleo miſericordię deliniuit: ſuoq; illum iumento ſuperimponens ęcclesie, non tauri uel hyrci/ſed ſacro ipſius ſanguine dedicatę/priſtinę ualitudini pie duxit ad ſtabulum: hoc Pauli uerba teſtantur: Chriſtus aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonoꝝ, non per ſanguinem hyrcorum & uitulorum ſed per propium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta ęterna redemptiōne inuenta: hic enim adeo patre, idem ipſe legitimus ſacerdos uerumq; ſacrificium inſtitutus uetuſtę legis imperfectarum multitudinem hoſtiarum in ſe uno & perfecit: & clauſit: nam propter innocentiam tanq̄ agnus, propter principatum ut aries, propter ſimilitudinem carnis peccati ut hyrcus propter diuinitatem humanitati coniunctam ut turtur & colūba, propter babtiſmatis aquam in credentium collectionem ut conſperſio ſimilagis, poſtremo ueluti uitulus in ara crucis oblatus, hominem quodam morſu lętalis ligni pręmortuum, per uitę lignum uiuificans: deoq; perpetuo reconcilians, ſacrorum ueteris iamq; abolitę legis figuras omnes abſoluit: ſed id unum uerumq;, ꝙ tam diu ſub eiuſdem legis cortice latuit, deo acceptabile ſacrificium eſſe declarās: cuius uſum/qui ue ex eo nobis parta ſint commoda Paulum referentem audiamus: impoſſibile eſt inquit ſanguinem taurorum atq; hircorum auferr̄ pęccata: ideo ingrediens in mundum dominus dicit, hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem optaſti, mihi holocauſtomata & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi ecce uenio purgationem faciens peccatorum, ſcelere offenſus deus placandus erat, ſordida effecta mens hominum indigebat purgatione, cui igitur nō placuerunt uictimę pro peccato/propitium nobis effecit in ara Cru

cis, in remissionem Christi corpus oblatum: quos uasti orbis flumina non abluerunt nec ab unde fusi hostiarum sanguines purgauere de latere domini inmaculati agni fluens aqua: & sanguis dealbauerunt super candorem niuis: hoc sacrificii huius munus unum inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ descendit Christus deus: & homo uerus, uerumque sacrificiũ, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium: & liberaret eos qui mortis timore per totam uitam seruituti erãt obnoxii: hoc aliud ex tanto sacrificio commodum destructio scilicet mortis, quæ non moritur nisi in uita, qui Christus est, atque in ueram libertatem uendicatio: septies in die cadit iustus, quotiens ergo peccator factus est Christus omnibus, eidem rite obtemperantibus causa salutis, nam sacrã ecclesię super sanguine illius uero sacrificio radicata quoties pie suscipiunt, & eis colla subdantur, toties cœlestis regni ianuam patefaciunt: deficeret tempus si cuncta uellem sacrificii huius commoda recensere: sed illud unum est: quod iustus gratiam, peccantibus ueniam, debilibus robur, letitiam mestis, diligentibus exultationem, nutantibus spem, credentibus pacem, certantibus uictoriam, libertatẽ captiuis: atque in charitate pieque decentibus parit uitam ęternam o, sacrificii excellẽtiam singularem o, dei in homines, uel ingrato inmensę charitatis profluuium: quam ob rem & nos reciproco illius amore transfixi medullitus, pro sacrificio sacrificii immolantes nostri contriti cordis, atque contribulati spiritus inmaculatum sibi uitulum offeramus i nostri pectoris medio ubi habitare desiderat ei spirituale templum edificemus, non desectis marmoribus, nec quadratis lapidibus, sed de uiuis fulgentibus gemmis, aureisque laminibus, uerum ut edocent Porphirius hostis nostrę relligiõis, Plutarchus, Eumenius, Eusebius: & pręclarius Cyrensium pręsul Theoderitus: ipsomet Deos illos nefandos inquietasse se referunt, mentiri multoties: & fallacias edocere: & per enigmata mortales decipere, quoniã hęc cunctis nota

sunt

sunt ad ea transgredi animus est quę neminē e studiosis fugere possunt: uetustissima enim deoꝝ responsa omnes Gręcoꝝ populi, & uniuersa solent gymnasia decantare eas responsis delphici Apollinis delusus Oenomaus uir apud Gręcos tā philosophia q̄ eloquentia nobilis curiose collegit & refutauit: utar igitur uerbis eius, ut uideas gentiū deos ab ipsarum gentiū philosophis derisos, oraculaq; deorum figmenta hominum putata fuisse/sic igitur Oenomaus in libro de falsitate oraculoꝝ conscripsit: Cū famę inquit Athenienses propter Androgei necem agitarentur & ad auxilia deorum confugerent, nō ut iustitia & humanitate aut saltem penitentia/mentisq; cōtritione placandos deos Apollo respondit, sed mortem morti, pestem pesti, crudelitatem crudelitati addidit: iussit enim singulis annis septē mares, totidēq; fœminas in Crętam sacrificandos mitterent: cuius rei memoria immo quędam uestigia, uel usq; ad tempora Socratis quingentis annis postea durauere, id quippe fuit, quo mors Socratis remorata fuisse dicit̄: Deligite ex omni septem uos corpora sexu: Atq; ea Minoi regi mandate quot annis: Per mala sic hęc uestra placabitis iram: Cur autē o deorum optime/ si iustissimū fuisse Minoa sciebas/qui primus leges sanxisse fertur/& apud inferos iudex esse propter iustitiam creditur constitutos: tantam ad eū morituram iuuentutem destinasti: an ut famę illius officeres? interfectores enim Androgei non innocentes si iustus ille fuit petiisset, cur autē si deus es ambiguus homines oraculis in pernitiem deceptos crudeliter / & iniquiter intrudis? Cręsus enim imperium Lydię a maioribus successione susceptum pietate in deos maiores suos statuens superare, ut eorū patrocinio tutior esset: te Apollo maxime coluit, templumq; tuum delphicę auro atq; argento ita ornauit ut ditissimū templorum omnium/& sit & uideatur: unde iure tua beniuolentia fretus aduersus Persas arma mouere statuit: neq; id absq; concilio tuo: tu enim de re interroganti sic respondisti, intrepidus si Cręsus alym trāsmiserit

amnem: Imperium perdet magnum, regnumq; superbum: hęc responsi ambiguitate tui numinis cultorem, qui te suis operib9 ditauit euertisti: & regnum Lydię, q longissima successionis serie in eum deuenerat/in Persas transtulisti non sponte opinor non enim tam pium/religiosumq; regem, precipue tui amicum decipere unq̃ uoluisses, sed futurorum ignorantia id factum arbitror: nam si tanq̃ deus futura cognosceres, non latuisset te, nō intellecturū oraculi ambiguitatem, Cręsus miser igitur tu qui Delphos habitans inde ad uniuersum orbem inania fundis responsa: insani autem omnes homines qui ad te quasi ad ueridicum deum accurrunt, nec me ipsum insanū fuisse inficior/ qui & his ambiguitate, nec ignorantia tua dicam deceptus: tertio etiam non diuitiis, aut uana re quapiam: sed quomodo facilius atq; tutius philosophari possem, abs te quęsiui: sed mea omittēda forsan sunt, alienaq; simul: quę temporibus nostris efficiens omnia confundis: antiquissima uero quę uniuersis patent omnino prędicanda: magno Xerses terrestribus copiis, atq; naualibus in Gręciam impetu ferebatur: quare Athenienses, quibus maxime infensus erat turbati, cum nulla salutis spes sibi aliunde restaret, ad te Delphice aufugerunt: Quid autem tu nū amicos, atq; cultores tuos defendisti? minime, sed ligneo muro munitos derelicta urbe fugere consuluisti: Effugite extremas mundi, & penetrate sub oras: Ne miseri tardate, feret fuga salutem: Non saluum caput ullius, non pesue, manusue: Vlla nec in reliquo pars deniq; corpore salua: Curribus ecce furit uectus de gente Syrorū: Mitis erit nulli, rapiet ferus omnia Mauors: Nō templis diuum parcet, non mœnibus urbis: Cuncta igne assumet, an ipsa exterrita magno: Sudore, aspicitis superum simulachra madere: hęc ne diuinatio est? nemo profecto conditionē illorum temporum perspiciens hoc ignorasset: sed quid deinde sequitur: post multas tandem prostratas Iupiter urbes, lignea mœnia dat Pallas, quam condidit urbi: Vnde optata salus felix

& palma sequetur: Si tanta pugnam non expectarit equestrem Tu uero Salamis uel cum successerit æstas: Vel cũ tristis hyems propriis priuabere gnatis: quo pacto si Apollo futura quasi præsentia præuidere potest, amissurũ sciebat filios, Salamina utrũ uero hieme quando Cerealia semina iaciuntur, an æstate quando metuntur ignorabat? quia uidelicet certum erat nõ potuisse illos ingenti Persarum exercitui resistere: quo autem tempore agrederentur maleficus ille qui hæc omnia responsa fingebat, minime scire poterat, simili ratione ruinam urbis Atheniensiũ præuiderat: ac ideo fugere illis nauibus quasi ligneo munitos muro consulebat: q etiam Themistocles humani uiribus ingenii præuiderat: sed anteq̃ tu auctoritate tua populum mouisses persuadere non poterat, nunc quid hic de requirentibus Lacedemoniis responsum fuit uideamus: Qui Spartam antiquam colitis, uel mœnia uestra: Aspersis deuicta cadent, uel regis adempti: Herculidis mortem grauiter plangetis amaram: hæc certe si quieto tempore cecinisses, omnibus friuola uisa fuissent: sed terrore factum est, ut ignorantia tua lateret, non enim solũ uaticinia: uerum etiam auruspicia, & auium uolatus atq; cantus, in talibus solent temporibus facile credi: considerasti enim urbe prostrata, regem quoq; non euasurum: sin autem rex egrederetur casurum illum nemo dubitasset, qui & multitudinem hostium, & uirtutem Lacedemoniorum non ignoraret, ita fieri posse coniecisti: ut perterriti hostes, admiratiq; animos conciliũ agrediendæ urbis relinquerent: quam si tamen cæpissent, ac diruissent, rex etiam euadere non poterat: rege interempto posse euadere sperasti: ac ita ideo ex ignorantia disiunxisti: ut quoq̃ res se uerteret ueridicus uideteris: præterea multa, quorum ambiguitate magnas urbes, plerumq; scimus euersas fuisse: nihil enim unq̃ hominibus hæc deorum responsa contulerunt, obfuerunt uero sæpius, alios in alios cupiditate, ac spe uictoriæ Apollinis auctoritate concitantia: Sed audiamus quid Lygurgo re-

ſpondit: Care Ioui magno qui templa ad noſtra Ligurge: Ve niſti, care & cunctis, dilecteq; diuis: Te ne hominem appellem ne deum? Sed qui ſacrarum cura tibi tanta eſt: documenta exquirere legum: Te potius natū cœleſti ex ſtirpe putarim: Has autem concedo libens cognoſcere binas: Prima uias opus eſt, bina & ueſtigia uitę: Humanę, quarum una fouet, lętaq; fouetur: Libertate homines ſemper contra altera triſti: Seruitio & turpi premit hanc ignauia uecors: Seditioq; parit, pax illam dulcis, amorq;: Hanc igitur fugiet, illam ſed quiſq; ſequetur: Quęris an deus ſit? & deum potius fore putas, etiam ne coniiciens illum propter uirtutem futurum memorię: leges autem illi concedis, quas auiculę quoq; mediusfidius, & mancipia non ignorant: Quis enim uirtute, atq; concordia ciuitates creſcere, contrariis libertatem amicti ambigeret: ſed quomodo fortes, quomodo concordes ciues erunt, nec mortales homines uelis hęc uidere, quæ tu neſcias: non autem de rebus publicis atq; grandibus ſolum / ſed priuatis etiam & leuioribus inutilia dabant reſponſa: de ducenda enim uxore interrogatus reſpondit, argiuam eligito puellam: de filiis autem ne ue Labdacides uxor pariat tibi pernitioſum de migratione ad aureos migrare uiros de inani gloria: Excedit cunctas exculta pelaſgica tellus: Thraces equis preſtant / uittus, ſed maior eorum eſt hominum, qui pulchrę Aretuſę e gurgite potant: non uidetis certe o Apollo auruſpicibus, & auguribus melior multo enim te Socrates preſtātior: qui cum ab eo quidem quęteret, duceret ne uxorem, utrū facies inquit penitebit: illi uero qui filios deſiderabat dixiſſe fertur, non recte ipſum facere, q; de habendis cogitet liberis: cum potius cogitandum ſit, quomodo ſi dabuntur debent guberna ri: Ei uero qui patriam deſerere uolebat, quoniam infeliciter in ea degeret, non proba ipſum agitare reſpondit concilia, patriā enim relinquebat, ſed ſuam moroſitatem quæ faciet, ut apud alios quoq; non proſpere uiuat ſecum afferebat: Tu aūt o Apol

lo non modo uocatus, sed etiam sponte non nullis consuluisti: nam Atheniensibus nihil petentibus, uiginti ante, uiginti post caniculares dies opaca in domo Dionisio uti medico cõsuluisti: nec prȩclarum quid: sed ꝙ uel mediocriter peritus medicus sciret protulisti: ꝙ uero seni cuidam si liberos procreare uellet iuniorem ducendam uxorem respondisti: quilibet id qui naturæ uires ac ȩtatum considerauit, non prius te ipso uideret: Quid autem dicam ꝙ crudelissimis etiã tyrannis sic adularis, ut summos uiros putare uidearis? Quid enim ais de Cypselo felix hic uir Cypsȩlus Aeacida: quomodo autem Cypselus felix Phalaridem cuius illȩ similis fuit beatum fuisse negabimus, immo uero non uideo qua ratione Phalaris etiam tibi, ac Ioui placuit: sic enim ipsi quoq; respondisti Apollo, Iupiter, quæ pater uitã Phalaridi prorogauit: quia Caritona & Menalippum humanissime tractauit: nam cum illos insidiantes sibi cȩpisset patientiã quam dum torquerentur ostenderunt, admiratus dimisit: Methymnensibus autem perutile fore asseruisti Apollo/si ligneum Dionisii caput colerent: colũt enim certe, Methymnẽses ligneũ Dionisii caput tibi hortanti persuasi, alii uero lapideis, alii ȩneis, non nulli aureis, multi argenteis simulachris sacrificant: Triginta deorum milia in terra esse censet Hesiodus: ego autẽ multo plures lapideos atq; ligneos hominum creatores, ac dominos esse uideo: Sed tibi o Apollo mirabile uisum est: ꝙ ligneum humani capitis simulachrũ duc iactũ traherent Methymnenses extraxerunt: colendumq; illum diuinis honoribus esse respondisti: O rem mirabilem ex profundo maris ita rerpente retibus annexum Dionisii caput prosiluit: Prȩterea cum Moyses omnesq; Prophetȩ ineffabilem rem intellectuq; solũ perceptibilem deum esse doceant: huiusq; rei symbolum scriptũ apud eos quattuor uocalibus nomen dei feratur: ꝙ proferre non possunt: Consona his enim Plato in magna epistola dicit, fabile inquit modo est: sed ex multa in Hȩsione/inhȩrentiamq; ut ita

dixerim circa rem ipsam, & uitę & integritate repente quasi ab igne accensum lumen animo innascit͠, ꝙ se ipsum alit: hoc quidem lucis exemplum multo prius ante Platonem Hębreorum Propheta protulit dicens: Signatū est super nos lumen uultus tui domine dedisti lętitiam in corde meo: & rursus: In lumine tuo uidebimus lumen: hinc Moses unum esse solūmodo deum docuit: Audi enim dicit Israel dominus deus tuus unus est: Plato quoq; in Thimeo cœlum unum, & deum unum esse dicit his uerbis: utrum igitur recte unum cœlum esse dicimus: & deum unum esse dicimus? an multos innumerabilesq; dicere rectius erat? unum inquit certe? siquidem ad exemplar creatum est/ꝙ enim intellectiua continet animalia duplicatum esse nō potest: qui & si secundum aliorum consuetudinem plures non nunq̄ esse deos dicere uideatur: ab epistola tamen ad Dionisium: ubi deorum nomen earum epistolarum facere principiū dicit: quas negligenter & ad gratiam aliorum, non ex animi sui sententia scripserit ab unius uero dei nomine illas incipere quas studio suis edidit aperte patet unū deum putasse de signo, inquit, epistolarum: quas cum studiǫ mitto: & quas non recte arbitror te meminisse: aduertendum est autem tibi diligenter, quia multi a nobis litteras petunt, quos repellere non possumus: cum ergo studio, & ex sententia scribimus animi deus principium epistolę prebet: cum autem non deus, sed dii, in legibus uero a priscis id, sed didicisse his uerbis ostendit: Deus igitur ut a priscoꝝ sermone accepimus, cum principium, finem, & medium rerum omnium contineat, recte omnia natura perfectus determinat, cui semper adhęrent iustitia seuera ultrix eorum qui diuinam legem contemnunt, q̄ qui ad beatitudinem erigitur humiliter seruat: si quis autem arrogantia elatus pecuniis aut dignitatibus effertur, uel fortuna corporis, & iuuentę amentia incensus animum deturpat: & quasi nullo principe, & duce indigens ipse aliis posse se pręesse arbitratur: is derelictus adeo uniuersa

cum sodalibus suis deturbat: & multis magnus quidem uidet: breui autem diuinitus deiectus/se ipsum domum patriamq; suã simul euertit: hęc Plato: tu autem q͠ dixisti, dixit principium finem & medium rerum adeo contineri illi prophetico conferas ego deus primus: ego etiam post hęc: q͠ uero natura psectus determinat dixerit illi similes rectitudines sciuit facies eius: q autem dicit iustitiam deo adhęrere ultricem eorum qui diuinam negligunt legem, illi consentaneum iustus dominus & iustitiã dilexit, & mihi uindictam: & ego ulciscar dicit dominus: qui humiliter deo adheret, qui ad beatitudinem erigitur illi compar est post dominum deum tuum ambulabis: & deniq; q͠ a Deo derelinquatur qui arrogãtia effertur illi omnino quadrat, deus superbis resistit: humilibus autem gratiam prębet: & lętitia impiorum casus singularis.

Finis libri septimi.

d EVS OPT. MAX. Omnium parens, hominē ab exordio rectū/integrū eduxit/creauitq; inmortalē: siquidē diuinis muneribus a gratiis, donisq; instructū, diuina humanaq; sapiētia clarū, legē ei statuit, cui obtēperare facile admodū eēt/ pœnā legis trāsgressorib9 legitimā adhibuit: infœlix homo cū in amplissimo statu collocatus eēt: ut diui theologi exclamāt ꝓtinus serpētis suasiōe elat9 diuinitatē rapere exoptauit: atq; ut hic cōmodius asseq posset, mādatū dei contempsit: esuq; uetito dignitatē: in qua cōdit9 erat amisit: & mortis gehennęq; reus effectus ē usq; adeo inualuit morbus, ut p originē in omnē uiri posteritatem deductus sit: cōspexisses/uidissesq; illico post culpā erūpere, certatim uitia, oīa flagitiū quodlibet ius, fasq; existimari latū, spatiosumq; delictis cāpū patere scelus quodcūq; ꝑpetrādi licentiā eē: iustitiā terris pulsam uirtutes oēs uertisse terga specimen ac decus eaꝝ deformi successiōe, nefas occupasse: ut doloq; omnia agi fluctus excrescere appetitionū: libidinūq; obrueī magna turbine mētis, pulchritudinē: & claritatē nihil cernere animum correctū, ꝙ constās, ꝙ rōni consentaneū, ꝙ homini commodum, ꝙ eius honori, dignitatiq; conducens, intemperatum deniq;, atq; inmodestū hominis ingeniū infrenes, incōtinētesq; desiderioꝝ appetitiōes/quātęq; deinde calamitates, ꝙ incōmoda mortales inuaserit dicāt qui omnia pœnaꝝ/doloꝝ ęgritudinum genera percurrere ꝗunt: sed ne tandem homines ipsi uideamur brutoꝝ similes fieri, in quib9 nulla uis est rōnis: qbus dū taxat sensus: & ꝑturbatio dominaᵗ rōe duce nos ipsos cōsolabimur, ut eo aūt ꝓcedam9 ordine quo decet, ueteꝝ intelligam9 animos ad oē fortitudinis argumētū institutos: & de mortis necessitate cōmētemur: qs in hoc orbe nasciᵗ: q nō assidue uideat mortē sibi paratissimā eēᵗ nisi hoc ordinasset ille opifex reꝝ mūdi melioris origo, aut nos in hoc orbe fœlicitatē nobis omnem propositam existimaremus, aut quātū sensu moueremur, tātum saperemus

& intelligeremus, pręsentibus intendentes: & paululũ uel pręterita, uel futura sentiẽtes, ut inqt Cicero: corruũt ergo quæ sunt in hoc orbe singula: nec cuiq̃ suę uitę certus ẽ dies unus: quid q̧ ea q̃ uident diutius duratura, cõtinuo dilabunt: nã quæ fiunt quasi nũq̃ ruitura mœnia nobilissime fundata, superbissimeq; instructa quasi ad Cœlũ ceruices erigentia multis tempoꝝ difficultatibus ęquant solo: ubi nũc Thebę Busiridis illa tã magnifica, tantopere splẽdore domoꝝ exornata: ubi granaria Pharaonis: ubi Pyralia Babylonis: ubi Colossus Rhodius: sed ubi Gręcia: ex qua tot tantiq; duces, uiri in omni genere laudis pręclarissimi prodiere: ubi Argos cum suo Inacho: ubi Micęnę cum suo Agamẽnone & Menelao: Phthię cũ suo Achille: ubi Pylus cũ Nestore: ubi Babilõ cũ suo Nino: ubi Persaꝝ palatia cũ suo Cyro: cũ Xerxe: cũ Dario: ubi Macedonia cũ Philippo: & Alexãdro: ubi Spartani cũ suo Lygurgo: ubi Lacões cũ suo Agesilago: ubi Thębę dẽtib9 serpẽtinis ꝓcreatę cũ suis diis Bacco atq; Hercule: ubi Athenę cũ Themistocle/cũ Alcybiade/Pericle/Solõe totq; illustrib9 uiris/in omni uiuẽdi gener: ubi deniq; ne oĩa ꝓsequar, Roma illa prisca barbaroꝝ domitrix: Gręcoꝝ Imperatrix: Latinoꝝ mater: & totius orbis domina cũ suo Mutio: cum suis Horatiis: suis Brutis: suis Scipionibus: suis Marcellis: suis Emiliis: suis Fabiis: suis Metellis: atq; cũ suis demũ tot Cæsaribus: ueluti flores atq; uiolę solẽt: q̃ admiramur in mũdo cuncta deflorescũt: & a mane ad Vesperũ cõcidũt: atq; alia uitę pars: aliam insectat: & pellit: Infantia quasi lepus, pueritiã quasi uenatorẽ effugit: pueritiã pellit adolescẽtia/huic inuidet Iuuẽtus: hãc insequit uirilitas hęc a senectute fugat: senectutem prędatur decrepitas, inquam fit ut deueniat uita nostra, ꝯsuccũbetq; deniq; morti mors omnia mordet (ut Augustinus inquit) hanc Hectoris fortitudo non euitat: nec desteritas Achillis effugit: nec Herculis robur: nec Phalaridis minę: nec Gaminedis, aut Helenę pulchritudo: nec Castitas Hyppoliti, aut Dianę: nec doctrina

Socratis, aut Platonis, nec prudentia Catonis: nec continentia Scipionis: nec iustitia Aristidis, nec carmē Homeri: aut Maronis: nec oratio Demosthenis: aut Tullii: nec quisquis in hoc orbe, uel splendidior fuit Lucullo: uel ditior Mida, uel maior animo quocunq; Iulio: potuit hanc mortis rabiem nō gustare: itaq; recte Anaxagoras audita morte filii, se nihil inquit uel noui, uel inopnati accepisse: cum sciret illum ex se natum esse mortalem Cur igitur dolemus cum nostrum aliquis huic succumbit necessitati? an arbitramur posse non reficere hominem alium q̄ prius esset: si id assequi nequimus, parcamus necessitati, & cum non possumus, quod uolumus, uelimus quod possumus: ut apud Terentium est: non ne debemus sponte sequi, quod inuiti feramus opus est? & ratione potius obtemperare: q̄ tēpus sequi, quod nos ad obliuionem meroris perducat quotiens autem rationem audiemus totiens illa nobis declarabit hanc non esse uitam, quam mortales incolimus, sed eam ad quam rapiuntur uiri boni: quæ (ut ait Augustinus) uigebit æternitate memoriæ: & inmortalitate gloriæ: & in qua ut apostolus inquit, quem nunc uidemus uelut per speculum in enigmate tunc uidebimus facie ad faciem: proinde Sochrates apud Platonis Phedonem de inmortalitate animarum commentatus, optare se dicebat mortem, cum nō nisi ea uia posset ad superos proficisci: itaq; & Apostolus dicere solebat cupio dissolui, & esse cum xpo: spes enim potest esse bonis in omni re sua qui mirifice desperabāt: nam ut illud ē apud Ciceronem: cum bonis bene fit, bonis quoq; reliquis bene sperādum est: Lactantius autem per pulchre docet bona sibi fundamenta uirtutem coniecisse, cum præmia redebantur bonis artibus: torpescunt enim ingenia: & rigescit mens bona, cum uidet suæ laudi nullum esse locum: iuxta enim Tullianum illud: honos alit artes: & omnes ad uirtutes incēdit gloria: pecunia [illegible] & reliqua fortunæ bona, quæ uirtuti suppeditant necessarios usus, ut sunt, ut inquit Aristoteles ad exercendas uirtutes;

instrumenta si presto non sunt laboribus iustis debilitantur: & eneruãtur ingenia:quam ob rem & Pythagoras:& Plato: & plerique philosophantium suis studiis omnem operã adhibuere cũ curę familiares caruere:quare & Martialis iure inquit:sint Mecenates non deerunt tibi Flacce Marones:unde & illud Iuuenalis:quod si Virgilio:& cętera: merito igitur Persius ait, quod si dolosi spes refulserit numini coruos poetas & poetidas picas cãtare credas per pegaseum melos:nec sine summa diligẽtia accuratissimus ille poeta Vergilius ait:si te fata uocant:nam Auctoritate Iuuenalis illud uerum esse cernitur:haud facile emergũt quorum uirtutibus obstat res angusta domi: hodie uero nemo bonis doctisque donat:aut pauperes contemnuntur:& quantum quisque sua nummorum seruat in archa:ut dixit Satyrus: tantũ & fidei:quare cum uirtuti fortuna fauet,mirifice gratulandum est,& gaudendum nobis:qui eadẽ(ut Tullius ait) in causa uersamur:qua &tu olim:uideo aũt similitudinem quandã tuorum cũ tẽporibus meis,ut qñ tu post diuturnos labores donatus es tua mercede:idemtidẽ mihi sperandũ esse ducã:Ceperã enim torpescere,existimareque nusq̃ esse uirtutis adminiculum inplorandũ quippe qui uiderem in illa Horatii tempora incidisse, cum inquit o ciuesCiues,querenda pecunia primum:uirtus post nummos:recte igitur Iuuenalis illud:diuitiarum maiestas:& si funesta pecunia templum non dum habitas nullas nummorum ereximus aras:nam ut Eruditissime Ouidius complexus est:crede mihi miseros prudentia prima reliquit:Et sensus cum re: consiliumque uenit:iacebas infimo ut aiunt:nec tibi succurrere laboranti,nec aliis abs te auxilium postulãtibus facere poteras:itaque sordescunt omnia/rubigineque contabescunt,quibus fortuna pręsto esse non solet:ita enim ager,& si natura fœcũdissimus, uberrimusque si coleretur fructus pariens: ubi negligitur, atque desertus est. Siluescere solet, & emansuescere: ac adeo arere, ut nisi refoueatur, atque stercorizetur, ab eo nihil plane spe-

randum sit:nunc uenit in mentem illud tempus,quo me cum lachrymis non nunq̃ ad commiserationem prouocabas:& fortu nam tuam deplorans,quæ foret abiectissima:& meam longe in feriorem tibi communem existimans a qua nequires adiuuari: licet nunc iisdem uti lachrymis,pro me ipso,in hac erga tuam fœlicitatem gratulatione:rogareq́ ne me deseras,nec me iacere diutius,affligiq́ tantopere patiaris:nam istam in te fortunę cõ suetudinem:& si fortuna duce collatam uideo esse,prudentia ta men tua, uirtuteq́ singulari ductam & quasi coactã censeo: est enim in cãpo Satyricum illud: nullum numen habes si sit pru/ dentia:sed te nos facimus fortuna deam , cœloq́ locamus: Iure igitur Cicero Stoycorum sententia fretus:omnes sapientes inq̃t diuites esse:& Plato uoluit uirtuti ad bene, beateq́ uiuendum deesse nihil:Sed si Peripatheticorum nos auctoritas admonet, eruditissime dixerunt fortunę bona ad uirtutes exercendas plu rimum afferre adminiculi:& uehementissime necessarias esse: nunc igitur memini me apud ueteres percucurrisse/Pythagorã/ Carneadem,Democritum:& plerosq́ alios tunc cepisse omnẽ operam adhibere philosophię,cum & curis uacauere familiari/ bus:& rebus afflixere ad uiuendum necessariis: quis enim quẽ domestica cogat egestas,in grandiorem potest uirum euadere? non ab re scriptum est:pectora nostra duas non admitentia cu/ ras:tunc & Demosthenes Athenis Demosthenes fabro natus:& Cicero Arpinas Romę magnificatus est:cum diuitię suppedita runt otium:iccirco Satyricum extat illud:quid Tullius, an ne/ aliud q̃ Sydus:& occulti miranda potentia fati? ꝙ si Boetius in nostra potestate situm ẽe uoluit:qualem fortunam fundare ma limus:luget & ipse tamen suorum aduersitatem temporum: & fatum inquit est inhęrens inmobilibus Series:qua diuina pro/ uidentia suis quęq́ nectit ordinibus:casum autem definit esse inopinatum rerum euentum:quam obrem & occurrãt oportet intempestiua,inportunaq́ mortalibus plurima: quibus & sępe

conculcentur:

conculcentur:& suffocentur interdum:& rursus cum dulcia nō meruerit,qui amara non gustauit:post pharmacum est ualitudo expectanda:& post tenebrosas procellas,Serenissima speranda tempestas:quare Virgilius ut doctissime cuncta: Aeneam inducit socios hortantem dicere cogit:uos & Scylleam rabiē,uos & Cyclopea saxa:experti reuocate animos, mestumq; timorem ponite,forsā & hęc olim meminisse iuuabit:& rursus paulopost per uarios casus,per tot discrimina rerū,tendimus in latium:sedes ubi fata quietas,ostendunt,illic fas regna resurgere Troię: in hoc tu tempus iam peruenisti:nec in illud incidisti Iuuenalis:durate & uos met seruate cicadis:expectationi tuę datus est deniq; modus:& tuarum uigiliarum solemnem fastum es consecutus:gratulādum est igitur tibi mirifice mihiq; ac cęteris bonis omnibus sperandum id ocius,quo tua intercessione,tua diligentia,tuo erga bonos studio,pręcium simus nostrę sedulitatis impetraturi:erant uenalia quęcunq; appetebamus, diminui uēditione nihil poterat:si diuites alloquebamur sphynges adibamus:disticum aut Tetrasticum non erat edendum Martialis more ut inde speraretur aliquid:& lucerna simul & Papirus terebatur:respirarunt ut uideo bonę litterę,quando tibi traduntur uirtutis pręmia:utinam hanc fortunę accessionem in te fortuna accumulet:ut quemadmodum nunc gratulamur tibi, sic instar tuę progressionis possimus nobis unice gaudere, fœliciter nunc uiuis,beatissime nunc uiuemus: eritq; gratulatio hęc eo communior,quo propensius omnes ad uirtutem stimulabit nam in Ciceronis extat illud:honos alit artes nempe Christus Saluator sua Euangelica doctrina illuxit ęternorum,atq; incorruptibiliū bonorum,quam certe suprema:& maxima:& ex prisco enunciata ęuo, nuper uero splēdore sui orbem illustrantia mortalibus cūctis exclamat:ut inquit Cæsariensis:q; nō cæcas, obruta fragiles huiusce orbis blanditias nec per breuē hāc mortalium erumnosam uitam, nec caduca mortalium commoda:

Sed animarum quæ intellectualis substantię sunt a quibus etiam Corporum bona quasi umbra consequentia dependet excelsam illam obrutis mortalib9 cuius uertex christiana disciplina est nō illa philosophantium, ac priscorum errorum plena: & ueri dei nomen ementita est: sed Christiana, diuinaq; religio uera fœlicitate inbuta, quæ iter illud Cœleste adinuenit, quam animum ad unum solum: & omnium parentem, architectorem & uerum Deum, fixam perennemq; eductionem, quæ ueram disciplinam edocet: & mortalem cum Deo opt. Max. cōiungit amicitiamq; parat cum diuinis illis spiritibus, ubi uera beatitudo nascitur ei obtemperando: & felicissimus finis consequitur, q a cœlesti illa patria excipitur, indeq; regitur: ac rursus: eo peruenturus est: quid inq̄ melius excogitari quiuit, nonne ęterne lucis splendoris ueritatis, & omnium quæ optima dicuntur & sunt: ipse fons & uertex, atq; elargitor est, an non ipse ut cuncta sint & adiuuāt rem omnem: & originem exordiumq; complectitur quo ergo carebit, qui dei munere perennem illam gloriam adeptus est, qui rerum omniū opificem ampla dilatione sibi astrinxit, atq; qui parentem, defensoremq; illum sibi asciuit: hanc inq̄ splendidam mortalium ad deum cōiunctionem ab illo deo omnium parente emissus deus uerbum quasi lucis infinitę omnibus ostendit: non hinc, aut aliunde, sed ubiq; cunctis mortalibus ad Deum illum omnium artificem, hanc dei erga mortales dilectionem, quia Iesus dei opt. ac summi parentis uerbum est: ipse quoq; Deus non aspiciens ad mortalia noxa, criminaq;, sed se ipsum eis contulit, ac condonauit (ut sacra edocent eloquia) omnibus enuntiat, uenitq;: namq; ait uates diuinus, anūciauit, pacem illis qui longe sunt, & pacem illi qui prope sunt, & alius diuino afflatu eductus: recordabuntur, inquiens: & reuertentur ad dominum omues fines terrę: & adorabunt coram eo omnes patrię gentium: & rursus dicite in gentibus, quia dominus regnauit, etenim firmauit orbem terræ, qui non commo

uebitur,alius siquidem disseruit conspicuus erit dominus in ip sis,& conteret penitus deos omnes gentium terræ,adorabuntq; ipsum singuli e loco suo,cuncta hęc a diuinis illis uatibus enunciata olim,ac predicta extitere: & omnia magna expectatione ab iis expectata fuere proinde ueritatis cognitionem quæ ex promissa prius extiterat uerbum dei scilicet,q; nuper de Cœlo ad mortales descendit pręclara illustriaq; opera, atq; miracula quæ peregit ante expromissa, anunciataq; opere ostendit:uerum enimuero postq̄,ut inquit Marianus eximius Theologus: illi qui primi creati fuerant homines, propter inobedientię crimen terræ huius dei maledicto damnate coloniam pro paradisi delitiis commutarunt,non ipsi modo, sed & genus omne nascentium per orbem terræ diffusi:non mores ad honestatem:nō ad iustitiam leges non dei cultum ad uitę innocentiam temere: sed ferarum ac beluarum magis per diserta uagi nullis sedibus uagabantur:si qua uero in ipsis boni semina naturaliter sparsisset clementia conditoris,uelut nullis subacta culturis, longa soli sterelitate elanguerant:& nefariis sceleribus in se ipsos augentes,plus audent,q̄ ut indulgeri, remettiue possit, donec nefarios ausus ultio diuina,nunc inundatione diluuii/nunc ignei imbris uastatione compescit,& immanitatem scelerum penarum uarietate cohercet,sed quoniam creatori suo humanum genus omne inobedientię morbo corruptum, emendandum uidebatur,potiusq̄ delendum, tam largum unde homini refugium non daretur:ille ipse miseratus errorem, qui in principio erat apud deum,deus,uerbum,& sapientia patris reuocare de tenebris perditum dignatus est hominem,non in alia q̄ in hominis specie,ut ipsa natura,quæ diuinæ celsitudini irrogasset, illa eadem pœnam pręcio depenso persolueret: nec secus nobiscum Christus egit,q̄ alius quispiam, qui hominem morte damnatum ipse innoxius eximat,malens ꝓ eo mortem obire, q̄ capite ille plectatur,ue? parari nobis aduersus tam sanctum ecclesię

dogma suum certaminis conflictum cernimus, in quidem non minuti philosophi: Sed ęcclesię doctores insignes: & opinatissimi laborarunt, cur esset, quid ue causę daretur, ut hominum quisq; pro quo in Deum proximum admisso scelere, siue homicidii crimen sit uel Idolatrię, quibus minus danda uenia uideretur adiutus gratia deo satisfacere possit: utq; cum Hieronymi utriusq; testamenti repetamus exempla Petrus trinam negationem, trina cōfessione deleuit: Aaron sacrilegium: & conflatum ex auro uituli caput fraternę correxere pręces, Dauid sancti: & mansuetissimi uiri adulterium simul & homicidium, septem dierum emendauit fames, iacebat in terra, uolutabatur in cinere: & oblitus regię potestatis lumen quęrebat in tenebris: ipsumq; tantum sitiens quem offenderat lachrymabili uoce dicebat: Tibi soli peccaui: & malum coram te feci: & rede mihi letitiam Salutaris tui: & spiritu principali confirma me: & audire meruit, abstulit Deus peccatum tuum a te: hoc idem, & Manassem in Paralipomenon: hoc & Niniuen fecisse legimus prophe ta: publicanum in Euangelio, quibus primus non solum indulgentiam, sed & regnum recipere meruit: alius inpendentem dei fregit nam: tertius pectus mulla cesione collidens iustificatus habiuit: si igitur utriusq; testamenti oraculis instruimur: & exēplis, non esse tam atrox scęlus, nullum tam inprudens facinus q; ueluti cadentium saxorum correptum aliquem ruina fatiget unde diuina gratia cōuelli alleuatione non possit: cur cuiq; pro originali culpa locus uenię non detur: solui itaq;: & inapertum duci tam uehementem & asperam quęstionem hęc nostra sibi deposcit oratio: q; si potuerit obtineri uoluptatem magnam hiis omnibus portam esse non dubitem qui incarnationis uerbi dignoscende causę auidius indulsissent, duo satisfactionis genera nobis esse tradidit antiquitas, alterum quo inrogate iniurie culpa simul pensatur & damnum, ut siquis limitem inuaserit alienum, aut agrum paternū uicinum exturbauerit, perfecta satis

factione obstrictus, non modo ablata reficit: sed ꝙ temeritate pulsus, quasi in libera Ciuitate seditionem excitauerit: meritas pœnas pendit: alterum uero quo admissi sceleris inpunitate data, ad damna solum quæ intullerimus reficiēda impetimur: ueluti si quispiam non consulto, sed casu magis, inuitus/non sponte sua alieno imperio, non ductu suo, non hortatus alios, sed ab aliis impulsus alterum leserit: facile errori locus ueniȩ tribuatur sed quantum ipse damni sui culpa intulisset, tanta rependendȩ pecuniȩ pœna mulctabitur: enimuero nec in uno quidem peccatorum genere uel eorum maxime, quibus cȩcatis oculis a luce ueritatis auertimur spretoq; summo, ac peremni bono malis uoluptatibus inplicamur a quoq̄ potest pro diuinȩ celsitudini irrogata contumelia plene satisfieri: cum semper culpȩ ab eo in quē contorta fuerit magnitudo pensetur, sȩmperq; cum diuina inmensitate humilitatis nostrȩ inbecillitate collata maius sit ꝙ erratum est, q̄ ꝙ a nobis diuino possit honori omni nixu, omni satisfactione rependi: ast ubi delinquenti cuiq̄ ab Deo Opt. Max. pro culpa esset uenia data nec quidq̄ in eum ob sceleris patrationem uindicandum statuerit sed solam damni habendam esset rationem minime inficiaremur, posse quidem illum pro mortali peccato deo facere satis, pro originali uero non posse: hoc autem inter originale: & mortale distare, peccata: Bonauentura, Thomas: & Egidius, Romani nominis: & Augustiani ordinis, seu religionis decus, auctores sunt: mortale uidelicet defectionē esse uoluntatis, originale uero corruptionem nature: & hȩc ita suapte natura ita distincta esse, ut primum singularis personȩ signatȩ malum, alterum uero propagandi generis putetur uitiare principia: & illud uoluntatis libertate uarium hoc uero naturȩ, stabilitate perpetuum: ergo defectionem uoluntatis a bono inq̄ quidem mortalis culpȩ patratione sitium quia singularis personȩ unicum malum est: & idipsum uoluntati uicissitudine uarium non negauerim per usum gratiȩ innocentiȩ

posse restitui, & ad meliora reuersum, quis ille fuerit satisfacere deo, originalis uero culpę reatum, cuius tanta fuisset uis, ac morbi malitia, ut delinquente uno cæteri omnes nullo admisso crimine, quia ortum ex eo dumtaxat habuissent damnarentur, in quo scilicet essent generis nostri infecta semina: & propagationis ipsius uitiata principia ut quicquid inde esset exortum uelut deinfecta massa prodire infectum: haud quaq̃ posse singulari gratia reparari affirmauerim, nisi redemptor tantum generi profuturus esset humano, quantum primus ipse commaculato offecerat: proinde oportuit nostrorum futurum criminum redemptorem non modo ab originali culpa liberum esse: sed tanta diuinitatis gratia compleri, ut humanum genus omne suo rore perfusum passim uelut aquarum uenas gratiam resudaret, fieretq;, ut quemadmodum Adam ille uetustior cunctos uel immetentes crimini suo fecisset obnoxios: sic iste omnes iustificaret a culpa, tam & si minime commeruissent: exactissime hunc locum ad Romanos perstringit Apostolus, qui nec fortibus modo: sed etiam fulgentibus armis in scripturam campo prçliatus est: dicens, sicut per unius hominis inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi ita per unius hominis obedientiam iusti constituuntur multi: ac si dicat: sic de ligno homine uno gustante, in omnes mors ipsa regnauit: sic non qui gratię sumus ubertatem nacti, & abundantiam Iustitię consecuti per unum Iesum Christum in ligno pendentem: & uita patiemur: & regno, cuius & fratres sumus effecti: & unius corporis membra, nec illi inhesimus, q̃ capiti corpus: hinc prçclare Cyrenẽsis antistes: quis inquã uelit hominibus, q initiati nõ sint diuinas institutiões afferre? quis uero ẽt rite initietur? nisi qui fideli animo apud se ea conseruet q̃ a prçceptoribus dogmata allata sint? quo aũt pacto fidẽ habeat nouis, ac recentibus rebus, qui prius ex animo non depulerit quæ male prius insita sibi fuerãt

uera igitur ea sententia esse deprenditur, quæ est apud Euripidem in Phoenissis: ęgrota ratio pharmacis eget sanis: Idē quoq; Tragœdus asserit, deum illis suppetias afferre, q curari deside rent: inquit enim deus: laboranti manū facile porrigit: magnū itaq; opere pretium est in fide, ut enim inquit Pythagoricus Epycarmus, mens uidet atq; audit, sunt cætera surdaq; cęcaq;: Ipse etiam Heracletus nos adhortatur, ut ad fidei hospitium di uereamus, inquit enim: ne speretis, ꝙ sperare non est, nequaq̄ inuenietis quod inscrutabile dubium, inacessumq; est: & sane qui aurum rimantur altis apertionibus terram effodiunt parumq; persępe auri inueniunt, ꝙ si propter pauca ramenta auri q̄ maximum ii laborem, discrimenq; subeunt: Quis enim erit adeo diuinis rebus infensus, qui malit ociosus cessare q̄ doctrinam dei percipere, quæ inmensam quandam utilitatem, lucrumq; adducit: nemo itaq; uestrum amici homines fidem accuset: quando & Aristotelis fidem esse ait scientiæ indicatoriū/ & Epicurus presumptionem rationis, ac discursus eam appellat: inquit enim presumptionem accepta cognitione euadere in ipsam rerum aprehensionem: cæterum pro ut ipsi diffinimus: Fides est uoluntaria quędam animi compositio, & conuentio, uel latentis, ac remotę rei uisio quędam & contemplatio uel circa id ꝙ uere est animi adhęsio, & constantia, rerumq; inuisibilium aprehensio quędam naturæ compar & congruens aut ita fides est insita credentium animis citra ambiguitatem aliquam, dispositio, indiget autem fides cognitione, sicut & cognitio fide indiget, neq; enim esse potest fides sine cognitione, neq; cognitio sine fide: sed hanc tamen seriem inter se habent: ut cognitionem fides pręcedat, subsequatur autem fidem cognitio: hanc uero subeat appetitus / ac postremo appetitū rei functio/ & actio subsequat: par est enim ut prius credat qui uelit adiscere, partaq; cognitione, appetitu enim aliquo cōmoueri

motum deniq; ac impulsum, agredi aliquid ac peragere: nunq̄ enim prima elementa perdiscet, qui litteratori fidem nō habeat ita esse primam, ita secundam litteram appellandam, pariq; rationi de cęteris intelligendum: nam si forte iis intercedat, neget q; primam litteram dici oportere: alio autem quodam nomine uocandum esse nunq̄ profecto bene perdiscet, q; in re est: sed errabundus circumuagetur, falsumq; pro uero sibi assumet: at si pręceptori fidem habeat eiusq; legibus obsequendo quæ sunt discenda percipiat, ipsam illico fidem cognitio & scientia subsequetur: ita & Geometrę fides habenda est, dicenti punctum esse, cuius pars nulla sit dariq; longitudinem quæ omni careat latitudine hoc autem nullus unq̄ sermone aliquo demonstrabit sic esse: nam si latitudine priuaueris longitudinem utiq; cum latitudo simul tolletur ex oculis longitudo: sed tamen ita iubet intelligi Geometra cui perq̄ facile credit, fidemq; habet, qui lineares illas figuras auet perdiscere: ita & astronomis credunt qui eorum scolas accedunt, cum uidelicet & astrorum numerū colligunt, uel intercapedines metiuntur, quibus a se inuicem distant: quodq; insuper stadiorum milia: cœlum q; oculis intuemur a terra subductum sit, cumq; in ea tradenda dimensione, magna sit inter Astronomos differentia, alii siquidem quadrigesies, septuagesies dena stadiorum milia interesse aiunt alii pauciora non nulli uero plura, suis tamen discipuli pręceptoribus se accomodant, creduntq; ita rem esse, sicut ab illis dici audierunt, de ipso etiam Sole, magna rursus inter illos est disceptio: Anaximander enim, atq; Anaximenes, uicies septies maiorem q̄ terra sit esse illum affirmat: quis igitur satis proq; dignitate dissidium hoc irrideat? neq; est enim inter eos, de parua quadam dimentione dissentio: Sed de inmensa / potius / quasi infinita, quantumq; uix ullus oratione possit exprimere: quis enim terram omnem metiendo comprehendat: tum septies, ac uicies repetita terræ mensura, rationem subducat,

eamq; conferat ad humani pedis mensuram: & tamẽ sunt qui aliis philosophis magis adhęreant: atq; ex fide quam habent, alii quidem hęc, alii uero illa affirment: quid itaq; illorum fidem quãq̃ longissime a ratione errantem laudando extollitis? solam uero nostram accusatis? eiusmodi quidem fabularum expertem, quę uero diuina sunt, soloq; intellectu percipi possunt intellectu percipientem: hinc Valla peritissimus disseruit fidẽ adhibendam philosophis, ac poetis, ac historicis, quatenus non a recto, diuinoq; cultu aberrant: & ex Platonis & aliorum philosophantium qui recte in aliquo censere elicitur inquiens, principio si quid momenti antiquitas habet, ut certe habet, poetę philosophis, immo sophis, antiquiores fuisse reperient: Siquidem Homerus, atq; Hesiodus non modo ante illos quoq; septẽ qui sophi idest sapientes sunt uocati extiterunt: q; si in eadem materia & hi, & illi uersantur, profecto apparebit plus esse penes priores, q̃ posteriores auctoritatis, laudis, dignitatis, an nõ in eadem materia utriq; uersantur: quid enim habent hii qui se studiosos sapientię uocant, q; poeta non tractet? non ne Empedocles, Aratus, Lucretius, Varro de naturalibus, ac cœlestibus disputarunt: non Virgilius de aruis, uinetis, arbustis, animalibus, animasq; etiam defunctorum, adiuncta phisica ratione cecinit: nõ multi de medicina uersibus cõscripserũt: quid aũt ad moralẽ pertinet Satyrici aliud q̃ disputando p̃cipiendoq; mores informãt: ad quẽ ipsum finẽ Tragici/Comici/ cęteriq; poetę sed sub persona tendunt: nã de dialectica scribere uersibus quodãmodo ineptũ sit: utpote dura quadã scientia & aspera, quãq̃ nõ defuerũt qui & de hac, & de cęteris liberalibus artibus poemata panxerit: quare quisquis est, qui poetas nõ dico in numero philosophantiũ non ponat: sed cur existimet minus hiis qui se peculiariter philosophos appellant, hoc nomine dignos esse qui etiã priores philosophari cęperunt / & ubi ab istis differunt melius philosophantur? habet enim instinctio illa sapientiæ

ſub perſona miram quandam auctoritatem/& quaſi maieſtatē cum eximia modeſtię laude coniunctam: ut apud Homerum, cum legimus, quid egerunt, dixeruntq;: Neſtor, Agamemnon Priamus, Hector, Anthenor, multo magis ad uirtutem incendimur: quam ex ullis philoſophoꝶ preceptis, adeo quoq; ipſum authorem tacita quadam charitate complectimur: nam precipere aliis uelle, fere odioſum eſt, ꝙ arrogantiā & tumorem animi olet: mens enim noſtra ſublimis ac ſuperba, ut rectam preceptionem tanq̄ a ſapientiore dedignatur accipere: ſic eidē oblique per exempla & blande ſubeunti acquieſcit: cum preſertim illa uelut pictura perſonarum, & ſpem inducat animo, & ſtimulos emulationis incutiat: ex quo Horatius tantū ſuo iure: ſed uere de Homero loquens: poetas uno eodemq; in loco non modo philoſophis comparat, inquiens rurſus: Quid uirtus, & quid ſapientia poſſit: utile propoſuit nobis exemplar Vlixem, uerū etiā antefert, cum inquit: quicquid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non plenius ac melius Chriſippo, & Cratore dicit: ꝙ ſi uel pares uel ſuperiores philoſophis cenſendi ſunt poetę: reliquū eſt/quare non ſunt hiſtoricis maiores ne dicā pares, oſtendant, in quo illud pro noſtra in poetas beniuolentia donamus: hiſtoriam non fuiſſe poeſi priorem: & ſi prior fuit: nam ut apud latinos priora ſunt annalia, q̄ poemata: ſic apud Gręcos, & Dares phrigius, & Dictiis Cretenſis: ſi uero fuerunt priores Homero extiterunt: nec fieri poteſt, ut poetę figmenta ſua, nō in rerū geſtarum ueritate, uelut fundamentis ędificent: nam ne quid de antiquis hiſtoricis dicam, quorum eſt Trimegiſtus, quem Mercurium putant certe Iupiter ipſe in columna aurea, ut eſſet monumentū poſteris, geſta ſua perſcripſit: ſed hęc ut dixi donamus, ſatis habemus demonſtrare cum idem ſit propoſiti hiſtorico ꝙ poetę ut proſit, etiam delectet nimirū tanto robuſtiorem eſſe, quanto eſt uerior: at non uerſatur circa uniuerſalia, immo uero uerſatur: nulla enim cauſa huius operis eſt, q̄ per exempla

nos doceat: unde a Cicerone laudata his uerbis est: historia testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuntia ueritatis: an est quisq̃ qui credit admirabiles illas in historiis orationes utiq; ueras fuisse, & nõ ab eloquenti, ac sapienti opifice/ personis/ temporibus/ rebus accomodatas? quibus nos eloqui/ & sapere docent: q; in eius natura personarum grauissima testimonia/ q; laudes/ uituperationes/ multa alia doctrina/ atq; sapientię plena: nonne in uniuersum precipiunt: neq; uero si solam/ ut sic dicam cutem rerum respiciamus/ super poesi tendit ad uniuersalia: nam Pyndarus/ Simonides/ Alceus/ aliiq; Lyrici/ singulorum laudes/ & quidem uiuentium/ ne dicã mercede/ cecinerunt elegiacos/ & eorum similes transeo/ qui suos amores plerumq; tractauerunt: & contra Zenophon/ magis optimi regis effinxit/ q̃ ueram Ciri exposuit uitam: nam de Esopo taceo/ qui fabellas prosa oratione composuit/ pudor me tenet/ & reuerentia Homeri/ atq; Virgilii/ plura de hac re exquirendi: ideoq; iam historiam comparabo cum istorum, qui nobis litem intentant philosophia/ quorum nemo merus professusq; philosophus comparandus est/ neq; Homero Grecus/ neq; Virgilio latinus/ immo ne Salustio quidem ac Liuio/ non nullisq; aliis historicis: etenim ego quantum quidem iudicare possum/ plus grauitatis/ plus prudentię/ plus ciuilis sapientię in orationibus historici exhibent q̃ in preceptis ulli philosophi: & si uera fateri non piget ex historia fluxit plurima rerum naturalium cognitio/ quam postea alii in precepta redegerunt: plurima morum/ plurima omnis sapientiæ doctrina: siquidem historicos philosophis priores fuisse docuimus: & si diuinorum hic quoq; facere mentionem uolumus: & Moses historicus/ quo nemo prior scriptor extat/ nec sapientior: Euangelistę qbus nil sapientius/ nil aliud q̃ historici sunt appellandi uerũ ut contra gentiles/ gentilium documentis agamus/ sicut superius fecimus: ita hic ad extremũ eam partem ubi questio est/

Quintiliani testimonio cõfirmemus, qui ait, neq; ea solum quæ talibus disciplinis continentur: sed magis etiã quę sunt tradita antiquitus dicta, & facta pręclare & nosce, & animo semper agitare conueniet: quę profecto nusq̃ plura, maioraq; q̃ in nostrę ciuitatis monumentis reperiemus: an fortitudinem, fidem, iustitiam, continentiam, frugalitatem, cõtemptum doloris, ac mortis/melius alii docebunt q̃ Fabritii, Curii, Reguli, Decii, Mutii aliiq; innumerabiles: quantum enim Gręcis preceptis ualent, tantum Romani, q; est maius exemplis: hinc Orpheus: Dignis sancta sequar procul hinc arcete prophanos: dux itaq; uestra sit fides, nimirũ & scientia subsequetur, pure siquidem ingenueq; credentibus, ille in quem creditur deus, cognitionem/scientiãq; concedit, fideiq; adiuncta cognitio perficit scientiam ueritatis, quam qui assequatur in mirũ felicissimus est habendus: hoc & suis legibus Plato ostendit inquiens, oportere eum qui sit beatus felixq; futurus ab initio statim ueritatis esse participẽ, ut q̃ plurimũ uitę tempus cum ueritatis usu traducat: illis enim qui fuerunt ueritatis participes quiq; dignam accepta ueritate uitam peregerint: cœlum maxime conuenit, angelorumq; cõuersatio: qui autem careat ueritate, neq; illius quasi sacris initiatus sit/ex persq; uixerit diuinorũ; purissimorũq; mysteriorũ: tum & his tantis, ac talibus carebit bonis: tum uero, & supplitiis adicietur ęternis: hoc idem rursus Plato asserit in Phedone: ait enim hęc illos dixisse qui initiatorũ ritus tradiderunt, q; quicũq; ad inferos mysteriorũ expers, ac minime initiatus descenderit obrutus desidebit in cęno: at qui purgatus initiatusq; fuerit cum diis habitabit/ad illorũ sedes profectus: credite igitur saltem uestris philosophis o amici qui uos pręuia quadam traditione disponunt: atq; ad nostra pręcipienda erudiunt: uidentur enim auibus esse persimiles quas uocales/oscinesq; appellant: hęc namq; imitantur quidem humanã uocem, dictionũ tamẽ quas proferunt sensus ignorant, pari quoq; modo & ii cum diuinis rebus differerent

ignorabant

ignorabant eorum ueritatem quę loquebantur: digni sunt autē ut mihi quidem uidetur aliqua uenia cum neq; prophetarum, neq; apostolorum preuio lumine ducti fuerint: sed una tantum natura duce usi sint/cuius impressa nobis olim diuinitus monumenta inuectus error impietatis deleuit, reparauit tamen corū non nulla ipse idem qui ea condiderat ab initio: neq; penitus abolita esse permisit suam hominibus prouidentiam per mundi creaturam manifeste significans: id uerum & ipse Paulus apostolus ostendit: cum apud Listros concionaretur, etenim prętercum plura alia, & hęc inquit: qui in pręteritis generationibus permisit omnes gentes ambulare in uiis suis, neq; tamen sine testimonio se seipsum dimisit benefaciens: nā & pluuias de cœlo uobis dedit, & tempora fructifera implens nutrimento, & lętitia corda uestra, nam genus quidem quod originem duxit ex Abraam: tum lege diuinitus lata, tum ex prophetię gratia fructus maximos cępit: alias uero gentes ac nationes per naturæ legem, perq; humanę creaturę inspectionem gubernator deus ducebat ad pietatem, ac ueluti pluuiā precipue quidem cultis, subactisq; agris & humano generi consulat munificus, & liberalis deus infundit/ex ubertate autem & copia liberalitatis quoq; ipsas solitudines, montesq; irrigat: & arata quidem regio mitiores fructus/nobisq; congruentes, inarata uero siluestres inmitioresq; producit/uidemusq; persępe se pulchris & parietibus caprificos innasci, ita & scientię donum/precipue quidem piis hominibus datum est; illis autē qui huius notę nō sunt, datur quidē scientia/sicut pluuia dari solet desertis/ac siluestribus locis: hinc & sępe numero quędam producūt/quę pro esculentis habenda sunt, quęq; cultorum agrorum fructibus sunt similia: cū tamē manifeste appareat, ea prophetice agriculturę esse expertia asperitatem enim nescio quam/atq; amaritiem inmixtam habent: igitur qui iudicio, ac discernendi facultate prediti sunt, quę sibi usui fore cognoscunt inde sumentes, aliqua missa faciunt: ut

qui rosaria demetunt/ spinas quidem intactas dimittunt rosarũ uero calices legunt ipsis quoq; apibus hanc natura legem instituit/ ut non solum floribus qui sunt dulces insidant: sed etiam qui amarulenti, cum tamen solam dulcedinem hauriant/amaritiem autem auersentur/ ac ex diuersis qualitatibus/ amaris uidelicet acerbis/ austeris/ acutisq;/ mel hominibus q; dulcissimũ est conficiant: harum itaq; nos & exempla sectati e uestris illis amarulentis pratis/ dulce nobis/ac per q̃ utile mel componim9 ac ueluti corporum curatores uenenatis feris: atq; serpentibus salutares medicinas conficiunt: deq; ipsis uiperis alia quidem reiicientes: alia uero elixantes, multos harum rerum presidio morbos propellunt/ita & nos uestrorum poetarum/ historicorũ philosophorumq; monumenta uersantes, alia ex his noxia, & pestifera declinamus, alia uero sparsim nostrę inserentes doctrinæ auxiliarem uobis ac salubrem curationem afferimus: quosq; ipsi aduersarios nobis esse existimatis eos nostrarum rationum q̃ maximos fautores fideiq; doctores esse ostendimus: sic & diuino freti auxilio aliam nobis ac salubrem protinus institutionem trademus: uos autem cum didiceritis, quantopere fides necessaria sit illud quęso Pythagoricum silentium adamate: uestrasq; aures cum attentione uerbis nostris accomodate, fideliter atq; ingenue quę dicuntur excipientes, ita enim breui poteritis ueritatem perdiscere: hinc uiri illi illustres, & doctrina, & uera religione, ac ratione inbuti, ut Tertullianus, Cęsariensis/ Cecilius, Iustinus philosophus & prestantissimus martyr, & alii per multi præclari, si opus enim mortem pro ipsius amore & gloria strenuissimorum militum, ac martyrum exempla inflammemur, incendamurq;: & id ipsum eo libentius facere parati simus, quo domino Iesu asserente intelligimus prophetas, & sapientes, atq; scribas, hoc est homines diuino spiritu afflatos, cœlesti sapientia inbutos, & in ecclesiastica hierarchia edocendi officium habentes, nõ modo dei promissione, quinimmo

in uoluntate, & ordinatione acerrimis suppliciis, mortibus, flagellis, ac uariis tormentorum generibus in hac uita esse deputatos: uerum quia plurimi sunt, & fuerunt qui ob hanc unam rem deum incusent, & ipsius iustitiam in afflictionibus bonorum omnium commodent, ii potissimum sunt: qui perditissimis moribus suis remota omni molestiarum asperitate luxuriose, ac delicate uiuere cupiunt, statui in presentiarum de afflictionibus, pressurisq; bonorum martyrum scilicet aliquid disserere, breui explicare, qui enim inspectis, aut intellectis bonorum afflictionibus & pœnis de æterno patre, & rerum omniū conditore deo: deq; ipsius iustitia maledicendo quęruntur duo quantum arbitrari possum hoc uno fundamento, q̄ q̄ uano & inutili moueri uidentur: nihil ut aiunt indignius, nihil iniustius q̄ cum qui careat culpa/pœna/ supplitio ue non carere, quia ubi non reperitur subesse culpa, ibi ut iura uolunt, nulla est imponenda pœna: sola namq; culpa iure merito quam in pœna est ordinanda, lex deinde ęterna, Augustino etiam teste, peccatores dictat esse puniendos, bonos autem & iustos glorificandos: contra igitur ęternam legem ipse deus qui ęterna lex faceret, si bonos & iustos pœnis, & suppliciis quo uis modo afficiendos decerneret, his itaq; argumentationibus maligni quidam: atq; peruersi homines de se ipsis, atq; ingenio proprio nimium pręsumentes, diuinam in rebus humanis prouidentiam, aut omnino negant/ aut iniustam esse impudenter affirmant: quorum rationibus haud sano intellectu deductis q̄ facile respondendū censeo/ si catholicis sanctorum dictis paululum intendemus/ in his enim rebus/in quibus non apparet diuina iustitia/ salutaris est diuina doctrina/ nulla unq̄ pœna, ut sacri codices attestātur, & theologorum omnium affirmat opinio/ homini fuisset inflicta/ si aliqua non pręcessisset culpa, omnes enim qui in illo primo uno parente fuimus/ quando ille unus corrupit/ qui per fœminam lapsus est in peccatum, innumeris tunc pœnis,

& infinitis tunc fere calamitatibus ita obnoxii facti sumus, ut non quis uel breui mora in hac miseranda uita consistat, quin miseriis & afflictionibus plurimis uariisq́ undiq́ periculis & inopinatis semper subiaceat casibus/unde unusquisq́ cum nascitur, & hospitio huius mundi excipitur/initium sumit a lachrymis, anxietates enim & procellas fluctuantis uitæ, quas homo ingreditur in exordio statim suo ploratu/& gemitu rudis adhuc anima testetur, huius autem nostræ naturæ conditor qui hominem rectum creauit, cum sit utiq́ deus uerus, & iustus, namq́ profecto in has miserias nos ipsos deiecisset/nisi nimis grande peccatũ in homine primo, de cuius stirpe omne genus hominum fuerat educendum præcessisset: præter hęc autem mala huius uitę quę bonis, malisq́ communia esse uidentur, quæ miseris mortalibus ob infelicissimam prothoparentis nostri culpam indiscrete eueniunt; habent etiam iusti proprios quosdam labores, cruciatusq́ non nullos maiori, & mirabiliori gratia saluatori eis immissos: immittit aliquando deus atrocissima flagella impiis, & sceleratis hominibus, post longam scelerum eorum impunitatem: ut in Antiocho, & Herode, & aliis q̃ pluribus patuit: & hoc uel ad initium pene ostendendum, quatenus hic uideatur q̄ in inferno sequetur iuxta illud/duplici contritione contere eos, uel ad iudicandum suę institię serenitatem, quã multi quasi de impunitate securi, uel nullam esse crediderunt, uel omnino contempserunt: si nullum ergo peccatum nunc manifeste puniret deus, q̃ q̃ multa ultimo iudicio punienda reseruentur nulla esse diuina prouidentia crederetur, in hoc autem genere flagelli pręsciti tantummodo, & adeo reprobati flagellantur quorum uindicta hic incipiet, & usq́ ad extremam damnationem durabit scriptura approbante, quæ dicit ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq́ ad inferni nouissima: plerumq́ tamen & ipsi boni cum malis etiam flagellantur, quãuis

inęternum minime puniantur: & hoc ideo ut inquit Augusti-nus doctor ęgregius: quia boni damnabilibus impiorum hominum uitiis q̄ ſępiſſime parcunt: dum ab eis admonendis, obiurgandis, & corripiendis male diſſimulant: flagellantur enim ſimul cum malis, non quia ſimul agant malam uitam, ſed quia ſimul amant temporalem uitam: non quidem ęqualiter, ſed tamen ſimul, quam ipſi contemnere deberent mali ab eis correpti, atq; correcti conſequerentur ęternam: Sic Heli ſummus ſacerdos, qui (ut ſcribitur) in ſe bonus erat ceruicibus effractis occubuit, quia filios peccantes efficaciter non corripuit: habent boni deinde & iuſti alias cauſas quare temporalibus affligantur malis: quare etiam cęcus a natiuitate fuit, id flagelli pro tempore habuit, ad manifeſtandam filii dei in eo liberando uirtutem, nec id iniuſte quidem: quia omnes nos in manu dei, ſicut lutum in manu figuli: nemo pręterea tam bonus eſt qui nihil peccet: immo ut Hieronymus ad Oceanum inquit, res pene contra naturam eſt, ut ſine peccato aliquis ſit: unde & Augustinus quoq; ait: quis ita ſe uiuere pręſumat, ut dicere deo, dimitte nobis debita noſtra neceſſe non habeat, ſepties etiam in die cadit iuſtus: ubi Hieronymus uocabulum iuſti non amittit, qui ſemper penitentiam reſurgit: Flagellat itaq; deus bonos & iuſtos, quos etiam leuibus culpis pro fragilitate humana uidet eſſe implicitos, eoſq; caducis ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari non ſinit, periculoſa namq; res eſt homini ad peccandum prono & facili conſuetudo & iucunditas humanæ uitæ, quo fit ut niſi quis ad conditoris ſui cognitionem plagis interdum & uerberibus excitetur humanis illecebris, & ſuauitatibꝰ mortiferis q̄ facile capiatur, mala uero quæ hic premunt, terrenis fragilibuſq; contemptis ad Deum nos ire compellunt: niſi enim Paulum ſtimulus carnis afflixiſſet fortaſſis magnitudine & excellentia reuelationum apud ſe met ipſum elatus dei gra-

tiā perdidiſſet: Cū uexamur ergo, ac premimur quid ſimus, & quid natura, & ingenio proprio ualeamus facile dignoſcimus: propterea Democritus ille rerum humanarum contemptor dicere ſolebat: nullus mihi uidetur infelicior eo cui nihil unq̄ euenit aduerſi, non licuit ſe experiri: recte inquam deus cum bonis agit, quos pro liberis habet, cum eis in hac fallaci uita commorantibus flagella ſępius inmittit, & iniquorum poteſtati eos aliquando tradit, uel ad execrandam uirtutem, uel ad tollendam ſi quam habent corruptelam: Iſraeliticus namq; populus omnipotenti deo peculiaris ac delectus: Iccirco ab Aſſyriis, & Babyloniis uexari ac dilacerari permiſſus eſt, ut uexatus dilaceratuſq; factorem deum ſuū agnoſceret, agnoſcendo uero & amando, ab eius mandatis non diſcederet: unde & ſpiritus ſanctus in Deutronomio populum ſuum per Moſen ſic alloquitur: Dominus deus tuus uexabit te, & famem iniiciet tibi, & cognoſcetur in corde tuo ſi bene cuſtodieris precepta eius, ſiue non: Sed quid afflictam, aut flagellatam aliquando Hebreorum gentē cōmemoro? nunquid neſcimus Chriſtianum populum prętioſo filii dei ſanguine redemptum, toties flagellis & perſecutionibus grauiſſimis a deo fuiſſe exanimatum totiens malorum poteſtati, & imperio diuina permiſſione traditum, toties percuſſum & obtritum: omitto nunc ſingulas huiuſce noſtrę religionis perſecutiones, nam ab ea q̄ Iudei, poſteaq̄ Chriſtus aſcendit in cœlnm immaniter exercuerunt, ubi Stephanus lapidatus prothomartyr, ubi Iacobus frater Ioannis gladio trucidatus, ubi apoſtolus Petrus ut occideretur incluſus eſt/ & per angelū liberat9/ ubi fugati/ atq; diſperſi de Hieroſolymis fratres quis tā facundus/ & tanta rerū/ uerborūq; copia inſtruct9 exiſtet ut decem illas Cæſarum perſecutiones nefarias quidem & execrabiles ſufficienter enarret/ ut tyrānos & infeſtiſſimos chriſtia

ni nominis hostes commemoret? ut barbarorum omnium qui Christianam deuastarunt ęcclesiam impetum & furorem expli cet:& ne recentiora omittamus, ut inmundissimi Maumethis & sacrilegi hostis truculentam in nos rabiem deploret? nam si ueteres scrutemur historias quis unq̃ Tyrannorum fuit q̃q̃ cru delis,& immanis qui nobis tantum iacturę fecerit:qui Christia nę rei pub.tantum dispendii atq; ruinę intulerit, quantum per fidus & horrendus Maumethes hac nostra tempestate fecit:hic regno Asię non contentus:nobilissimas Europę prouincias inua sit:urbes magno impetu atq; furore cœpit,regna,& Imperia oc cupauit:iam capere eius furorem insulę,portus, littora prouin cię,regna non possunt,ubiq; Christianorum strages fiunt,ma ctantur quasi pecudes innocui,qui nec pręcio,nec libidini Tur carũ sunt apti/inmundinę sectę/immo pfidissimę blasfemię suę tropheũ ubiq; ponit hostis teterrimus, templa redẽptori nostro dicata polluit,aras euertit:nomen illud q; est super omnę nomẽ a quo aliud sub Cœlo non est datum hominibus in quo saluos fieri credentes oporteat,uidelicet nomen Iesu Christi abominã dus homo tota die contemnit, atq; blasphemat: & ne deinceps sit qui hoc sanctũ nomen uel colat,uel obseruet,pueros ex chri stianis parentibus natos ritu maumetano educandos in miserã dam apud suos redigit seruitutem:quid tum postea libet exordi ri demonũ cultus tam in pius ,ut Origenes , Celius, Marsilius & Picus pręclare scripsere:& ut nos multis in uoluminibus exa rauimus,qbus sub simulachris,fictisq; imaginibus obscena sa cra fiebant:& humano etiam sanguine litabatur,annoꝝ quattu or milia aut circiter durauerat:neq; enim ad uiuum resecanda nunc res est opus enim longiore subsellio,quoniam de supputa tione tempoꝝ inter celebratos auctores non conuenit, tãta itaq; inuaserat nationes uesania sollicitãte demone &se deũ fingente ut multa ab eis fierent aliqñ,religiosaq; putarent? quę non solũ

obſcœna atq; nefaria humanę naturę intra ſuos limites con ſiſtenti ſemper fuere, uerum & brutis quoq; animantibus flagi tioſa & abominanda, miſcebantur matris Perſę inceſtis nuptiis obiiciebantur a Bactris ſenes canibus ad hoc ipſum nutritis: apud Scytas mortuorum ſepulchro infodiebantur uiui ab illis amati fuiſſent: Maſſegetum ac Derbicum mos erat propinquos & affines ſuos qui iam conſenuerant immolare, atq; eorundem carnes epulari: Carthaginenſes & alii non pauci proprios etiã filios iugulare: & demonibus quos Deos autumabant, ſacriſica re conſueuerant: non impie autem, neq; ſceleſte, ſed pie, ſed le gittime, ſed religioſe facere exiſtimabant, & diis ipſis placere qui hęc & nulla alia id genus impia, flagitioſaq; iugiter expete bant, & terrarum orbem pręter Hębreos, quorum etiam pars quãdoq; exorbitabat, ad ipſos Deos deficiẽs, uariis huiuſcemo di imanitatibus expleuerunt: & coli ſe omni genere ſcelerum procurarunt: obcęcatis adeo in uniuerſum nationibus ut iacen tem in aperto ſtipulam non aduerterent, oraculis autem po tiſſimum & reſponſis demones alliciebant, ac impię ſuperſtitio ni & peſtilentiſſimę fraudi futurorum prędictiones fere ſemper ambiguas, ſępe ſalſas, quaſi honeſtamentum, diuinitatiſq; indi cium prętendebant, in hunc cultum, uel fruſtra, uel exiguis cer te uiribus pugnauerunt ueri Dei cultores Abraam filii atq; ne- potes, Moſes item, Ioſue Dauid, aliiq; Iſraelitici populi duces: & reges quem tamen oppugnatum acerrime & expugnatũ con ſtat, ſimul ac xp̃s doctrina ſua terrarũ orbem colluſtrauit: nec ſo lum id noſtri affirmant, uti etiam ille magnus Antonius oracu la, inquiens, aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti indictio, ſilen tio obmutuiſſe, ſuoſq; captiuos pdidiſſe: hinc Ceſariẽſis antiſtes his oibus inquiẽs hac luce clarius patet: nõ dii, nõ boni demões ſed lõgi ab omni bonitate remoti hoſtes ueri dei pnitioſi hoſtes atq; impii gentilium eſſę deos a quibus, nemo pręter dominum

nostrum Iesum seruatorem humanum genus eripuit:qui Euan gelio suo uniuersis Barbaris,simul & Grȩcis,huic morbo mede tur:& a durissima/antiquissimaq; seruitute liberat,ac ad ueram conuocat libertatem, ad quam curriculo tendere magna uoce omnibus prȩdicat clamans:spiritus domini super me, propter q misit me Euãgelizare pauperibus,misit sanare contritos cor de,prȩdicare captiuis remissionem:& cȩcis uisum:& rursus edu cere ligatos e uinclis,& e domo carceris sedentes in tenebris:hȩc enim ab antiquissimis temporibus uera Hȩbreorum oracula re demptionem nostram & cȩcȩ mentis illuminationem prȩdicen tia confirmabant futuram,unde nos Saluatoris nostris gratia: & pattocinio confirmati a flagitiis ad modestiam:& ad pruden tiam:ex amentia libiri iam a demonum seruitute, nec sacrifica-bimus unq̃, nec seruiemus diis gentilium a quibus (proh do lor) oppressi tenebamur:nunc quia liberati Euangelica doctrina ad Saluatorem nostrum dominum & benefactorem,creatorem & regem uniuersi adducti sumus, quem pie adoramus,non ut demonibus uidetur,sed ut ab Euangelica doctrina didicimus, qua nutriti prauos demones atq; perniciosos, facile fundemus nam castitate:& bonis moribus nixi,eamq; uitȩ munditiam ad hibentes, quam nobis Saluator tradidit, nequaq̃ illos timebi-mus qui mundum agredi animum quoniam dissimiles sunt nequeunt,(ut philosophus concedebat: Sed neq; indiuinatio nis indigebimus:neq; aruspices interrogabimus:nec quicq̃ pe nitus demoniacum perscrutabimur: quorum enim gratia hec petuntur; ea nos contemnere Christus docuit:Illaq; solummo-do desiderare iussit,de quibus nemo aruspex nullius hostiȩ ex ta significare aliqui poterunt, quæ solus Saluator noster uer-bum Dei q semper cum deo patre est omnibus significauit, qui animum, atq; mentem suam domicilium illi constitue-runt, de quibus ipse dicit, habitabo in ipsis: & ero sibi Deus & ipsi erunt mihi populus; Nempe (ut inquit Cicero) ani-

mus sine fide stabilis amicis esse non potest: nam fundamētum Iustitię est fides dictorum conuenrorum q̄ constantia & ueritas: nec inquam promissa saluanda ea quæ sunt quibus promisit, in utilia: nec si plus ea noceant illi cui promiseris q̄ prosint: nec enim ulla res uehementius continet q̄ fides, quæ nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio, sed illis promissis stan dum quis non uidet quæ coacta, quis metu, aut deceptus dolo promiserit, nihil stabile φ est infidum: hinc conspicimus in uita Tyrannorum, ubi nulla est fides, unde Deiotarus rerum uetat expectare fortunam, dum pręstatur fides: nec illa fides con spitienda est de qua Satyricus loquitur: quantum quisq; sua nummorum seruat in archa, tantum habet & fidei: & Horatius multa promissa leuant: hinc Tibullus: tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri, pondere non gemmis uendere uelle fidem: & Propertius: Multum in amore fides, multum constantia prodest: non est certa fides quam non iniuria uersat: hinc Stoicus Fides sanctissimum humani peccatoris bonum est, nulla necessitate autem fallendum cogitur, nullo corrumpitur prēmio: uię inquit cęde occide non prędam: Sed quo magis secreta quæret: hec illa altius condet, nam fidem nemo unq̄ perdidit, nisi qui non habet: hinc Tragycus: non intrat unq̄ regnum limen fides pręcio parata, pręcio uincitur, pręcio fides teneris in annis: haud satis clara est fides, nam rara fides, ubi iam melior fortuna ruit: & alibi: sed te per omne Cœlitum lumen, pręcor per hunc timorem, quicquid archani, apparo penitus rerum, das & fide tacita premas, prę stare fateor posse, me tacitam fidem, si scelere careat, interim scelus est fides: unde Syllius Italicus: stat nulla diu mortalibus usq̄ fortuna titubante fides, uox occulta subit passim diffusa per aures, fœdera mortales nec ſęuo rumpite ferro: Sed castam seruate fidem fugiētibus ostro, nec potior regnis: & Lucretius nisi prima fundata ualebit, haud erit occultis de rebus

quo referentes confirmare animos quoq; ratione queamus: & Naso: Tarda uenit dictis, difficilisq; fides: uix equidem credat, sed cum sit premia falsi, Nulla ratam debet testis haberi fidem: & alibi: Prona uenit cupidis in sua uota fides: quos credis fidos effuge tutus eris Cognatum fratremq; caue, fidumq; sodalem, Prebebit ueros hec tibi turba metus: expertus inquit historicus Crispus, parum fidei mulieris esse: & Curtius, fides stabile: & eternum facit imperiũ: & Comici, fac fidelis sis caue fidem fluxam geras nulla in re, est quicq̃ hominum fides hinc illud Maronis, nusq̃ tuta fides: & Lucanus: nulla fides regni sociis, omnisq; potestas, impatiens consortis erit: & alibi: Cum fato conuersa fides, ardua quippe fides, unq̃ miseros elegit amicos: Nulla fides, pietasq; uiris, qui Castra sequuntur: uenalesq; manus ubi fas ibi maxima merces: & Horosius/in magna malorũ multitudine, difficillima dictis fides: & Lucianus, non est male utẽtem uirum propriis eẽ fidem in alienis: & rursus Naso Promittentes nosum sit te promittere falso: Iurabis, scit te fallere posse Deos: & alibi: Non boue mactato cęlestia munera gaudent: Sed quæ præstanda est & sine teste fides: hinc diuus Aurelius: ubi sana fides non est, non potest esse Iustitia, quia Iustus ex fide niuit neq; schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant: quia similiter ubi charitas non est, non potest esse iustitia, dilectio enim proximi malum non operatur q̃ si heretici haberent, non dilaniarent Corpus Christi, q; ęcclesiam catholicam, & idem, mentis humanę acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emendetur: rursus: nullę maiores diuitię, nulli Thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, q̃ est fides Chatolica/quæ peccatores homines saluat/cęcos illuminat infirmos curat, Cathecuminos baptizat, fideles iustificat, penitentes reparat, iustos augumentat, martyres coronat: uirgines: & uiduas: & cõiugatas casto pudore conseruat: clericos ordi

nat, sacerdotes cõsecrat in hereditate ęterna, cum sanctis ange lis collocat: quanto igitur pręclarius, ueriusq; diuinę christianę religionis, & ueritatis professores, q̃ prisci illi poetę, ac philoso phi cęcutientes: & a recta uia delirantes scriptum reliquere: Sed quæ lex rogo uel proximare huic potest, aut eam de longinquo aspicere: Minois forte, aut Zeleuchi, aut Lygurgi: q̃q̃ & ab an tro Iouis illi & isti a Pallade, & ex Pythio oraculo ut fabulanť gentes suas leges traxerint, quæ eis ipsis quibus refertę sunt ob scenitatibus, demones auctores uel inuitę fatentur: facessat Cha rondas, Apis demonas, Pagondes, Archias, Eudoxus, Philola us, Pythacus, Nestor, facessat Draco: & Solon: & Clysthenes, fa cessant quicunq; celebrati gentium legis latores, qui nec eam quam natura promittit recte uiuẽdi regulam, aut inuenire, aut inuentam tenere potuerunt: ne dum ad eam quæ supra naturã est, quæ homanos hebetat cogitatus pertingere optimum enim hoc uiuendi genus nemo pręter deum potuit homines docuisse Cum enim ab eo non modo philosophorum/naturę ipsius inter pretum decreta: sed & ea quæ diuinitus tradita est lex Mosi su peretur perficiaturq; fateri oportet, non ab indigniore, id est au ctore fluxisse, ab eodem siquidem prouenit, quæ uitiatę naturę morbis opem tulit, ac nubila sub obscura, Moseos dogmata So le suę iustitię serenauit lucem ipsam a deo diffundens, ut orbis uniuersus ne dũ unius uel pauci, aut sola obstinatorum Iudeo rum natio intenebris & umbra mortis sedens collustraretur: ra rissimi namq; philosophorum adortamẽtis, uel ad uirtutis ima ginem trahebantur, rarissimiq; aut pœnis, aut prętniis, legis la tor, uel capescebant uirtutes, uel compescebantur a uitiis, sed nec aliis populis, ut eisdem uiuerent legibus persuadere potue runt: inclyti illi & famigerati legum positores: neq; enim Minos qui Chretẽsibus leges tulit easdẽ Siculis, aut Carthaginensib9/ aut Gręcis imposuit: Carondas Italos & Ciculos primus legum freno compescuit: Tyrrhenos aũt Celta, Hyberos, Celtiberosq; non

dē cometē ac uariate sermones suos eloquentię uenustate purā ueritatis pulchritudinem ostendentes, minimeq; indigos, qui extrinsecus petitis, ascititiisq; floribus excolantur, itaq; amici homines uentosis philosophorum nugis simplicem piscatorum doctrinam quæso conferte, quantaq; inter utrosq; differentia sit inspicite, tum ueromultis enumeratis librorum uestrorum mi libus, tandem quęso perdiscite, quę sit in iis rationum argumē torum inbecillitas, quandoquidem nullus unq̄ paulo pruden tior homo fuit, qui uel poetarum fabulas uel philosophorum se qui opiniones animum suum induxerit, sacrarum itaq; litteraꝝ & admiramini cōpendium: & uim ipsam quæ inmensa est, lau date, ueritatemq; tandem dogmatum quæ in illis continentur perdiscite corporis uidelicet plasmationem, naturam animę in mortalem, uimq; illam quæ ratione prędita est perturbationē atq; effectum atq; effectuum dominam esse nec necessarios qui dem effectus esse, humanoq; generi perq̄ utiles, concupis tendi siquidem uis plurimū nobis confert, quęq; huic ab aduerso lo co opponitur irascendi facultas per illam siquidem excitamur ad diuinas res appetendas, contemptisq; rebus omnibus quas oculis intuemur, ea quæ solo intellectu percipi possunt cogita tione animoq; uersamus, ex quo fit ut quamq̄ pedibus adhuc terram premētes cœlestē uidere dominum cupiamus, ab eadem quoq; facultate uirtutis desiderium nobis aduenit hac ipsa uitā tuem ur, hac excitante cibum nobis, potumq; desumimus, hec demum est quæ liberorum procreatione genus protendit at ip sa irascendi uis data est, socia rationi, quæ inmoderata uidelicet cupiditatem, libidinemq; coherceat: quandoquidem enim illa ultra positos fines transire contendit cōiugam sibi creator deus iracundiam uinxit, quasi ferocientem pullum, qui eam remore tur, ac retrahat: si quando ultra q̄ opus est, efferre pedem conet ac ueluti calida frigidis maxime sunt contraria, si tamen eadem admixta inuicem temperentur, optimam commixtionem per-

ficiunt:ita iracundia & cupido inuicem admixtę alterno impe dimento faciunt optimam uirtutis commixtionem, est autem penes unam rationem uis ac potestas agendarum rerum, ut iracundiam quidem contineat, cupiditatem uero inpellat: etenim cupiendi uis nimiam iracundiam sistit, rursusq; iracundia castigat, inexplibilem cupiditatis affectum hęc autem ipsa perfectissime transfiguntur, dum ratio habenas scientissime moderatur q; si ratio, uel facillitate libidinis, lenitateq; delinita, uel exultāte iracundia simul egressa, laxius q̄ par sit habenas remiserit, Ille quidem affectiones tumultuatum excurrunt: equorum more qui frenum mordicus apprehendunt: domina autem ratio per uim tracta rapitur in derisum spectantibus, opprobriumq; adducta, optimo itaq; iure pœnas persoluit, tanq̄ sponte damnū illud/cladem q; subierit, etenim & ab hominibus late leges eos q delinquunt, irrogatis pœnis cohercent: Deus item peccatoribus inexhaustum cominatus est ignem: neq; igitur deus cum sit optimus ac iustissimus, ab iis pœnas exigeret, qui ex lege uitam uiuere adamarunt, si adacti necessitate aliqua deliquissent: neq; hominum sapientissimi cohercendis sceleribus leges unq̄ tulissent: nisi compertum illis fuisset certa animi sententia humana facinora perpetrari, porro autem nec qui principatum in cęteros mortales sortiti sunt: immanibus tormētis noxios homines, cœlestesq; lucrarent, si probe scirent, non a delectu quidem uoluntatis, sed uel fati, uel naturę necessitate homines edicta legū transcendere: qui uero peccantibus nequaq̄ parcendum putant manifeste ostendunt peccatum a certa sententia proficisci hęc itaq; de natura hominis sentiendum eē a maioribus nr̄is edocti sumus, ipsiq; mortales cęteros ędocem9, ualdeq; admodū admiramur, conspicuam opificis dei sapientiam nostris in corporibus contuentes: Nempe ex uno cerebri fonte tam differētes sensuum functiones productas, quoq; pacto alii sensus, alios ad eūdem fontem fructus, commoditatesq; referant, alium quidem uisus

non flexit: qui etiam suscipere Cretenses/ Itali/ Siculi/non multo post Romanarũ legum iugum excusso Minois & Caronde iugo subiere: Zaleucus legis Locrensibus posuit/sed neq; Acharnanes/neq; Phocenses/sed neq; alios Lochrenses/atq; eos quidẽ non longe positos sed uicinam urbem incolentes/ut easdem amplecterentur induxit, Lacedemoniis Ligurgus leges dedit: nec eius tamẽ gloria/nec Spartę superbia/ ut ille inquit: nec Pythii Apollinis auctoritas / aut Argiuos / aut Tegeates/ aut Mantines/aut Chorinthios propinquius multo habitãtes coegit Lacedemoniorum leges suscipere: certe nec ipsos Phliasios phœdere iunctos eorum auspiciis militantes / quas equidem leges ubi emendarunt Lacedemonii / tantus suo auctori dolor iniunctus est / ut in secessu inedia tabefierit: ꝙ Florens affirmat: pręterea legislatores alios Apim Argiuorum: Philolaum Thebanorum Pyttacum Mytilenensium: Nestorem Pyliorum: Solonem/ & Dragonem & Clysthenem Atheniensium, qui paucos homines singuli suarum legum habenis moderati sunt / qui eis etiã spretis Romanã postea rempub. secuti sunt Senatus ipse P. Q. R. quibus seruitutis frenũ imposuere eosdem nihilominus omnes suis legis nõ frenauerũt: Aethiopes enim qui Thebis Aegyptiis sunt uicini Laci Sauni/Abages, multeq; Hismaelitarum nationes Theodoriti ętate ut ipsi cõmeminit, Romano Imperio ea tempestate subditę erant, Romanis nihilominus legibus non uiuebant: sed quid gentium legislatores cõmemoro: Hebreorũ gentẽ lex Mosaica a deo ipso tradita Mosi potuit frenare: Christus autem per duodecim Apostolos suaue illud iugũ omni terrarum orbi qua late patet imposuit/& ipsos etiam Romano gentium uictores domitoresq; subiecit, sed cur aliquid excusserint postea narrandum non potuerunt qui semidei ferebantur olim philosophi sylogismis suis non potuerunt legislatores uel licentia, uel pœna, uel premiis, nõ potuerũt cõcessa Israelitis instituta & cerimonię, ꝓmissionib9/& minis uł minimã hominũ porti

unculam flectere multorum sęculorum decursu, terrarũ autem orbem uniuersum apostoli suis (quasi dixerim) solecismis flexerunt: hinc Septimius proinde inquit, nec paulo leuius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat, a quo nihil tale committitur, quale illicitis factionibus timere solet: nisi fallor enim prohibendarum factionum causa, de prouidentia constat modestia publica, ne ciuitas in partes scinderetur, quæ res facile comitia consilia, curias, conciones, spectacula etiam æmulis studiorum etiam compulsationibus inquietaret, cum iam & in quęstu habere cępisset uenalem & mercennariam homines uiolentię suę operam, at enim nobis omni glorię & dignitatis ardore frigentibus nulla est necessitas cętus: nec ulla magis res aliena q̃ publica unam omnem rempub. cognoscimus mundũ ęque spectaculis uestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum quas scimus de superstitione conceptas, cum & ipsis rebus de quibus extinguũtur pręterimus: nihil est nobis dictu, uisu, auditu, cum insania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate Arenę, cum Xisti uanitate, quo nos offendimus si alias pręsumimus uoluptates, si oblectari nouisse noluimus nostra iniuria est: si forte nostra, non uestra: sed reprobamus quæ placent nobis, nec uos nostra delectant: sed licuit Epicureis aliquam decernere uoluptatis ueritatem, idest animi æquitatem, & ampla negocia edam, iam nunc ipse negocia christianæ factionis, ut qui mala refutauerim bona ostendam: Corpus sumus de conscientia religionis & disciplinę uanitate, & spei fœdere Coimus in cetum ut aggregationem, ut ad deum quasi manufacta precationibus ambiamus orantes: hęc uis deo grata est, oramus etiam pro Imperatore / pro ministris eorũ / ac potestatibus / pro statu sęculi: pro rerum quiete / pro mora finis / coimus ad litterarũ diuinarũ cõmemorationẽ / si quid presentiũ temporũ qualitas / aut pmonere cogit / aut recognoscere certe fidẽ sanctis uocib9 pascim9 / spẽ erigimus / fiduciã figimus disciplinã

preceptorum nihilominus inculcationibus densamus, ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina: nam & iudicatur magno cum pondere, ut apud ceteros de dei cõspectu summumq; futuri iuditii preiuditium est: si quis ita deliquerit ut a cõmunicatione orationis, & conuentus/ & omnis sancti cõmercii religetur: president probati quinq; Seniores honorem istum non precio, sed testimonio adepti, neq; enim pretio ulla res dei constat: etiam si quod arte genus est, non de oneraria summa quasi redempte religionis congregatur modicam unusquisq; stipem menstrua die uel cum uelit & modo possit apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert: hec quasi deposita pietatis sunt, nam inde non epulis, nec potaculis, nec in gratiis uoratrinis dispensatur: sed egenis alendis, humandisq; & pueris, ac pugillis re, ac parentibus destitutis: iamq; domesticis senibus, item naufragiis: & si qui in metallis, & si qui in insulis, uel in custodiis dumtaxat ex causa dei secte alumni confessionis suae fiunt: sed eiusmodi uel maxime dilectionis operatio notam nobis meruit penes quosdam: inde inquiunt, ut se inuicem diligant, ipsi enim inuicem oderunt, & pro alterutro mori sunt parati: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt: sed & quod fratres nos uocamus, non alias opinor insaniunt q̃ q; apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est, fratres etiam uestri sumus iure nature tris unius, & si parum homines uos, quia mali fratres, at quanto dignius fratres & dicuntur, & habentur, qui unum patrem deum agnouerunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantie eiusdem ad unam lucem expauerint ueritatis: sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, uel quia ex substantia familiari fratres sumus/ que penes uos fere dirimit fraternitatem: itaq; qui animo, animaq; miscemur, nihil de rei cõmunicatione dubitamus omnia indiscreta sunt apud nos pretet

uxores:in illo loco consortium soluimus in quo solo cęteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodo matrimonia usurpăt, sed & sua amicis patientissime subministrăt/ ex illa credo maiorum, & sapientissimorum disciplina Græci Socratis, & Romani Catonis, qui uxores suas amicis cōmunicauerunt: quas in matrimonium duxerant: liberorum causa & alibi creandorum, nescio quidem an inuitas: quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donauerant: O sapientia acticæ: o Romanę grauitatis exemplum Leno est philosophus, & Censor, quid enim mirum si tanta charitas conuiolatur? nam & Cęnulas nostras, pręterq̄ sceleris infames, ut prodigas sugillatis/ de nobis scilicet Diogenis dictū est, Megarenses obsonant, quasi crastina die morituri, sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, q̄ in suo trabem, tot tribubus, & Curiis & decuriis ructantibus accessit aer, si aliis cęnaturis creditor erit necessarius herculanarum decimarum polinctorum sumptu stabularii supputabunt: Apaturiis Dionisiis mysteriis acticis coquorum delectus indicitur ad fumum cenę Serapice Sparteoli excitabuntur, de solo triclinio christianorum retractatur cęna nostra de nomine rationem suam ostendit id quod uocatur, quod dilectio penes Gręcos quantiscunq; sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes, quosq; refrigerio isto uiuamus, nō qua penes uos parasiti affectant ad gloriam famulandę libertatis sub auctoramento uentris inter cōtumelias saginandi, sed qua penes deum maior est contemplatio mediocrium: si honesta causa est cōmunium reliquū ordinē disciplinę de causa extimare quid sit de religionis officio, nihil utilitatis nisi inmodestię admittit, nō prius discumbit q̄ oratio ad deū pręgustet, editur quantum esurientes capiunt, bibit quantū pudicis est utile, ita saturant, ut q memi nerint etiā per noctē adorandū sibi deum esse, ita fabulentur ut qui sciant dominum audire, post aquam manualem & lumina

ut quisq; de scripturis sanctis/uel de proprio ingenio potest pro uocatur in mediū deo canere: hinc probatur quomodo biberit, acq; oratio conuiuium dirimit/ inde descenditur non in cater- uas cęsionum/neq; in classes discursationum / nec in eruptiones lasciuiarum/sed ad eandem curam modestię/& pudicitię ut qui non tam cęnam cenauerint q̄ disciplinam; hęc uitio christiano rum merito sacre illicita si illicitis par merito damnanda si quis de ea queritur / eo titulo quo factionibus querela est, in cuius pernitiem aliquando conuenimus, hoc sumus congregati, q; & dispersi hoc uniuersi, q; & singuli neminem ledentes/neminem contristantes cum probi / cum boni coeunt, cum pii/ cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia; at e contrario illis nomen factionum accomodandum est, qui in odium bono rum & proborum conspirant:qui aduersus sanguinem innocen tum conclamant, prętexentes sane ad odii defensionem illam quoq; uanitatem q; existiment omnis pub. cladis, omnis popu laris incommodi christianos esse causam si tybris ascendit in męnia, si Nilus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim christianus ad Leonem accla- matur tantos ad unum oro, uos ante Tiberiū, idest ante Christi aduentum, quantę clades orbem, & urbem ceciderunt:legimus Hieramapeam & Delon, & Rhodon, & Choon insulis multis cum milibus hominum pessum abiisse / memorat & Plato ma- iorem Asię & Aphricę terram Atlantico mari ereptam:sed & ma re Corynthium terremotus ebibit, & uis undarum Lucaniam abscissam in Sicilię nomen relegauit, hęc utiq; non sine iniuria incolentium accidere potuerunt: ubi uero tunc nō dicam deoꝝ uestroꝝ contemptores christiani, sed ipsi dii uestri cum totum orbem Cataclismus aboleuit: uel ut Plato putauit campestre so lūmodo posteriores enim illos clade diluuii condensantur ipsę urbes in quibus nati, mortuiq; sunt, etiam quas condiderunt: neq; enim alias in hodiernū manerent, nisi & ipse postume cla-

dis illius: nondũ Iudeum ab Egypto examen palestina suscepe rat: nec iam illic christianę sectę origo consederat: cum regiones ac fines eius Sodoma & Gomorra igneus imber excussit, olet adhuc incendio terra/& si qua illic arborum poma oriantur ocu lis tenus, cęterum contacta cinerescunt: sed nunc Tuscia iam/ tunc atq; Campania de christianis quęrebatur: Cum Vulscinios de cœlo Pompeios de suo monte profudit ignis: nemo adhuc deum uerum adorabat: cum Hannibal apud Cannas per Romanos annulos cędes suas modio metiebatur, omnes dii uestri ab omnibus colebantur: cum ipsum Capitolium Senones occu pauerant: Et si Christi sectatores risui habetis ob inscitiam, & ignauiam, ꝙ eos inpingitis, barbariemq;, & linguę uarietatem/ uidere enim licet/ut inquit Theoderitus/tum Gręcos/tum Bar baros homines, & studere uirtuti/& flagitiis dare operam, id ꝙ & Gręci uerum esse affirmant: Anacharsin enim Scytam homi nem demirantur/ ac laudant: non Atticum, non Argiuũ, non Chorynthium, non Thegeatem, nõ deniq; Spartiatem, Bracma nas quoq; ualde suspiciunt Indos genere, nõ Doricos, non Aco las, non Ionicos: laudant pręterea Egyptios, & maxime sapien tes/ multas ab his enim accepimus disciplinas/linguarum itaq; differentia & uarietas, naturam detrimento non afficit, Hyppo molgo cum populos Traciã incolentes ita appellatos ꝙ equarũ lacte nutriantur: Iustissimos Homerus uocat Cyrum, pręterea Cambisę filium/Pateron quidem genere Persam hominem Me dum autem materno/ prudentię/ temperantię/Iustitię/ fortitu dinisq; Zenophon Grilli filius laudauit/ itaq; ipse met Gręci confitentur esse apud Barbaras nationes curã aliquam studiũq; uirtutis/ neq; prohiberi linguarũ differentia quo minus in offi cio cõsistamus, omnes siquidẽ ueritatis precones ꝓphetę inquã & apl'i gręcę qdẽ eloquentię fuerũt prorsus expertes / qa tñ uera sapiẽtia abundarũt cũctis & gręcis & barbaris nationib9 diuinã attuler̃ doctrinã/uniuersũq; orbẽ terrę/ mariaq; itẽ oĩa impleue

runt uirtutis, pietatisq; monumentis, ex qbus factũ est ut cun cti mortales abdicatis philosophorum nugis piscatoꝝq; fruant publicanorumq; disciplinis sutorisq; uolumina & amplexentur & colant ac Italice quidem, Ionicęq; sectę atq; ęleaticę, ne nomi na quidem sciant: eorum namq; memoriam tẽporis longinqui tas aboleuit, prophetaꝝ uero nomina, quamq̃ pluribus q̃ mille ac quingentis annis eiusmodi philosophis antiquorum loquen tes, huc illucq; circumferũt, quin eos quoq; patres, qui prophe tas tempore pręcesserunt Abraam, inquam filios Abrę, hisq; etiam ipsis uetustiores Noę, Enoch, & Abel cęterosq; quotcũq; laudabilis uita illustres fecit norunt q̃ optime, at septem illos sa pientes qui lõgo post prophetas tempore nati sunt, eorumq; prę terea nomen qui sapientibus illis successerunt ne illi quidem q gręco fauent idiomati satis sciunt, sed quid ego pręsentes homi nes uiuosq; commemoro cum & apud priscos ac remotiores ma gna de illis dubitatio fuerit? non nulli enim septem sapientibus annumerant, Periandrum Corynthium, alii uero Chreticum Epimenidem / alii Acusilaum argiuum / alii Anacharsin scytam / alii Syrum phereciden: Plato autem Misonem Cheneum, hos itaq; sapientes, uel qui circa eorum tempora uixerunt homines ignorarunt: Matheum uero, Bartholomeum: & Iacobum, Mo sem / Dauid / Esaiam aliosq; item Apostolos & prophetas eq; nũc homines terrent, ac filiorum nomina, simulatq; audierint tãq̃ barbara sint comicę irrideant, & persequantur: nos tamen huius modi irrisorum insaniam q̃ maxime miseramur, qui cum ui deant homines barbaro sermone usos superasse leporem elocu tionis, comptiloquosq; illos suos auctores prorsus iam elimina tos fuisse, piscatorũq; solecismis dissolutos, atthycos sylogismos non erubescunt tamen, neq; in latebras se coniiciunt, sed impu denter pro mendacio: & falsitate depugnant, q̃q̃ ita pauci sint, ut quam facillime numerari possint, nec Grecę quidem partici pes ęloquentię, sed qui in totidem barbarismos incurrant quot

& uerba pronunciant, summam se ostentare doctrinam, ac loquendi nitorem arbitrantes si iurentur inter loquẽdum p deos per Solem talesq; coniurationes oratione sua effingant, q; si mẽtiri me creditis quęso dicite Gręci homines quem Xenophanes Colophonius successorem sectę suę reliquerit, quem Parmenides Eleates, quem Protagoras, quem Mylesius, quem ue Pythagoras, quem deniq; Anaxagoras, quem Sensyppus, atq; Xenochrates, quem Anaximander, quem Anaximenes, quem Archesilaus, uel philolaus, qui nam hodie inueniuntur sectę Stoycę presidentes, qui ue etiam sunt qui Aristotelis stageritę doctrinã corroborent? ubi sunt qui apud leges Platonis Ciuitates gubernent, qui ue usq̃ homines eam uitę normam quam leges ille instituunt, amplexi sunt? at nullum profecto eorum dogmatum pręceptorem ostendere nobis poteritis nos autem uobis apostolicę, propheticęq; doctrinę inexhaustum robur manifeste ostendimus: uniuersa etiam facies terrę: quantacunq; soli subiicitur eiusmodi uerbo℞ plena iam est: Hębraici uero libri non modo in Gręcum idioma cõuersi sunt, sed in romanam quoq; linguã Egyptiacam, Persicam, Indicam, Armenicamq; & Scyticam, atq; adeo Sauromaticam, semelq; ut dicam in linguas omnes, quibus ad hanc diem nationes utuntur: ac Plato quidem q̃ complures sermones de animæ inmortalitate disseruit: ne Aristoteli quidem auditori suo persuasit eam positiõem, nostri uero piscatores ac publicam, noster inquam sutor ipsis Gręcis, ipsisq; Romanis amplius uero nõ Egyptiis, cunctisq; nationibus inmortalitatem animę persuaserunt, eamq; ita ratione pręditam esse, ut improbis affectionibus dominari possit, neq; cum positas naturę leges transcendit, ulla ui coactam id facere, sed contemptu negligentiaq; peccare, rursusq; penitentia duce ad meliora inflecti posse ac priore malitia expiata, diuinas ite℞ sibi notas inprimere passimq; uideas hęc nostratia dogmata non ab iis solum teneri, qui sunt ęcclesię magistri, populorumq; pręceptores, sed

ab ipsis quoq; sutoribus, fabrisq; ferrariis, lanificibus prӕterea, cunctisq; artificibus quin & a fœminis item omnibus, non iis modo, siquӕ demum illӕ sunt, quӕ litteras didicerunt, sed quӕstuariis, ac sartricibus, ancillisq; adeo, & pedissequis, neq; ii solum qui urbes incolunt homines, sed ipsi quoq; agricolӕ probe eadem sciunt, fossoresq; adeo, ac bubulcos inuenias, plantarũq; constitores de diuina trinitate, uerumq; omnium creatione disserantes, humanӕ item naturӕ magis conscios esse q̃ Plato, Stagiritesq; fuerint, quid enim dicam q ab hiis omnibus declinatẽ malum futura extimentur supplicia, citraq; ullam dubitationẽ diuinum illud iudicium expectatur: quid q iidẽ ipsi de inmortali ac sempiterna uita sapienter philosophantur, qq cœlestis regni gratia laboris omnis ac rerum difficultates libenter alacriterq; cooptant: neq; tamen ab aliis hӕc ipsa prӕceptoribus didicerunt: q̃ ab iis, quos ipsi barbaros inperitosq; nuncupatis: an uero nõ audistis quӕ olim Anacharsis dixerit: mihi omnes Grӕci Scythizant, q sane dictũ proxime omnino ad sutoris nostri uerba accedit, ea uidelicet, nisi enim sciã uim uocis, ero illi barbarus: qui mecum loquitur, & qui mihi loquitur / erit barbarus: profecto enim sicuti Grӕcis hominibus Illyrici Peones, Taulantii, ac Tythanes barbari esse censentur: ita rursus: & eisdem illis aliisq; ferme omnibus qui audire Grӕcum idioma non possunt, Attica lingua Dorica, Aeolica, & Ionica uidentẽ barbariem quandam sapere, in unum quidem sensum, rerumq; intellectum linguas omnis referri magistra experiẽtia docti sumus: Est enim apud barbaras quoq; natiões inuenire florentes artes, ac disciplinas editaq; in bellis gerendis egregia fortiorum uitorum facinora, quidam uero barbaroꝝ, multo callidiora q̃ Grӕci sepe numero machinamenta inueniunt, argutiores dolos, astutioresq; insidias iidem comminiscuntur, neq; desunt qui Grӕcӕ elocutionis uenustatem superent arguta breuitate sermonis: hoc enim de Persica natione & antiqui scriptores testantur / siquis ue

prȩterea uel exercitus Imperator, uel legatus, uel mercimoniȩ causa in eorum fines profectus cum eis diuersatus sit aiũt enim illos argute nimium deprehendere omnes loquendi strophas, dictisq; breuissimus colloquentes reuincere/eosdemq; disputatores esse quã maximos, quęq; ab aduersariis ipplicentur argumẽta solere ab illis citra moram ullam quę difficultatem facile solui prouerbiis quoq; uti eos affirmant sapiẽtia plenis, altissimiq; enigmatis nõ q; Chrisippi labyrinthos, Aristotelisue cognorint/ quod ue illos genus hoc eruditionis uel Socrates, uel Plato, uel Demostenes edocuerint neq; enim Rethorum sermonibus philosophorumq; intenti fuere, sed natura dumtaxat magistra usi sunt, ipsos autem Indos multoq̃ Persę sunt, sapientiores esse testantur: quin etiam (Nomades ii qui sunt nobis finitimi Cinomadas autem quum dico/Hysmahelitas dico, eos uidelicet q in solitudinibus uitam degunt) singulari quadam mentis solertia prȩditi, ac prudentia esse narrantur, acutissimoq; ingenio pollere ad cognoscendam ueritatem, falsitatemq; refellendam maxime facto: nam de Aegiptiis quidem nihil puto a me dici oportere, Cum primi philosophoꝝ uel illis potiores esse dicant Aegyptios, qui apud Grecos celeberrimi philosophi perhibẽtur: apud Romanos profecto & poetę & oratores: & historici uiguerunt: utq; illi aiunt qui in utraq; lingua uersati sunt, multo prudentiora sunt romanorum q̃ Gręcorum auctorum inuẽta, multoq; breuiores sententię: neq; hoc iccirco a me dictum existimari uel q; Gręcorum Idioma deterendo attenuem, cuius & ipse aliquo modo sum particeps/neq; quo secus ac debeo altrici meę prȩmia nutritiõis persoluam, sed quo tumentiores eorum buccas deprimam, superciliaq; deiciam qui nimio plus gręco Idiomate gloriantur, doceamq; nõ debere illos irridere linguam, ac persequi qua traditione ueritatis eniteat, neq; iis efferri sermonibus qui fuco quidem artis exculti sunt, omni autem ueritate sunt cassi, sed contra potius admirari ueritatis magistros indoctos illos q

uisus, alium uero auditus, alium olefatus, alium gustus, aliũ porro & tactus, &, quiq; sit usus homini, quæ utilitas, e cunctis partibus corporis, tam conspicuus, palamq; extãtibus, q̃ intror sus etiam recedentibus, ut memoria suis in Thesauris plurima eademq; diuersa excipiat, neq; tamen ea cõfundat, sed discretim sincera conseruet tum & repetendo recenseat, quæ olim multo ante conceperat, in quibus & multę sint rerum cognitiones quę se inuicem minus conturbent, sed singule suis temporibus se se prodant. quandocunq; igitur hec animo: & cogitatione repetimus, quę ue sunt hisce rebus similia cum propheta uocem admirantes tollamus: mirabilis facta est sententia tua ex me confortatã est, & non potero ad eam, quę enim satis possit oratio explicare, uel apparẽrem nostri corporis harmoniam, uel ipsi animę inditam sapientiam: cum itaq; plura de hisce rebus: & Hypocrates: & Galenus, Platoq; p̃terea, Xenophõ, Aristoteles, Theophrastus, aliiq; prope innumeri litterarũ monumentis mandarint, multo plura sunt dictis rebus ea quę de diuinę sapiẽtię operibus omiserunt, humanę siquidem mentis solertia cõsequi uniuersa non potuit/eiusq; rei gratia & propheta Dauid in hiis quę animo complexus est, deum laudauit, cum tamen assequi cuncta non posset, quæ nobis inscita esse contemplabatur: uictum se manifeste confessus est, satisq; eam esse confessiõem existimauit, per quam Deo opt. Max. haud ita prorsus indignas deo laudes persolueret.

Finis libri octaui.

I
ICET Mortales ipsi a Deo illo omniũ opifice in lucẽ ꝑducti fuerint, ut de eoꝝ cõmuni ue hominũ uita cogitẽt, exquirẽtq;, uti sapiẽtes uiros edecet: ac Deũ ipsum omniũ parentẽ architecto rẽq; exqrere, uenerari, adorare, ac omni pulchritudinis mẽte ipsũ excolere, illud eqdẽ plurimũ admirari haud posse, cẽseoq;, ac existimandũ duxi homines ipsos maiori ex parte, numeroq; intantum torporẽ errorũq; cęcitatem delapsos esse effluxosq;, ac collapsos: ut qui ab his per maxime amplecti prosequi, ac curari debere id negligi uideat: id aũt ipsum, q̃ omnino effugiendũ, ac spernendũ animis effluxis, atq; freno expleto totis uotis appeti: qs unq̃ talibus ea tẽpestate dabit q nõ in tam praua delectiõe, opiniõis ue uersẽt puersitate, ac pnitię, luxuq; ut se se, uel saltim incurret, insanis uoluptatib9, inperiis, honoribus, ac populari aura glorięq; insecũdę q nõ suã trudat naturã uoluptatẽ ue, uel inuitã ad uitia, atq; illi p flagitiosam persuasionẽ falsi nõ illudat: Depiq; improboꝝ est, ac priscoꝝ illoꝝ q superstiti ueteꝝ fabulas admirant, uerũq; cultũ ac fidẽ inconcussam Christianã comice obtrectarint asserentes nihil aliud ipsam amplectẽtes, quã merã credulitatẽ illis insinuare & seuitatẽ, ac impietatẽ: quos diuinis rebus imbuendos accipimus: [illegible] uero priscos illos diuinosq; xp̃i athletas iscitia, atq; ingenii [illegible]tate eos accusarint inscios ingnauosq; nũcupãtes: q̃ omni careãt oratiõis ornatu qui & ꝑ ridiculo habere se dixerint q̃ honore ullo tam pios strenuosq; milites xp̃i honore prosequimur: Insignis enim stultilię genus esse si qui uiuẽtes homines ab his qui iã uita functi sunt ullum sibi cõmodũ, & alia adiecerũt quędã huius generis maledictis ualde affinia & dedecora turpioraq;: & nepharium scelus xp̃ianum uirũ tam pie religionis sectatorem: si conniuiẽs dissimulansq; perpetiat simplicioris notę homines ab illoꝝ falli uersutiis: neq; tum probis moribus, tũ monumentoꝝ eruditiõe per agat dignũ, q̃ illarum redarguationũ, accusationũ ue stul

titiam/ac facilitatem redarguat: siquidem naturam omnes si ut optimam sortiti sumus ita optime sequeremur: haud esset sane ꝙ quisq; minus q̃ beatissime atq; sanctissime uiueret: sed accusa re merito nos illa iam põt & conqueri: ꝙ miseri quos libero arbi trio genui: & cũ sublimiorẽ ac cœli fulgorẽ erexi facti estis, mor tiferaꝶ; feda, uoluptatũ mãcipia: q ꝓlapsi tã diu ꝑmitis ima (ut inquit Theologus ille illustris: quid certis falsa sempiterna fra gilia, optimis praua anteponitis: & ñ magis uirtutẽ sectamini q̃ ueram & egregiam laudẽ nobis dabit: q̃ tranquillitatem uitę pa riet: q̃ nulla incõmoda, nulla infesta: sed neq; ipsum mortis terro rẽ formidabit: Hec ita cõsideranti mihi sepe numero/ac mecum tacito animo uolueri multa sane se offerunt: ex quibus impius ꝓcedat hic error & tanta omniũ feruescat insania: sed ꝑter cæte ra unum illud potissimũ ꝙ popularis opinio, ac omnis, semper erroribus fauens multitudo effecit: ut sine rõis delectu passim singuli ruant in uitia, ducantq; nihil pręstantius atq; eminenti us in homine esse: q̃ ꝙ, uidet, simulq; esse nihil in uita iocundi us nihil amabilius: nihil deniq; expetibilius q̃ Cumulari his ua riis honoribus, diuitiis, cęteris fortunę bonis, tanq̃ saginati, his summum bonum constare, summa gaudia, summas delitias: q bus qui careat, aut miseꝝ esse, aut miserabilẽ: qui affluat fortu natissimum. quę sane peruersitas, quoniam maxima est suisq; illecebris ueꝝ illud atq; eminens uirtutis decus mortales ascẽ dere non sinit, incursanda est a nobis sepe & impetẽda illis qui bus per maxime erudiende concionis: & alẽdę multitudinis ꝑre dentium, cœlestibus pabulis munus est creditũ: ex academicoꝝ suam medendi rationem, tum corpori, tum & omne congruere satis constat, quando & corpus & animam frequẽtibus morbis ac perturbationibus laborare contingit: ceteꝝ corporeę quidem pestes inuitis admodum nobis adueniunt animę uero labes de lectu uoluntatis pleręq; proficiscuntur: huius itaq; rei apprime conscius Deus, ut pote qui sapientissimus est; quiq; auctor ani

marum:& corporum,cęterarumq; rerum omnium, suos utriq; naturę cogruentesq; curandi modos,ac propria fomenta distri buit,medicosq; insuper utriq; rei pręfecit qui & hanc & illā me dendi rationem perdocti essent:iussitq; eos quodam quasi Impe rio ac dominatu moderari morbos illisq; preesse :uerum lōge di uersa egrotantium ratio esse cernitur:nam qui sunt corpore ma le affecto morbos ęgre ferunt: sanitatemq; appetunt,atq; id cir co medicis obedientes se prębent:non Iucunda solum ministrā tibus Pharmaca:uerum etiam si ferro igneq; utantur : si mediā imperent:si plenos amaroris calices porrigant:Cumq; hoc tam tristi genere curationis cupitam ualitudinem assequantur,mer cedem illis rependunt a quibus sic acerbe uexati fuerant : Salu tem quidē consequi desiderant:modū tamen ac rationem qua sint eam cōsecuturi non curant:cōtra autem qui impietatis labē infedilitatisq; cōtraxerunt,nō solum morbi grauitatē miseri nō persentiunt/ueq; etiā sic egrotātes opinanť optimo se in statu ac cōditione uersari:quod siquis modice facultatis peritus salubre remedium uelit afferre statim resiliunt:non secus atq; ii facere cōsueuerť qui frenetico morbo corripiunť,oblatā enim sibi cura tionem procul arcentes,quasi nouā egretitudinem aduersantur ac fugiunt:cęteq; iis qui artis medice professores censeri uolunt quantū uis morosi egrotantes scient,ęquo animo ferendi sunt, patienterq; tollerādi,uel si cōuitiis eos aspergant: uel si pugnis aut calce petulantes se pbeāt:solent enim quandoq; hoc iniurię genus delirantes peccare:neq; tñ cū hęc fiūt animo perturbanť q uere sunt medici:sed uincula potius colligandis intendūt : ca putq; unguento aspergūt:quamq̄ reluctantibus &inuitis nullū deniq; nō remedii genus excogitant/quo egritudinem procul sū moneant,pristinamq; partim ęqualitatē corpori uniuerso resti tuāt:quamuis aūt non ita multi numero essent,q huius morbi seruitio pręmerenť,essentq; pinguissime cuidā feci persimiles/q̄ crassitudinem impediť quo minus percholi foramina transfigať

at ne sic quidem posthabendi essent, neq; dissimulanter ferendum eos ab eiusmodi peste corrumpi: sed omnis potius excogitanda ratio esset, q̃ insidens eis nebula tolleret: splendorq; intellectualis luminis appareret: neq; enim q industrius sit gnauusq; Colonus multis qdem excindendis spinis occupat: paucas uero intactas eē pmittit: sed si unā duasue incurrerit radicitus eruit, & euelit, atq; ita segetem purgatissimam reddit, multo igit magis hoc nobis faciendum est: haud enim spinas excindere, sed eas colendo immutare diuina lex iubet: agendum itaq; ceu spinis quibusdam coloni rastrum admoueamus sulcosq; aurium q inculciores effecti sunt: aratro rationis altius instruemur: neqd forte inter occurrat: q irrigationis fluxum remoretur atq; illabi non sinat: aspergamus inq̃ infirmos salutariaq; illis ac paeonia pharmaca deferamus: primum uero omniū curare studeamus opinionis morbum: etenim non nulli eoꝝ qui poetarum participes, atq; oratorum facti iam sunt: Platonisq; adeo elegantiam degustarunt sacraꝝ litteraꝝ monumenta contemnunt: ut quę calamistris eloquentię compta non sint, indignosq; iccirco piscatores existimant a quibus ueritatem primam doceātur: quis enim tam leuis dicacitatis petulantiā tulerit: qui suis tenebris quibus immergitur nihil contentus, uel aliis has ipsas ut ingerat enitatur, qui de rerum conditore optime sentiant: & eius uelint disciplinam & instituta obstrependo peruertere: qui a morte homines reuocauit ad uitam: & errantibus inmortalitatis iter ostēdit: Enimuero de rebus humanis tam bene mereri porest, q pestiferos errores substulerit, q̃ qui pie docet innocenterq; uiuere tā & si illud dicere ausim neminem uspiam inueniri qui diuinis sit litteris apprime eruditus: & uerā dei xp̄o charitatem adeptus qui delirantibus eoꝝ dictis: aut sui similium uel nutet, uel penitus moueatur: non enim a xp̄i fide, ut ueterum quondam prędictionibus, ita in posterum re ipsa & miraculis apertius confirmata, tam leuiter quiuis defecerit: quis enim (inquit) Aposto-

lus a charitate Dei nos separabit? afflictio an angustia, an persecutio: an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? quantis olim plerique affecti supplitiis? q̃ miseris modis excruciati? in fide stabiles persistere: Et Tatianus quem Hieronymus summe extollit: & Torquatus: Tertullianus uiri illustres: & apud Grecos diuum martyrem Iustinum: & Cyrenensium presul Theoderitus: si quidem magna priscos homines causarum solertissimos indagatores obductos teterrime Caligine cecitatis in ueritate diuini numinis uestigãda laborasse diu uideo, quibusdam nephandissime impietatis assectoribus deos omnino pertinaciter esse negantibus: ut Diagoras & Protagoras: nõ nullis essent nec ne inconstanter dubitantibus: ut Pythagoras Samius: aliquibus deos quidem esse fatentibus res tñ humanas: & terrena negocia nõ respicere: ut Epicurus: aliis & esse quidem: & mortalium curam gerere existimantibus, sicuti diuinus Plato: tantus autem inter hos ipsos error in questione ueri, tanta cerimoniarum rituum, misteriorum uarietas fuit, ut nulla hominũ omnino etas fuerit, quae in diuinarum rerum sentẽtia nõ multũ inter se ipsa dissederit: Aegyptiis Osyrim: Isim: atque animalia quaedam abiectissima adorantibus: Athenienfibus Cererem magno studio precipue colentibus Romanis Martem, Vestam, Quirinum, ac quosdam priuatos deos uenerantibus, atque hec quidem multiplex confusio p multum tẽporis in toto ferme terrarum orbe perseuerauit, usque ad Saluatoris aduentum: Tum uero cecitati mortalium in lumen saluberrime pietatis ab illa perniciosissime impietatis nocte traductorum lux oboriri coepit tum errantibus semita ueritatis ostendi diffusi, deinde uariis mundi regionibus apostolici precones euangelica predicatione omnes gentes, omnes nationes illustrarunt, ut eorum uere fuerit uaticinatus propheta: in omnem terram sonum exisse: & uerba in fines orbis terre: Viri tum doctissimi, uereque philosophi Dei Opt. Max. qui sola sapientia est, amatores tanq̃ sydera corruscãtia passim emicuere: hinc apud latinos

lacteo eloquentię fonte manans Lactantius Cęlius, triũ lingua rum optimus interpres, uitęq; sanctimonia probatissimus Hie ronimus: hinc Sacer Aurelius Augustinus, inmortalis Ambro sius; uigilantissimus Gregorius, elegantissimis religionem no stram ęloquiis illustrarũt: gentilitatis demonum insidiosorum astu diutius elusę splendidissimo lumine ueritatis tenebras rete xerunt: & male de ueritate ipsa sentientes freno seuerę castiga tionis cõpescuerunt: apud gręcos uero Athanasius: Basilius: Grę gorius, Nazanzenus: Ioãnes Chrysostomus, Eusebius Pãphili aliiq; permulti indefessi Christianorum dogmatum assertores summopere claruere: sed cum infirmiores sint in ecclesia quidã quos Paulus suscipiendos esse commonefacit; non ab re fuerit deliri hominis ineptias refutare: ne forte qui recens ad ueram il lam & diuinam se contulit disciplinam, siue uerborum lenoci nio quodam illectus, siue pristina sua & praua ad memoriam reuocata consuetudine, ad uomitum relabatur: Non enim teme re Paulus idem: ut nihil ignarus non mediocrem in esse philoso phis uim suadendi quippe qui pro ueris possint falsa plerunq; astruere uidete (inquit) nequis uos per philosophiam decipiat ipse uero meliori conditione futurum existimauerim qui delirã tium, obtrectãtiumq; dictis per inde, uana: & anilia ita cõtẽpse rit: ut nihil omnino ducat his respondendum: quid enim potest aduersum nos illis afferre, q̃ non ineptum, inualidum: & fal sum esse coarguatur: prędsertim cui deliramenta quædam indu cant, nec ratione subnixa, nec prudenti saltem homine digna: quæ utiq; sumus iuuante Deo, tam facile nos euersuri, quam le uiter illi obiiciant: quamuis priscorum nephandus cultus quid pensi sanctiq; haberet, cum omnia scelera nephandaq; ample xi fuere: Nam cum insidenti, tetroq; malo uexarentur ho mines, consentaneum fuisse uideri poterat: ut ea sacro rum colliria adhiberentur, quibus uniuersæ egritudinis

euelleretur febre: ex quo sane intelligi potest / quantū eiusmodi sacra omniū gentium sacris prestare uideantur: nam ut Barbarorum omnium dira sacra omittam: quid in Grecorum aut Romanorum sacris repetiri poterat, q hominum ęgrotationi mederetur? quę enim medicamenta hii afferre poterant dii, qui uitiosarum rerum patrociniū susceperant: quid est tam ab omni sanatione abhorrens, q̄ pertundā, aut sub iugū inducere deos? Iam ut Capitolinus ascendatur cliuus, q nam sacrificiorum in Iouis delubro poterat inueniri genus q hęrentia hominum carcinomata sanaret? quis Iouem in uoluptatum luto uersatum fuisse dubitat, cum in ęde Capitolina & pellices & parasitos, & epulones Iouis affuisse intelligat: omittim9 hoc loco cętera phana latibula libidinū intimarum: ne uelut ex latrina cęno obrutos eruamus deos/aut Gigantomachiā moliri uideamur: at uero Theologiam in Myticen/Polyticen, & Physicen dispartiti sunt quarū una cōmentitia, altera ciuilis, tertia naturalis diceretur: quid erat causę cur naturā diuinā ad hominū uitia traducerent nam si cōmentitia nominabant, cur poetarū licentia in theatris deoꝝ uitia carminibus reuelari sinebant / & cantibus / si ciuilis dicebat? cur in phanis nepharioꝝ deoꝝ generi sacra decernebātur / si aūt naturalis putabat? cur philologię enodatione aliqd religionis certū non constituebat genus: in quo illud etiā a M. Varrone deoꝝ nomenclatore sciscitor: si Edulicā deā numerat, cur Palaticam etiam non inducat: neq enim ego uideo si Cumina est ab eo recepta dea? cur sit sedentaria explosa? quę sedibus senum pręesse debere uidebatur: cū nō nominis opis presidiiq flagitent: qui ab occasu q̄ qui ab ortu propius absunt: nec item intelligo cur Agonorea dea putanda sit, si ociaria nō putetur: cū otiū multo sit interdū negotio prestantius: aut quomodo possit Abeona dea dici/Ramea nō dici: quę eo angustior uideri debet quo redditio q̄ abitio iucūdior esse solet/q idē sane in tota deoꝝ natura fingere liceret/cū quotidie eiusmodi fingendi licentia &

fastis infarciri possent dii, & nihilo notiores induci/ quibus thura & sacra decernerentur: at uero contra quid sacroꝝ nostrorum ab solutioe certius? quid descriptione diuinius? nam cũ triplex sit generis humani ęgritudo: quarum una appetitionũ prauitas altera ęgrotationis cassa caligo: tertia flaccescens/ inbecillitas di catur totidem sunt adhibita presidia, quibus & addiceretur robur/ & uetus animi tumor depelleretur/ & gentilitii mali inscita elucretur labes: sic uetus etiam illa inscitia tanta enim futuroꝝ cupidine seducta/ ut cui ueri uates deerant Israelitico populo diuinitus condonata pręsciendi futuroꝝ scientia ei diuino etiam munere concessa: ueros enim Prophetas, aut contemnentes, ut pote a lege illa diuina aberrantes, aut post habentes in mille insanias deuoluti/ & in precipitia delapsi fuere, ut diui Cecilius: Aurelius: Seuerinus: Celius/ & alii illustres edixere: & M. Varronis, & Ciceronis, Valerii, aliorum illustrium sententia, Septimius & Tortellius, & pręclare ambo Pitii, uiri doctrina & nobilitate illustres memorauer: nam apud Assyrios Ariolorũ consulta, & traiectiones, motusq́ stellarum obseruatos multifariã inuenimus pręnoscendi cupidine eisdem astroꝝ pręcognitionibus Caldei & Egyptii pariter incubuere/ cuius uanitatis inuentum e Caria legimus, Cilices, Pamphilii, piside & cantu & uolatu auium res futuras ut Cicero prodit: certissime declarari autumabant, quam superstitione manasse proditum est: Arabes a cygnis/ cæterisq́ auibus uti ex oraculis diuinationem colligebant: putabantq́ brutoꝝ callere sensa: si cor aut èpar draconũ comedissent: persuasum aliis cor talpę ad presagium ualere, nec uulgo modo, sed & philosophis hominibus: siquidem Proclus Platonicus id & credidit, & scripsit: ille inquam a consectaneis celebratus cuius magicam quoniam hactenus/ ꝙ nouerim/ confutata non est: cuiusq́ olim decem & octo aduersus nostram religionẽ argumentationis Io. grãmaticus cognomẽto Philopon9 docte dissoluit: sic .n. nationes fere oẽs passim indubiis respõsa

ab oraculis petere, uestigare occulta concilia sibi uana demonũ nomina falso credita numina: hinc alię Pythiũ/alię Dodoneum de rerũ euentibus consulebant: alię Ammonis oraculũ de futu ris itidẽ sciscitabant/ nec ullũ fore absq; responsis demonũ quos decepta gentilitas putauit deos, & coluit, aut bellũ suscipiebat, aut firmabat pax: aut męnia condebantur: legimus & athletas huiuscemodi superstitione expetiuisse sectatoresq; ois ut uincerent coluisse easdẽ fortunę quoq; q̃ rerũ euentis fauere eã autumarẽt diuinos honores tributos memorię ꝓditũ ẽ apud Home rũ/& uetustissimos quosq; poetas/ nil fere unq̃ legit sine ꝓuoca tione temptatũ a regibus & populis q augures & diuinos cõsule bant: sic & Calchas sępe introducit & Prothei crebra mentio: sic & Tyrresię Amphiarai & Heleni/& Cassandrę & alioꝝ produn tur uaticinia: sic & apud Curtiũ & Plutarchũ Alexander Mace do uates cõsulit/& Aristandri responsis inter eos precipui q eius castra sequebant crudelitatẽ obstringit: sed & Iouis Hammonis oraculũ per uastas solitudines ardore solis exustas petit/pcũcta turq; terrarũ ne orbi imperaturus esset/ ante Romã cõditã Carmente archadis Euandri matris, qa fatiloqua putaret Latiũ au diebat/in qd multę diuinandi species diuersis ex locis quasi per manus deductę sunt: atq; in ipsa urbe Roma quasi domicilium sibi deligerant: cuius conditor Romulus augur fuisse tradit/& urbẽ auspicato ccõdidisse, Pompilius conditã regebat auguriis, & ęgregie colloquiis frui se iactabat ad ꝑnoscendũ auguribꝰ/ & reliqui reges Romanoꝝ usi: & exactis regibus nil publice sine auspiciis aut domi, aut militię gestũ ex Etruscis etiã num petitũ auspiciũ Romani misere, & dñationẽ inde adsciuere: Somnio rũ ꝑterea cõiectationibꝰ pręnoscendi ardore uacarũt: quę diuinatio e Thelmesso putat orta: Tatianus scribit gẽtes exprobãs cuius librũ in eas cõscriptũ beatus Hieronymus florentissimũ nuncupauit: idẽ sane domitores orbis Romani interpretationi Sybillinoꝝ carminũ incubuerunt, qbus declarandis multos ex

ciuitate uiros delectos esse uoluerũt/tantaq; pręnoscendi cupidi ne Latiũ exarsit: ut id aduertens Terentius seruulũ introducat (quã q̃ ut est apud Plautũ plura decet seruũ facere q̃ loqui) philosophantẽ/ scilicet ad Demeã docentẽ: id esse sapere nõ ꝙ ante pedes uisitur spectare, sed ꝙ futurũ est: Hominis ꝓpriã inquisitionẽ Cicero in officiis censuit, eundẽq; necessariis negotiis, curisq; uacuũ audiendi/uidendi/discendiq; auidũ esse, nec nõ mirabiliũ aut occultarũ rerũ cognitionẽ ad beate beneq; uiuendũ necessaria ducere, quã q̃dem sententiã de finibus differens repetisse uidetur, iam uatũ quoq; prędictionibus audiebant Romani/quos nõ modo apud homines/sed apud deos ipsos in honore esse finxerũt ob notitiã futuroꝝ: unde illa apud Maronẽ in Georgicis ad pastorẽ Aristeũ a Cyrene matre de Protheo: hunc & nymphę ueneranť, & ipse grandeuus Nereus/nouit nãq; omnia uates: quę sunt/quę fuerint/quę mox uentura trahantur: quæ sententia prius ab Homero/ab Hesiodo/ab Orpheo/ab Hyppocrate relata: siquidẽ Homerus prima rapsodia Iliados Calcantẽ prędicat sciuisse, eadẽ cecinisse Ioui musas in Theogonia fabulatur: Hesiodus eadẽ Protheo in hymnis adscripsit Orpheus: eadẽ medico noscenda in prægnosticis censet Hyppocrates: sed nec Romanus dũtaxat populus auguribus uacauit: nec solus Gręcus: nec Macedo: nõ illoꝝ modo duces, aut reges: sed & Bogum quoq; Hannibalis augurẽ legimus tam & si uanis testimonio filii deceptũ in alite signis: quã q̃ & ipse Hannibal & rudis & impius de quo & ipse canit: Armato nullus diuũ pudor/ improba uirtus: & de eo antea Liuius: nullius dei metũ nullũ ius iurandũ, nulla religio: quidꝰ ꝙ alię uel ex lege omnino / uel rudes nationes pręnoscendi astu, insaniis hmõi se mancipatunt, philosophis etiã Gręcis cõsentientibꝰ, nec Platone modo & Socrate/epiteto/ sed & ipso Aristotele q̃ de Pythia ut philosopharetť consultum Philoponus interpres prodidit quem tñ grauissimũ nec nisi sensu pręiudicatũ quicq̃ decernentem gentiũ cõsensus

existimauit / nec ab hoc negotio Indorꝫ sapientes abhorrebant Grachmanos inquam/nam & scientię naturaliũ rerũ/& diuinationi simul incumbebant: Idem & Apollonius qui eos accessit Gimnosophistę Ethiopũ si Philostrato uera narrauit Danus ut de sua diuinitate certiorem redderent Apolliniũ effecere: ut ulmus etiam locuta sit & Apollonii nomen pręnouerit Persarum magi rerum pręscientionibus uacarunt/augurabanturq; & diuinabant/ cõgregati in Phano cõmentandi causa atq; inter se colloquendi, nec quisq̃ rex Persarum poterat esse/ qui nõ ante Magorum disciplina fuisset imbutus, coniungebantur olim apud diuersas gentes hęc ipsa officia/regendi scilicet/& diuinandi, & sacerdotii: nec in Asia modo, sed in Europa: nam & Amphilocus, & Mopsus Argiuorum reges iidem augures fuere: & apud Maronem carmen hoc legimus de Rhamnete/ rex idem & regi Turno gratissimus augur: subditq; ad superstitionẽ detestandã & illud: Sed non augurio potuit depellere pestẽ: & superioribus libris de alio dixerat: Rex Anius/ rex idem hominum Phœbiq; sacerdos: ad hęc Mercurium illũ Egyptium produnt maximũ regem/& maximũ fuisse sacerdotem: alii in omnibus portentis interpretandis uacabãt: quorꝫ aliquando tam exuberans copia ut quęrerentur/nec auerti posse uiderentur: Cecinit Anneus Lucanus de prodigiis quę Cęsaris & Pompei bellum pręcesserunt: Cur hanc tibi rector olympi: Sollicitis uisum mortalibus adde re curam: Noscunt uenturas ut dira per omnia clades: Et alibi/ Sit subitum quodcũq; paras sit cęca futuri: Mens hominũ fati liceat sperare timenti: nec nõ apud Maronem de Didone: Heu uatũ ignarę mentes quid uota furentẽ? Quid delubra iuuant? Galli quoq; Druides suos pręnoscendi causa consulebant: legimus & in cõmentariis Caii Cęsaris Ariouisti regis copias a prelio quandoq; abstinuisse ob germanorꝫ matrum familias auctoritatẽ, quę sortibus uterentur: eisdemq; sortibus ·G· Valerium Procillum seruatum ne incendio traderetur: sed & ipsi Germani

ni, ut est apud Tacitũ nõ modo responsis fœminarũ abrogabāt nec solos cantus uolatusq; auium prænoscendis futuris: sed inuitus & fremitus equorum, quos deorum autumabant conscios peculiariter obseruabant: & fortibus quoq; surculorũ temere iactatis abutebantur: certe Romanũ Marium uaticinio fœminæ quam ut lectica deferri iusserat in bello usum Plutarcus est auctor, aliis aliæ gentes uatibus diuinationibusq; mentẽ obligant suam desiderio prænoscendi quo tantum extuabant: ut etiã eorũ poetæ quæ ficte non facta referebant: uel eorum deos, uel manes uel heroas ea ipsa quæ mille annis præterierant prædixisse/ fabularentur: ac utinam hæc sola uitia essent gentium quæ uerũ deũ non coluerunt: & Hæbrei ipsi ad Phitones, ad oracula demonũ ad diuinos nõ issent: utinam hæc sola uitia antiquitati & nostra tempestate non reperirentur, qui umbras legis, & tenebras gentium euangelico splendori præponeretur, notum enim & Astrologiæ diuinatrici operã sine rubore, sine uerecundia dari & ficta fabulosaq; referri, & Negromantiæ, Geomantiæ, Chiromantiæ, cultores consuli, & demones etiam custodiri insano amore futura prænoscendi: nam & has peruersas artes dii illi nephandi inuentæ res fuere: Herodotus, Diodorus, Theopompus, & Eudoxus, & qui Persarum gesta scripsere ostendunt: unde inquit Cæsariensis, Magicæ artis ipsi dii gentilium & inuentores, & doctores fuerunt: unde nanq; homines quibus demones cogunt, q̃ ab ipsis demonibus discere potuissent, neq; putes id ita a nobis dici: nihil enim nos harum rerũ scimus/nec scire uolumus: sed ad redarguendum errorem gentiliũ/& ad defensionẽ nostrã idem ipse Porphirius testis citetur: qui in libro de responsis his uerbis utitur: non autem solum felicem conuersationem suam/ uerũ etiam quibus rebus gaudeant, & quibus illigentur dii hominibus significarunt: & ad hæc quibus rebus cogantur/& quæ sibi offerẽda sint/& quos dies uitare oporteat/figuras ipsas quoq; simulachrorũ quales esse debeant, & in quibus locis ipsi uersen

tur: & omnino nihil est quod ab ipsis diis homines non didice rint/quã rẽ cum multis aprobare possumus, paucis tñ erimus contenti: primũ enim Proserpinę responsa de simulachris quomodo & ex qua materia facienda sint: his uerbis Hecate declarat/quale mihi facias simulachrũ aduerte/docebo: Siluestri capenata loco/atq; absyncthia circũ: Ponito cum totum celate/& pingite mures: Qui soleãt habitare domos pulcherrime sunto: Hęc ornamenta/atq; animo gratissima nostro: Tum myrrham/thus styracem/ ipsorumq; cruorem: Conterito pariter murum sacra desuper inde: Verba cane/tot uero adhibe/muresq; repone: Quot mihi tu esse uides formas/tum sumito laurum: Vtq; eius trunco uaginam optato: piasq; tunc effunde preces simulachro/ & debita solue uota: Hęc si facies per somnũ meq; uidebis: his aliisq; huiusmodi magnus apud gentes philosophus/ theologusq; mirabilis secreta deo؛ mysteria sublimia, atq; archana ostendit, quibus demonum uirtus/ & malignitas profecto manifestatur quid enim prosunt maleficę istę artes, aut quam utilitatem inanimata nobis simulachra afferũt: quid autem oportet magicas artes insequi, si uirtus & philosophia ad felicitatẽ sufficiat: sed uideamus qualia sint quę subiecit, caracteres/& (inquit) figuras non parum a deis diligi Proserpina his uerbis significauit: quis nam hominũ formas aeris neglexerit unq̃: aut auri flaua, aut argenti candida dona? quis non miratur? quis nõ hęc ipsa deo؛: non autem solum figuras a diis peramari: sed etiam ipsos circumscribi docuit, contineri enim eos ait in consecrata imagine, quasi in sacra quadam terra: sacra enim est terra, quę dei habet imaginem, qua sublata illud statim soluitur: quo deus continetur: his omnibus optime astruitur terrestres atq; passibiles demones a gentib9 coli/ quos non iniuria nos penitus cõtempsimus: uides enim a theologis eo؛, & ab ipsis illis concedi figuris & caracteribus eos detineri/cũ oporteret non alibi q̃ in animo, nec in omni animo, sed ab omni macula remotissimo & omni

uirtute predito eos habitare/merito enim certe ad talem animū diuinus aduenit spiritus, ne nobis uirtute ac pietate pręparatis ad suscipiendum deū magicis artibus opus erit: & quāuis Porphirius acerrimus hostis; nostrę religionis extiterit, ut ex libris, quę contra nos delibauit lucide liquet: siquidem etiam suo ęuo oracula deoꝝ euanuisse memorat, ablata est Pythi uox haud reuocabilis ulli: Temporibus longis etenim iā cessit Apollo: Clauibus occlusis silet ergo rite peractis: Discedas patria & redeas ad limina sacra: Proinde Plutarcus meminit: Cum igitur (inquiens) Ammonius tacuisset, tunc ego ad Cleumbothum dixi/ enarra nobis o amice si nō displicet/de oraculis de quibus apud uos pręclara ferebantur, nunc autem omnia extincta esse uidentur: hęc ego tacente Cleumbotho, & quasi rubore confuso & in humū respiciente: quid oportet inquit Demetrius de illis quęrere, cum omnia fere hic pręter unum, uel ad summū alterū defecisse perspiciamus: quare uicissim consideremus quandam rationem, causamue, oracula deorum sic debilitata, immo uero extincta sunt: nō enim ignoramus Boetiam multiuocam propter multitudinem oraculorum nuncupatam/ appellatamq; fuisse: quę omnia quasi aquarum fluenta deficcata permanent, & ad nihilum redacta, nullibi enim nunc/ q̄ in Lebadia Boetię oraculum conspicitur, seu inuenitur: reliqua enim uniuersa uel silent uel penitus desolata ruerūt: hinc Tharensis/ & Emilius eximii theologi edixere q̄ mirabili sapientissimus opifex deus hominē sua prouidentia regit, cogitanti mihi & collata beneficia/& quę indies confert se se offerunt, quibus laudamus misericordem/& quę infert mala, quibus persępe iustum admiramur, quando a prima & summa omniū causa tanq̄ ab unico fonte diuersi effectus uti riuuli scaturientes in partes uarias effluūt: ast cum diligenter rem tracto & ad subtiliorem intellectum animum cogo/ uideo haud me Aug. sententia/ ꝙ medicamentū unius medici una manu confectū: alii scilicet Nabuchdonosor ad remedium

alii scilicet Pharaoni ad interitum ualuit:quippe quia si diuinã definiamus prouidentiam, ꝙ primũ faciendum censeo,ut sciamus quid id sit de quo agimus intelligimus,aut a Damasceno, ꝙ est dei uoluntas,propter quam omnia quę sunt cõuenientem deductionem suscipiunt: aut ab Augustino, ꝙ est lex ęterna incõmutabiliter manens, quę omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur/nec solum ipsi homini prouidet elargiendo bona malaq́ꝫ inferendo: ne eum aut inmoderata prosperitas leuet,aut minus aduersitas deprimat: uerũ cęteris creatis & homine inferioribus,substantia bonitatem imprimendo: sic dictũ Geneseos intelligimus: uidit deus cuncta quę fecerat & erant ualde bona bonitate:quã secundũ substantiam uocant/nã bonũ ꝙ reb9 creatis finitis impressit,diuus Thomas cęteriq́ꝫ theologi bifariã partiti sunt,ut primũ bonũ substantię: tũ alterꝫ bonũ ordinis dicãt:nec ꝑfecto liberalitatis qcq̃ / ul'saltẽ parũ bñficẽtissim9 in nos deus contulisset/etiã si creauit oĩa secundũ substantiã bona,si ex his nõ bonus subsequetur finis,ea re excellentissimo hoc ordinis bono quæ creata sunt in optimũ finẽ ordinauit res primũ ipse disponens ordinisq́ꝫ executionem rebus creatis relinquens: nam quis uestrũ est,qui neget quibusdam secundis causis uirtutem producendi quosdã affectus dedisse deũ? quis qui nõ intelligat rationem omnium quę fiunt, ordinemq́ꝫ illoꝝ effectuũ eundem ipsum diuino suo intellectu pręhabuisse,quis nõ affirmet non solum res/ sed rerum ordinem in finem esse sub diuina prouidentia? O admirabilem prouidentiã/quę prouidens omnibus/nõ omnibus e uestigio prouidere uisa est: O incõprehensibile dei archanũ , qui inferiora superioribus tanq̃ mediis accomodatis diuinę prouidentię gubernas: o uirtutem indeficientem,quę in cõmunicando causalitatẽ etiã creaturis tuę bonitatis abundantia maxime dares: hoc certe uerũ fatebor,quicqd fit/quo ordine/quo modo/quando/ubi clarissimũ dei intellectũ intelligere theologica ueritate affirmare ausim: nec quicq̃ est ꝙ

a dei prouidentia alienũ putandum ſit: magna mihi memoran
di copia foret/niſi me longius oratio diſtraheret/eorꝫ qui diuinã
ſapientiam ac prouidentiam negantes omniũ mortalium facta:
alii fortunę/alii caſui aſcripſerunt: quis uero ſanę mentis homo
exiſtimat inferiora quę oculis cernimus regi fato⸗ hac nc minis
deſcriptione intelligendo uel influentiam planetarum, uel cœ-
leſtium corporum: hoc errore pleriqꝫ ducti definierũt: nec ſane
quidem ea ipſa ab his pendeant/tanq̃ a neceſſaria cauſa ſint ne-
ceſſe: quos Aurelius Auguſtinus libro de ciuitate dei acutiſſi-
me conuincit: cuius uerba hęc ſunt: prorſus diuina prouiden-
tia regna conſtiruuntur humana: quę ſi propterea quiſq̃ fato tri
buit: ꝙ ipſam dei uoluntatem/uel poteſtatẽ fati nomine appel-
lat: ſententiam teneat, linguam corrigat: cur enim hoc primũ
non dicit ꝙ poſtea dicturus eſt, cũ ab illo quiſq̃ quęſierit: quid
dixerit fatum: nam homines quando id audiunt uſitata loquen
di conſuetudine non intelligunt, niſi uim poſitionis ſiderum,
qualis eſt quando quis naſcitur, ſiue concipitur, ꝙ aliqui qui a
dei uoluntate alienant: aliqui etiam ex illa/hęc pendere confir-
mant: ſed illi qui ſiue dei uoluntate decernere opinantur ſidera
qualis quiſqꝫ ſit: id bonorum habemus, malorumqꝫ patiamur
ab aurib9 omnium repellẽdi ſunt/non ſolum qui ueram religio
nem teneant: ſed qui deorum qualiumcunqꝫ uolunt eſſe culto-
res: hęc enim opinio quid agit aliud, niſi ut nullus omnino co-
latur aut rogetur deus: & paulo poſt quale deinde iuditium de
hominum factis deo relinquitur, quibus cœleſtis neceſſitas ad
hibetur: cum dominus ille ſit & ſiderum & hominum, & obiici
entibus, non nullos uera multa reſpondentibus reſpondere: fa
cilius eſt reſponſio, hoc fiet eodem (Auguſtino teſte) inſtinctu
ſpirituum non bonorum, quorum cura eſt, falſas & noxias opi-
niones de aſtralib9 fatis, inſerere humanis mentibus atqꝫ firma
re: accedamus ad eos nunc, qui aſſerunt inferiora omnia, fortu
nę imperio regi atqꝫ diſponi: eoſqꝫ iterum cum Aug. omnium

acutissimo paucis refellamus: si fortuna dea putatur & colitur: certe omnes deo utriusq; sexus, & si sexum nō habent, non nisi bonos existimare debemus: hoc Plato docuit: hoc alii philosophi: hoc excellentes rei publicę, populorumq; rectores: sed quo modo quęso dea fortuna, aliquando bona est, aliquando mala? an forte quando mala est, dea non: uerum in malignum demonem repente conuertitur: sed missa hæc faciamus: introducamus paululum Aristotelem, intelligemusq; luce meridiana clarius: fortunam casum esse per accidens in agentibus secundum propositum: tunc non longe aberunt ueri sapientes theologi, Thomas anglicus, Seraphicus Bonauentura dicentes: tam & si est aliqd/aut a casu/aut a fortuna respectu agētis particularis utpote particularis naturę & intellectus creati: nihil tñ respectu ꝓuidentię dei, a quo omnia & ꝓuisa sunt, & ordinata: illos aūt qui dei prouidentia circa inferiora, & hominū facta nulla esse contenduntur, sed sic omnia euenire, currere sine ulla prouidentia regulante, suo mucrone transfigemus: hic error ut alii pene innumerabiles a Democbrito, tanq̄ a fonte pernitiosissimo scatet: qui omnia casui submittit, & diuinam prouidentiam aufert, quem secutus Epicurus: deum quidem unum esse dixit: quia necesse sit aliquid esse in mundo prestans, eximium beatū prouidentiam tamen nullam: itaq; mundum ipsum nec ratione ulla: nec arte, nec fabrica instructum: sed naturam rerum, quibusdam minutis setiinibus, & insecrabilibus conglobatam: quo repugnantius nihil dici potuisse Firmianus Lactantius ratiocinatus est: etenim si deus est utiq; prouidens, est ut deus: nec aliter pōt ei diuinitas attribui nisi ut p̄terita teneat/& p̄ntia sciat & futura ꝓspiciat: cū igit̄ ꝓuidentiā substulit/etiā deū negauit esse: cū aūt deū ꝓfessus est/& ꝓuidentiā simul esse cōcessit/ alterū sine altero nec esse ꝓrsus/nec intelligi pōt/huius sententię confirmator est noster tam repetitus Thomas: qui ea summa quā in gēules fecit/ait fuisse possibile nūq̄ aliqua nec finē qdem

cognoscentia:& propter finem operari:& in ipsum recto ordine peruenire nisi mota ab aliquo finis cognitionē habente/ omnia uero naturalia corpora moueri, atq; operari propter suum finem, tam & si illum non cognoscunt nemo ambigit, tota ergo naturę operatio ab aliqua cognitione ordinetur fatendum est: sed ut obmittam Theologorum testimonia de diuina prouidē-tia: quis sacros canones inficiabitur unq̃? audite sapiētissimum Salomonem in suo sapientię libro: tu autem sapiētia tua gubernans omnia: audite in ecclesiastico: ne dicas corā angelo tuo, nō est prouidentia: audite inuincibile xpi dictū/qui moderatam de Deo diffidentiam sollicitudinem reprehendens: ostendit quāta ipsa prouidentia decorat terram floribus, pascitq; aues: & uolucres cœli: facileq; eoꝝ soluitur argumētatio qui & cum uate Malachia de inmutabilitate: & cum Iacob de apostolo de nulla dei transmutatiōe arguūt ut quia omnibus prouidit a bom ni uirtutis opere sit cessandū, nam qbus diuina prouidentia bona largiri: & bona illis euenire: quibus autem mala impertiri, mala illis eueniant sit necesse: longe hii quam Prophetę, q̃ doctores aliter sentiant: legite in Ezechiel: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit: & impietas impii non necebit ei in quacunq; die conuersus fuerit: huius rei causam de pe.di. inscriptam legimus, quia nouit Deus mutare sententiam si nouerimus emendare delictum: Aristo. autem phisicus & item ipse metaphisicus: Deum scripsit inmobilem, omniaq; mouentem q; altius pscrutatus Seraphicus bona uentura eandē diuinę essentię & recte quidē inmutabilitatē cōsensit: nō enim mutaƭ loco: qa ubiq;: nō tempore quia simul ęternitas: nō forma qua pur actus est: Equidē mutationē secundū formā simplicitas: secundū tempus ęternitas: secūdū locū inmensitas tollit, & ea restabilem summe deū totiusq; motus cām sana doctrina intelligimus: quippe si sui mutatione pduxit in tempore mundū, siue sui mutatione carnē nostram assumpsit: siue sui mutatiōe uirtutibus illustret

gloriosos fieri uult atq; beatos, & eosdē post ignauos effectos mi
seros efficit atq; calamitosos: namq; diuina hęc prouidentia, ne
dum q̄ effectus eueniāt: sed quibus ex causis quoue ordine prin
cipio disposuit humanis uero actibus uti secundis causis ex effe
ctibus nonnullos relinquit: nec ꝓpterea defectus uirtutis arguē
dus in Deo sed magis suę bonitatis abundantia laudibus extol
lenda est: nō nulla pleriq; agunt fateor: nec p humāos eoꝝ actus
diuinā prouidentiam ac dispositionē immutāt: sed implēt quos
ꝓuidentissima dei maiestas illo ordine euēturos effectus dispo
suit, magis ac magis fateor: q̄ unico in naturalibus causis exem
plo mōstrabo: neq; enim qui plātat est aliquid, neq; q rigat, sed
qui incrementū dat Deus, quomodo aūt incrementū dat Deus
si aut nō plantat, aūt nō seminat homo? sic satis ostensum puto
omnia diuina prouidentia regi: difficillime Epicureorum q̄stio
ni respondeamus q̄ postremū est nostrę ꝓbatiōis: si omnia e di
uina ꝓuidentia ueniūt, cur mala nō e medio tollit q̄ res quoniā
pulcherrima mihi uisa est: non est silentio ptereūda: & eo maxi
me q̄ uos nō pręterit plerosq; hac formidolosa quæstione pluri
mū perturbari solere quę tamen clarissimorum doctorum sentē
tiis facile soluitur: Firmianus Lactantius Deum bonum & ma
la pręposuisse homini uoluit, quia sapiētiam simul dedit, cuius
omnis ratio in discernendis bonis: & malis posita est, non potest
enim quisq̄ eligere meliora ac scire, quid sit bonum, nisi etiam
sciat recipere ac uitare quæ mala sunt, inuicem enim sibi alteru
trum connexa sunt: sublato alterutro, utrunq; sit tolli necesse: ꝓ
positis igitur bonis, malisq; cū demū opus suū peragit sapiētia
bonū appetit ad utilitatē/malū reiicit ad salutē: accedit ad hoc q̄
ideo mala n̄ abstulit ut ex malis bōa eligeret & illi9 sapiētissimi
artificis in eligēdo ex malis bōa sapiētiā ēt atq; ēt demiraremur
sic ex Luciferi casu hominis creationē ex hominis peccato ęterni
uerbi incarnationē exinde ꝑpetrato ꝓditiōis facinorē cōmune re
dēptiōis bonū elegit: & hoc adderē dignū mihi & singularē uidet

Ideo mala Dei prouidentia nō substulisse: sed duplicē ꝓposuisse homini uiā, alteram uirtutū/alterā uitioꝝ/ut uirtutibus adherē do, uitiaq; detestando duabus uiis ad paradisi patriā homo ipse omniū bonoꝝ refertissimā meritus, gloriosus ꝑueniret: Enimue ro per tot uarios casus, ꝑ tot discrimina reꝝ, nos beatoꝝ omniū fieri uult conciues, ac cōtabernales: ueꝝ nostri negotii est ꝓui dentiā hoc loco perquirere: ꝓpterea ꝙ ꝓuidentiā in deo eē uolu mus: qn̄quidē necesse sit ut ratio ordinis in ultimū mēti diuinę insit: ratioq; statuendaꝝ reꝝ in ultimū prouidētia dicat: ob eāq; causam iure de Demochriti & Epicuri manibus est extortus mu cro qui dū mundū corpoꝝ concursione fortuita effectū esse cen sebant, prouidentiā reꝝ excluserunt nichiloq; benignius audien di sunt, quibus ea tantū, quę nullo modo extabescūt ꝓuidentię subiecta esse placet, cū satis perspicuū sit cūcta perinde diuinę mansioni ut artificiosa ratio artis ordini subesse: Ex quo quidē libet multoꝝ philosophoꝝ insaniā accusare: qui ut a cęterorum inuentis discreparent pugnantia & incredibilia multa induxe rūt: quasi laus esset gignentis ingenii transilire pręscripta etiā si deprauata genuissent, ꝙ ego non tam fastidio q̄ ignoratione accidisse puto, ut q preclare hominem nudum pingere nequeūt lenocinio amictus artis ignorationē obtendunt: qui enim cuiq̄ sano inmentē uenire potest ut rerum uniuersarum prouidentiā excludat, aut mundum dei procuratione administrari neget? multi tn̄ fuere, qui cuncta nulla mente diuina, nulla ratione gu bernari opinati sunt, sed omnia casu fieri uolebāt: ꝙ si hii in phi losohorum genere inuenti sunt num mirabile uideri debet quas dam pregnantes fœminas reperiri quę carbonum cęmentorūq; esu delectentur? itaq; multi ut argutius sapere uideantur/nullo modo prouidentiam diuinam negauerūt: sed eam ministris uti uoluerunt affirmantes eam regiminis quā simillimā uideri q ad ministrandarum reꝝ suarum munia dispartiat: ob eamq; causā Plato tripartito prouidentiam distribuit: nam unam auctoris

dei esse dixit, quę spiritum in primis naturę rerumq; uniuersitâ ti consuleret: alteram aiebat eam esse, quę singulis rebus quę ex tabescerent: & gignerentur prouideret, quam his cœlitus tribuē dam statuit, qui circum Cœlum meantes cœlestia corpora im- pellerent: tertiam uero putauit, quæ rerum humanaꝝ procura- tionem susciperet, eamq; demonum generi ascripsit, quos inter homines & cœlites interiectos esse censuit quam quidem sentē- tiam multi tanq̄ statuam admirando pretereunt: nos autem cū- cta uolumus prouidentia sine ministris gubernari, sed tñ quæ- dam intermedia esse dicimus, quibus non carentia uirtutis, sed affluentia probitatis inferiora regat quare si quicq̄ bene fortuna tęq; euenturum sit, ei deum cœlites, & Cœlum suffragari opor tere dicimus: nam sepe alicui pręter ꝓpositum bene euenire sci- mus, ut siquis arando auri urnam excutiat: q̄ nullo prorsus mo- do erat illi in animo perquirere: Etenim sepe accidere solet quē- piam molientem pręter propositum moliri, non tamen pręter heri propositum moliri cui sit iure subiectus, quemadmodum si Marcus Tullius. T. Tyroni aliquo proficisci iubeat, quo eo imprudente Alexionem pręmiserat intelligi debet Tyronis pro positum pręter Alexionis, non pręter. M. Tullii propositum uide ri, eodemq; q̄q̄ homini qnippiam fortuitu & casu accidat, id ta men quippiam statutum dicitur: Nam cum homines corporis natura Cœlo intelligentia Cœlitibus uoluntate parenti reꝝ deo subiecti sint aliquid pręter propositum & homini accidere posse dicimus, q tamen rato cœli ordine, uel Cœlum, uel Dei consti tutione cadat: itaq; sileant priscoꝝ nugę diuinam abnegantes prudentiam: unde Lucanus: mortalia nulli sunt curata deo: sed pręclarius Sophocles, Est magnus in Cœlo inspicit: & imperat: Et Naso Aspiciunt oculis super mortalia iustis: & Et Maro scili cet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat: & diuus Hiero nymus prouidentia Dei omnia gubernantur: & quę putatur pe na medicina est: hinc pręclare Cicero inquiēs in primis magna

dissentio est, eaq; nisi diiudicatur, in summo errore necesse est homines, atq; in maximarum rerum ignoratione uersari, sunt enim philosophi: & fuerũt: qui omnino nullã habere cẽserẽt rerũ humanarũ ꝓcurationem deos: quorũ si uera sententia est, q̃ potest esse pietas, q̃ sanctitas, q̃ religio? hęc enim omnia pure hac caste tribuẽda deorũ ita sunt, si animaduertant ab his: & si est aliqd a diis inmortalibus humão generi tributũ: sin aũt dii neq; possũt iuuar nec uolũt nec omnino curãt: nec quid agimus animaduertũt, nec est quos ab his ad hominũ uitã ptinere possit, quid est q̃ ullos diis inmortalibus cultus, honores, p̃ces, adhibeamus in spẽ aũt fictę simulatiõis sicut reliquę uirtutes, ita pietas inesse nõ põt, cũ qua simul & sanctitatẽ: & religionẽ tolli necesse est q̃bus sublatis ꝑturbatio uitę sequit: & magna cõfusio: atq; nõ scio an pietate aduersus Deos sublata fides, ẽt & societas generis humani & unã excellẽtissima uirtus iustitia tollat: sũt aũt alii philosophi: & alii quidẽ magni/atq; nobiles q̃ deorũ mente atq; rõne omnẽ mundũ administrari & regi cẽseant: neq; uero id solũ sed etiã ab eisdẽ uitę hominũ cõsuli & prouideri: nã & fruges & reliqua q̃ terra gignat: & tẽpestates, ac temporũ uarietates, Cœliq; mutatiões, q̃bus omnia q̃ terra pariat maturata pubescẽtia diis inmortalibus tribui humano generi putãt, quẽadmodũ conspicimus in optimo principe quẽ cõstituit deus ut curã rei pub. subeat sua optima ꝓuidẽtia ut magis cõmodo rei publicę insistat q̃ ꝓprio: quẽ de9 post multa uulnera/multasq; afflictiões/ꝓpter enormia peccata iflictas: tãdẽ paupculę plebi suã assidue clemẽtiã pro remedio implorãti ꝓpitiatus super illã solet excitare: ipse enim est de quo scriptum est in libro uitę ęcclesiastico, in manu Dei potestas terrę: & utilem rectorem in tempore suscitabit sup illam qui scilicet dispersa cõgreget, perdita requirat, abiecta reducat, fracta cõsolidet, ꝓstrata releuet/infirma roboret: utilia foueat: noxia repellat: q̃ ꝓphetica exortatione innouet sibi nouale & non serat super spinas: ne simul exortę spinę iuxta euãgelicã

parabolam, semen suũ suffocent: qui secundũ uerba Hyeremię euellat:& destruat, disperdat, & dissipet, ędificet, & plantet: qui deniq; malos male perdat: & uineam suam locet agricolis, qui reddant fructũ temporibus suis, neq; enim possunt (ut ait salua tor) aut de spinis uuę colligi, aut de tribulis ficus: ipse pręterea est qui ad exterminiũ: sed potius ad sanationẽ, morũq; turpissimo lapsu corruptorũ reformationẽ, regna solet, ac prouincias uariis acerbitatum angustiis, uelut quibusdam amaris poculis ad prosperam ualitudinem more periti medici reducere: unde in libro sapientię scriptum est: sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & nõ est in illis medicamentũ exterminii: quis autem nõ potentissimus princeps a deo motus/& inspiratus/ & aductus, & electus tantam posset uitiorũ colluuionẽ quanta in hoc regno uersatur extirpare: moresq; sceleratissimos in antiquę uirtutis ordinem ex hac tanta confusione reuocare: princeps namq; (ut ait apostolus) dei minister est/uindex in iram ei qui male agit, propter qd & gladium portat: qui uero dei minister est / cõmunis debet esse persona, nõ priuata, nec tam sibi q̃ de aliis uiuere & ad dei similitudinem cui cura est de omnibus cunctis qui suo sunt commissi regimini, ne forte rem pub. ledant, neue priuatę cupiditatis affectu/aut alia iniquitate aliquatenus ipsam uiolẽt prospicere/& si forsan uiolauerint pœnas debitas exoluant: ipse enim princeps apud antiquos Romanorũ: non tam dominus q̃ pater patrię uocabatur: unde est illud Satyrici Roma patrem patrię Ciceronem libera dixit: Inde etiam est q; Brutus primus consul paterno magis affectu rẽ pub. q̃ proprios filios diligens/ filios ipsos in patrię pernitiẽ aliquid nephariũ molientes iussit interfici: & quis est qui non intelligat per publicę auctoritatis personam istam patrię tutelam libertatisq; restitutionem fieri oportere? sed in hoc opere debetur bono principi, qui recto contendit ordine Politicã administrare priuatim, quiq; pro suo modo, aut pro sua industria/ scientia/ uel potentia subuenire: neq; enim

enim sine multorum adminiculo princeps aliquis quantulibet sapiens, regnum aliquod uel prouinciam rite gubernare poterit sed suę debet esse prudentię, non cupidos, non ambitiosos, non alieni appetitores, sed probos/& uirtuosos, & publicę prosperitatis amatores: quanto potentior illustriorq; est recēsendi dei summi prouidentia uniuersi architectoris, qui orbem hunc regit/ac gubernat, mortalesq; ipsos/humanumq; ipsum genus protegit, & ad lucem ducit qui e coelo filium emisit, ut innocentissimam christianam religionem mortalibus condonaret: & iustitia moderatione, innocentia, ad diuinam illam perennemq; gloriam compescendam, tam pręclara religione & perillustri eos ad diuinas illas sedes educeret, iterq; illud coeleste eis ostenderet, qui quidem uera innocentia a deo edocti, & perfectam christiani professores/sectatoresq; eam norūt, ut a perfecto preceptore ostē sam, summaq; fide custoditam, ut ab inconceptibili dispensatore emanatam/omnibusq; mortalibus suscipiendam tradidit/nec humani imperii maiestatem exhorrescit: nec philosophorum disciplinę, seu priscorum idolorum antistites demonūq; captiones extimendę a christiana innocentia ueritateq; sunt: tanta est ipsius uis ad ostendendum id q; optimum est; tanta auctoritas ad exigendum/tanta illa facilis/q̄ ista contemni/atq; adeo, quid plenius dicere? non occides? an docere/ne irasceris quidē: quid perfectius prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria cōcupiscentia arcere? eruditius/quid de maleficio, an de maliloquio interdicere? quid instructius iniuria non permittere, an hęc uicem iniurię sinere/dum tamen sciatis ipsas quoq; leges priscorum ac Platonis, Solonis, Ligurgi, Aristotelis, Pythagorę q;, & aliorum similium, ipsas quoq; leges priscas quę uident ad innocentiā pergere de diuina lege aut antiquiore forma mutuatas: sed quanta auctoritas legum humanarum cum Christo legis latore, sed si euadere homini cōtingat, Septimius inquit, & plerunq; in admissis delitescendi, & aliquando cōtendere ex

uoluntate uel a necessitate delinquendi recogitare etiam ea pro breuitate supplitii cuiuslibet, non tamen ultra remansuri: siqui dem ut Plautus meminit, quę non deliquit decet audacem esse confidenter, & pro se proterue loqui: siquidem ut inquit ille di uus Bernardus: si quis innocentiam retinet & nihilominus hu militatem iungit: nonne is tibi uidetur geminū animę posside re decorem, rara auis in terris, aut sanctitatem nō amittere, aut humilitatem sanctimonia nō excludi: & ideo beata quę utrūq; retinuit: nam tāta est uis innocentię, ut ab ea ignis ille refugiat: innoxius qui accipit a deo hanc potestatē ut impios urat, iustis obtemperet, ut inquit Celius, nihil enim sancta maiestas aliud ab homine desiderat, q̄ solam innocentiam, quā si quis obtule rit deo, satis pie religioseq; litauit: hinc Cicero: atq; etiā (inquit) hoc preceptum officii diligenter tenendum est, ne unq̄ innocen tem iuditio capitis accersas, id enim sine scelere ullo pacto fieri potest/uitam inquam beatam efficiunt (ut inquit Ambrosius) tranquillitas conscientię, & securitas innocentię: siquidem & si bellum miles, qui nemo libens patitur cum & trepidare, & peri clitari sit necesse, tamen & preliatˀ omnibus uiribus, & uincens in prelio gaudet/qui de prelio querebatur/ quia gloriam conse quitur, & predam, prelium est: Christiano autem cum prouoca tur ad tribunal tyrannorum, ut illic pro discrimine capitis, ut inquit Tertullianus, certet: uictoria est autem pro quod certa ueris: sed obducimur certe/quū obtinuimus: ergo uincimur cū occidimur, deniq; euadimus quū obducimur: licet nunc sarmē titios, & semassios appelletis/ quia ad stipitem dimidii assis re uincti sarmentorum ambitu exurimur: hic est habitus uictorię nostrę/hęc palmata uestis/tali curru triumphamus: merito itaq; uictis nō placemus, propterea desperati & perditi existimamur sed hęc desperatio/& perditio/ pene uos in causa glorię & famę uexillū uirtutis extollūt, mutuis dextrā suā libēs in ara reliquit O sublimitas animi: Empedocles totū se se Atheniēsiū Aethneis

incendiis donauit: o uigor mentis/aliqua Carthaginis cõtra di/ctrix rogo se secundũ matrimoniũ dedit: o preconiũ castitatis: regulus ne pro multis hostibus uiueret toto corpore cruces patitur: o uirũ fortem, & in captiuitate uictorẽ: Anaxarcus cum in exitum Pthisanę cõiungeret, tunde/tunde aiebat Anaxarchi solem: Anaxarcum enim non tundis: o philosophi magnanimitatem qui tali de suo exitu etiã iocabatur, omitto qui cum gladio proprio, alioue genere mortis mitiore de laude pepigerunt: eccẽ enim & tormentorũ certamina coronant a uobis: Attica meretrix carnifice iam defatigato postremo linguã suã cõmestam/in faciem tyranni seuientis expuit: expueret & uocem ne cõiuratos cõfiteri posset, si etiam uicta uoluisset Zeno Elates cousultus a Dionisio, quid nam philosophia prestaret, cũ respondisset contemptũ mortis impassibilis flagellis tyranni obiectus/sententiã suam ad mortem usque signabat: certe Laconũ flagella sub oculis etiã hortantiũ propinquorũ acerbata, tantũ honor ẽ tollerantię, deinde conferunt quantũ sanguinis fuderint: O gloriã licitam/ quia humanã/cui nec presumptio perdita, nec persuasio desperata reputatur in contemptũ mortis, & atrocitatis omnimode cui tantũ pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permissum est: quã tũ pro deo nõ licet/& tamen illis omnibus & statuas diffunditis, & imagines inscribitis, & titulos inciditis in ęternitatem: quantũ de monumẽtis potestis, scilicet prestastis, & ipsi quodammodo mortuis resurrectionem hanc qui uerã a deo sperat, si pro deo patiat insanus est: sed hoc agite boni presides meliores multo apud populum si illis christianos imolaueritis, cruciate, torquete, damnate atterite nos, probatio est enim innocẽtię nostrę iniquitas uestra: ideo nos hęc pati deus patit: nam ad proxime ad Lenonẽ damnando christianã potius quã confessi estis labẽ pudicitię apud uos atrociorẽ omni pœna/& omni morte reputari, nec quicquam tñ profuit exquisitior quęque crudelitas, uestra illecebris est magis sectę: plures efficimur, quotiens metimur a uo

bis sententia est sanguis christianoꝝ: multi apud uos ad tollerã tiã doloris, & mortis hortanť/ut Cicero in Tusculanis: ut Seneca in fortuitis: ut Diogenes, ut Pyrron Gallynicus, nec tñ tãtos inueniũt uerba discipulos:quantos xpiani factis docẽdo:illa ipa obstinatio quã exprobatis magistra est:quis .n. nõ cõtẽplatione eius cõcutiť ad requirendũ ꝙ intus iure sit: quis nõ ubi requisiuit accedit:ubi accessit pati exoptat/ut dei gratiã redimat/& omnẽ ueniã ab eo cõpensatione sanguinis sui expediat/ oĩa .n. huic operi delicta donanť:inde est ꝙ ibidẽ sententiis uestris gr̃as agimus/ut est emulatio/diuinę rei & humanę/cũ dãnamur a uobis a deo absoluimur:de deo igiť & hominũ felicitate dictuꝝ apum suauiores flosculos delibantiũ moř/ gratiora ꝓ uirib9 explicabo cœlestẽ regionẽ diis & hominib9 patriã esse/priscoꝝ nemini fere ambiguũ fuisse inuenio/p̄terq̃ nõ nullis & paucissimis qdẽ q ad tantã usq insaniã deuenere, ut neqꝫ deũ/ neqꝫ ullã in reb9 prouidentiã esse putarẽt / cuius sententię ab Euripide factus aucta ut ad rectã quandã institutionẽ metu redigereť:deũ esse illis suasũ fuisse dicebat, q minutim circũspiciens oĩa ꝓ iustitia p̄mia cunctis/aut ultionẽ impendeř/res ꝑfecto insana/neqꝫ hominũ ingenio digna fabulamentis qbusdã/& nugis id uelle subtrahere:qd nedũ stabili indubiaqꝫ rõne ostendiť:sed etiã pre oculis omniũ/ pre manib9 exploratissimũ extat; uidemus .n. tanto cũ ordine optimaqꝫ sanctione mundanũ opificiũ regi / tanto cũ ornatu & pulchritudine cœlos moueri/sydera coruscare/ elementa inuicẽ cõcertantia/nũq̃ diminui/tã uariã/tãqꝫ multiplicẽ inde reꝝ ꝓpaginẽ fieri/ut nisi deus sit: q hęc oĩa fecerit, unde ueniant:quo pacto subsistãt excogitare nõ liceat:hinc admirabiles rerũ affectiones/admirabiles animantiũ uires: inde omnis intelligentię splẽdor/hinc religio/pietas/fides/hinc bene beateqꝫ uiuendi modus: hic deniqꝫ uirtutes oẽs uno agmine ꝓficiscunť:ideoqꝫ uates ille rectissime cecinit:cœli enarrãt gloriã dei/& opa manuũ suaꝝ annũciãt firmamentũ:cuius felicitas/q̃ta sit/magnitudo/uirt9/atqꝫ

potestas/cũ nulla mens capiat/ neq₃ ad minimũ q̃dẽ intelligere/ ne dũ exprimere nõ ualemus: si .n. (ut Platonis utar exemplo) uelut in antro quodã in hoc mundo cõstituti rerũ dũtaxat umbras in pariete a modico lumine decisas/ collo/ pedibusq₃ uincti cõspiciamus: quo pacto diuinũ illũ supcœlestis solis splendorẽ infinitã beatitudinẽ exacte perpendere/ aut excogitarẽ poterim⁹ de quo ad tantũ nr̃ę mentis imbecillitate cõiicimus/ ꝙ rẽ omnẽ: omnẽ cogitatũ exuperat/ omni potentia maior/ omni intellectu diuinior/ omni pfectione prestantior/ unũ tantũmodo & bonũ a Platonicis appellatũ: huic propius hęrentes angeli/ aliiq₃ maiori felicitate potiti sinceris mentib⁹ incessantes grãs agũt: amore flagrant: admiratione cõspiciũt: letitia iubilant: obseruantia colunt acceptã pietatẽ incredibili affectu custodiũt: inde scriptũ est eos diuino solio cateruatim semp assistere: inseruireq₃ aureis turribulis thura suauissime redolentia administrare/ excelsi gloriã canere/ extollere/ magnificare/ hii sunt qui trino felicitatis ordine tertio repetito ineffabilẽ trinitatẽ effingunt/ singulariq₃ officio diuinã liberalitatẽ obseruãt: qd enim superiores accipiũt/ ut fas est/ ad dei nutũ/ inferioribus exprimũt/ intelligentię lumẽ effundũt archana dei mysteria detegũt/ docent/ atq₃ pficiunt: supremi siqdẽ ordinis seraphici spũs ardent: cherubici intelligentia splendent: troni in sua stabilitate persistũt: in medio dñationes ingenuę: uirtutes fortes: potestates ornatę: In postremo felicia principatũ auspicia: archangelorꝝ prelia: angelorꝝ deniq₃ legationes & custodię numerant̃ felices spirituũ nodi/ felices gradus/ felicia uincula: q̃bus glia in cœlis canit̃: pax in terra diffundit̃: dei maiestas colit̃: mors pellit̃: perennis uita recipit̃: ad cœlestia deniq₃ cõuolat̃/ datę sunt superiores angelis alę/ ut earũ leuitate ęthereas sedes inhabitent: inferiores/ ut ad infima ꝓ reuelatione descendant: dati sunt oculi/ ut speciosissimã sibi demandatã lucẽ retineant/ modo hominis/ modo leonis/ interdũ bouis/ & aquilę facie describunt̃: ut rõnis ingenuę/ fortitudinis promptę/ exactę obedientię/ pstantissimę capacitatis intelligant̃: inde igneas ro-

ras/igneos uultus/ flãmigeros fluuios/ ruentes nubes/ uelocissi‑mas auras/intimũ eoꝝ splẽdorẽ/agilitatẽ/ & grãm pſe ferentes diuinis uatibus legimus apparuisse:hii sunt angeli/qbus libera tus ẽ Loth/ Moses instructus/Baluã emẽdatus/ Gedeõ admoni tus/Centurio reuocatus; sępius castigata Hierusalẽ: hii sunt an geli ex quibus Hębreoꝝ prefectus dictus est Michael: Tobię cu stos Raphael: deiparę nuntius Gabriel: hii sunt angeli qui uen turũ dñm nuntiauerũt /pacẽ dederũt/ gratiã cõmunicarũt: qui in eius natiuitate/in fuga/in reditu/in passione/in morte/ in se‑pulchro/in omni actione/& mysterio deseruientes sẽp inuenti sunt:trãsco alias frequẽtissimas eoꝝ legationes/& innumeras/si leo motiones/corpoꝝ assumptiones/creationẽ/moras/& dimen‑siones omitto: pręterео prelũ in cœlo factũ/ Luciferi casum: & dulcissima eoꝝ colloquia/aliaq; innumerabilia ptermitto:quę si percipere possem/neq; dies multi,neq; noctes in eoꝝ cõmemora tione sufficerent: id unũ silentio nõ preteribo/ tantã esse angelo rũ gratiã & dignitatẽ/ut rerũ omniũ conditor/atq; saluator / de quo potestas & imperiũ sup humerũ eius magnũ cõsilii angelũ appellari uoluerit: alia deinde cœlitũ recẽsendã se efferũt agmi na ex mortaliũ animis cõstituta : q uelut hac in uita pro statutę legis obseruantia pro iustitia/pro dei opt. pietate gessere:ita sunt cœlestis patrię felicitati donati : eis nãq; datus animus/ data ra‑tio est qua se ipsos cœlestia cõtẽplari/uirtutes pstiq e mortalibus inmortales fieri potuere: hinc ille a Zoroaste primum/deinde a Platone in Phedro animę cõfiguratus currus/ geminos habens equos/rõnalẽ scilicet/& sensualẽ instinctũ geminas habens alas ueritatis/ & bonitatis alũnas/ mediũ aurigã rationẽ ipsam/ quę malo suadeat equo/ut quo alę sunt sẽp intentę/illuc una cũ bo no currũ idest animã ipsam ad superiora cõducat : hinc discipli naꝝ & uirtutũ omniũ apparatus/hinc beatitudines uobis hodie aut euangelista ppositę:quę ad diuinũ intuitũ ad supremã pul‑chritudinẽ/ad immensi solis splendorẽ homines inuitant/prępa rant atq; deducunt:harum quędã purgatorię eo q; a uitioꝝ labe

animos purgent: quędã amatorie sunt appellatę / qbus lucis radius diuinę liberalitatis officio in mente scintillat: quũ enim in mente ab omni sorde sincerus, nitidusq; factus est animus q̃ rectum est, & bonum intelligens amando uehementius illi coniũgitur, & deniq; felici quodam silentio a clara limpidaq; supremę unitatis notitia irradiatur, dupliciq; ardore uincitur, & felicitatem assequitur: hęc amandi uirtus est, quę uirtutes omnes amplectitur, quam supereminentem scientię charitatem uocat Apostolus: sine qua nihil uel prudentia circumspectum haberi potest, uel fortitudine firmum, uel iustitia eximium, uel modestia temperatum, uirtute hac orta est, & confirmata religio, diutius obseruare leges, ueritas intellecta, bonitas profusa, uoluptates neglectę, tollerata supplitia, sępius expetitus intentus / uirtute hac priscorum uota patrũ suscepta, prophetarum oracula, apostolorum uoces, sacerdotum obsequia, martyrum coronę, aliaq; innumera utriusq; familię beatorum insignia prodiere: quo circa primo cum sacrificio Abel, Noe cum archa: Abraam cum uiginti mactandi hostia, cum circumcisione, cum antiquę legis primordiis, aliiq; patres sua singuli pręferentes officia celebrant: Mosen quoq; de mõte / cũ tabulis descendentẽ inspicio, q dei populũ de seruitute redemit, seruauit, & auxit diuinas leges ore dei acceptas edocuit acerrima flagella hostib9 suis inflixit: pluentẽ de cœlo cibũ obtinuit: ad hui9 libitũ scatebant fonies cedebãt maria, ferę patebãt, populi cõseruabant: cuncta deniq; suo subdi imperio uidebant: subit pterea magnus ille sacerdos Aarõ / Samuel / Eliaclim / aliiq; sacroꝝ mysterioꝝ ministri: subeũt reges / subeũt principes / quoꝝ potentissimus Iosue: Iudas Machabeus piissimus: carissim9 deo Dauid: sapientissim9 Salomõ: cęteriq; longo agmine recensendi succedũt: q totiens cũ Egyptiis cũ Assyriis / cũ Cananeis / & Ammorreis aliisue gentib9 copiarũ discrimine cõgressi / felicissima uictorię insignia deportauerunt: admirabile profecto est / & penitus incredibile minutũ populũ

inbecillem: & fere inermẽ, nisi diuinis uiribus adiutũ ualidissimas hostiũ acies inuadere, sustinere, cõfligere potuisse: qs putasset mulierculã medios trãsire p hostes ad imperatoris tẽtoria penetrare arrepto gladio caput eius abscindere / tutã redire, ab imminẽti excidio patriã liberare qs cogitasset ad mortaliũ nutũ Solẽ ipsum nõ tantũ a rapidissimo & assutu cursu desistere, sed ẽt magno tẽporis spatio ad cõtrarios fines inflecti, & retrocedere potuisse: ut alteri cõfligendoq; hostiũ tẽpus suppeteret; alteri p̃rogãdę uitę certissimũ daref iudiciũ: sileãt Romani sileãt Gręci / taceãt Persę / cum nulla unq̃ militia similis uisa sit, neq; usq̃ inuentũ Imperiũ, q̃ ne dum fauentibus, sed ad libitũ deseruientibus astris tã fęlices sibi pateret exit9 uictorias / atq; Triõphos Prophetaq; deinceps egregia qs posset cõmemorare facinora: uaticinia referre: Apollineũ furorẽ, Palladiã intelligentiam: fatidicã sanctimoniã percipere: aut uerbis exprimere: quid enim diuinis q̃ ab Esaia prędictum: quid certius exploratũ: qd de singulis xp̃i misteriis clarius pręsagiũ: tanto huic prę aliis deferendũ existimo, quãto solus inter Euangelistas connumerari potuerit auctore Hieronymo, eiq; soli Seraphicorum spirituum ordines apparuere: qd de Heliseo, Ezechiele: Hyeremia Daniele, aliisq; duo decim decantatis uatibus referendũ: cũ de illis p dignitate loq neq; linguę: neq; animi uis neq; tẽporis angustia patiat: uidere tñ uideor q̃ tubis aureis oẽs maximi Imperatores aduẽtum resonãt maximũ, expectatissimũq; triũphum annũciãt: stridẽt / exclamãt / quẽ Helias (ut alios taceamus) post optimã uitę consuetudinẽ: ingentiaq; facta miracula omniũ spectãtibus oculis igneo curru in Cœlũ deuectus prefigurasse credit: post hos precursor Dñi sequif, lõge aliis dignitate, gratia, sãctitate uatibus superior: hic ad uias domini preparandas accessit, uenturum agnum prędixit, excoluit, adorauit, uenturum regẽ pacificum Dei filium / patrię liberatorem uoce spiritu / actione uita sanguine / interitu denunciauit: Ideoq; diademate aureo insignitas

incedēs, crucigerū ferēs agnū a gētib⁹ stipat⁹, undiq; sciscitabat an ipse esset, q uēturus erat: an alium expectare deberēt? sapientissimi deinde religiōis nrē cultores apostoli subierunt: candido amictu induti: laura coronati, oleaꝝ ramos in manibus ferētes aureo baltheo pcincti in sole ex auro cōtexto crucis signum in pectore portātes sūma cū exultatiōe canētes gloriā Deo: & agnū qui humanū genus a morte ad uitā a seruitute ad libertatē suo iure deduxit, hii sunt apostoli qui nullis armis, nulla ui, nullo gentiū apparatu, sed sola uoce, totū terraꝝ orbem ad sua uota compellere potuerūt, hii sunt q mortalibus gaudiū annunciauere pacē dedere gratiā cōmunicauere, hii sunt q neglectis fortunę bonis mille iniuriaꝝ genera passi p Dei opt. pietate mori intrepide nō dubitarūt: inter quos splēdidiores duo: altioreq; ceruice precedere uisi sunt quoꝝ alter ętereus ille clauiger principatum obtinuit: cui referādi & claudendi Cœli data potestas: animorumq; uinctū sacratissimum Imperium: hic Cœlestis militię ductor, ęcclesię caput, utriusq; fœlicitatis nodus nexus & copula, alter accerrimus in primis xpiani nominis hostis mox ardentissimus fautor, ppugnator, atq; defensor q p fidei ardore mille mortes quotidie irruebat, quotidie imolabat dissolui summopere cupiebat: iāq; utētissimo charitatis igne cōflagrās se nō amplius, sed Christū suo in pectore uiuerē pfitebat: deniq; mortalis in Cœlū raptus, q̄ uix suscipiūt alii, clarissime quāta sint alterius bōa uitę cōspexit: in hoꝝ medio cōstitutus rex ipse sūmus aureo curru sedēs inuect⁹ purpurā auro intextā indut⁹ triplici diademate coronatus crucis uexillū sinistra tenēs, dextera fulgidū cęli globū porrigēs totū illustrabat orbē uitā replebat gloria & fęlicitate dōabat curr⁹ uero a q̄ttuor alatis fulgētissimis ęquis miro quodā ordie ducebat rgis lateri herebat uirgo illa deipara filii triūpho magnificata cōgaudēs, iubilās, exultās huic quoq; regia maiestas erat, regi⁹ amict⁹, Imperiū regiū forma uirt⁹ atq; potestas ante currū aurea immensi pōderis phiala, aurei calices

aureę patinę ęthereus panis,aliaq; noui facrificii/nouęq; militię infignia afportabant,prę fidebát quoq; debellati hoftis tumidi fafces,ipfęq; met fequebať fufca ueftę amictus,catenis uinctus magno lugentiũ agmine comitatus ppter magnitudinẽ maloꝝ. ad omnia trepidus,ac mẽte turbatus,poft regis currũ quattuor pfpicaciffimi reꝝ geftaꝝ fcribę,totidẽq; diuini fuccedebát inter pretes hos uero fplẽdidiffimę martyrũ legiões fequunť,q uictri ces palmas fanguine refperfas manib9ferẽtes,fub tãto rege egre giã gexiffe militiã,tantoq; intereffe Triũpho fummoperẽ gloriã tur,neq; minus exultát fequẽtes uirginũ turmę:q accẽfis lãpadi bus decoꝝ fuum fœliciter prę feferẽtes,fummis laudibus trium phantis regis gloriã pfequunť:id ipfum piiffimoꝝ facerdotum copię:pontificũ acies:cõfeffoꝝ cohortes:idipfum reges:& princi pes exequunť,q uirtute,ingenio,uirib9,armis xpianę rei pub. iura tutati funt:fed enim dicturos uos puto(ut inquit Cirenẽfis antiftes)atq; ẽt uos chriftiani quafdã poteftates effe cõceditis:q oculis uideri nõ poffint,hos aũt Angelos & Archãgelos, princi patus pterea, poteftates,dominatiões,ac tronos uocatis, aliafq; in fup Hębraicis nominibus Cherubin: & Seraphin appellare didiciftis:cur itaq; aduerfum nos tãtopere indignamini fi poft Deũ illũ qui femp eft,quiq; eodẽ modo femp fe habet fecunda- rios quofdã deos,fed eo tñ multo inferiores & opinamur effe & ueneratiõe pfequimur:ad hec aũt quę obicitis,ad hęc paucis re fpondeo:puto equidem nos olim facris fuiffe monumentis per doctos,effe quafdam poteftates,quæ uideri oculis nequeant,q hymnis laudent creatorẽ/eiufq; diuinę uolũtati deferuiant/neq; uero has effe deos defetimus/neq; uero has effe afferimus:neq; diuino cultu eas ueneramur:neq; adorationem quæ Deo foli de betur:Deo & Angeli ex ęquo partimur: fed hos quidem pluris effe hominibus faciendos putamus ut conferuos tamen opina- mur: neq; incorporeã naturam/in mares , fœminafq; diftingui mus, hac enim fexus difcretione indiget eorum natura qui

subiecti mortis legibus uiuunt:quia enim mors hominum genus quasi in seruitutem adducit/nupriç liberorum propagatiōe reponunt ꝙ interitus ipse consumpsit:mortale itaq; animal instrumentum hoc habet ad inmortalitatem tuendam sibi a creatore Deo tributum,ꝙ gingere filios ex se potest, eamq; ob rem morituro quidē homini:fœminę usum necessarium esse cognoscimus:Angelos uero quos deus inmortales creauit fœmineus ille sexus omnino super fuisset,neq; enim augeri propagariq; indigent,qui decrescere comminuiq; non possunt,neq; irem commisceri opus habent,qui corporum sunt exortes combrobat aūt uera/quæ dicimus utriusq; speciei creatio:neq; enim deus ab initio multos numero homines luto effinxit:sed uirum unum dūtaxat,& mulierem unam/duorumq; commixtio/totum continētem,marisq; omnis insulas genere humano compleuit, naturā autem eorum spirituum qui uideri non possunt/nequaq̄ ex duobus constituit,sed uniuersam simul,semelq; creauit quot enim milia eorum spirituū ab initio esse sanxit,tot repente simul ꝓduxit,ut superfluus continuo illis futurus fuerit fœminarum usus:qui ut inmortales propagatione non indigent,utq; incorporei commissionem non patiuntur,iccircoq; agios eos nuncupamus:tanq̄ nihil terreni insitum habentes,sed cunctarum firmitatum extorres,quæ circa terram gignuntur, unum uero dūtaxat munus sortitos:ut in cœlesti choro factorē suum hymnis concelebrent:tum etiam ministeria obeant inquibus imperio diuinę uoluntatis obediunt ab uniuersorum Deo,ad humani generis salutem gubernationemq; summissi:hoc enim de ipsis diuinus testatur Apostolus:quo loco inquit , non omnes sunt ministratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui salutis heredes futuri sunt:horum profecto imitati sunt, quicunq; hominum dei seruitium adamarunt, fugerunt enimquantumuis legittimam corporum commixtionem,ut pote quæ animum a diuinis rebus abducit:Et si Epicurus omnem Cruciatum dolo

remq; despiciat modicum quidem contemptibilem pronuncia
do, magnumq; uero non diuturnum: Enimuero nos qui sub deo omnium speculatore dispungimur: quiq; ęternam ab eo pœnam prouidemus merito soli innocentię occurimus & prospicientia plenitudine & prolatebrarum difficultate & pro magnitudine cruciatus non diuturni, uerum sempiterni eum timentes quem timere debebat: & ipse qui timentes iudicat, Deum non proconsulem timentes: cōstituimus ut opinor aduersus omnium criminum intentationem quæ Christianorum sanguine flagitat, ostē dimus totū statum nostrum: & qbus modis probare possimus ita esse sicut ostendimus ex fide scilicet & antiquitate litteraꝝ, item ex confessione spiritualium potestatum quis nos reuincerē audebit? non arte uerborum, sed eadem forma qua probationē constituimus de ueritate: sed dū unicuiq; manifestatur ueritas nostra, interim incredulitas dum de bono sectę huius obducitē ꝙ usui iam & de commercio innotuit, non utiq; diuinum negocium existimat, sed magis philosophię genus eadem inquit & philosophi mouent: & profitentur innocētiam, iustitiam, patiētiam, sobrietatem pudicitiam: Cur ego quibus comparamur de discip'ina nostri, proinde illis non adęquamur ad licentiam, inpunitatemq; disciplinę: uel cur & illi ut pares nostri nō urgenē ad officia quæ nos obeūtes periclitamur: quis enim philosophū sacrificare, aut deierare, aut lucernas meridie uanas proferre cō pellit: quinimmo & deos uestros palam destruunt & superstitiones uestras commētariis quoq; accusant laudantibus nobis plerią; etiam in principes latrant substinentibus nobis: & facilius statuis & salariis remunerantur: ꝙ ad bestias pronūciantur: sed merito philosophi: non enim christiani cognominantur: nomē hoc philosophorum demonia non fugat, quidni? cum secundū deo philosophi demones deputent: Socratis uox est si demonū p mittat: idem & cum aliquid de ueritate sapiat deos negans, Esculapio tamen Gallinaceū prosecari iā in fine iubebat, credo

ob honorē

ob honorem patris eius: quia Sochratem Apollo sapientissimũ omnium cecinit o Apollinem inconsideratum sapiẽtię testimonium reddidit ei uiro qui negabat deos esse, inquantum odio flagrat ueritas, intantum qui eam ex fide pręstat offendit, qui autem adulterat & affectat hoc maxime nomine gratiam pãgit autẽ infectatores ueritatis, quam in lusores: & corruptores inimice philosophi affectant ueritatem, affectando corrũpunt (ut qui gloriam captant christiani: & in necessario appetunt: & integre pręstant: ut qui saluti suę curant, adeo neq; de scientia, neq; disciplina ut putatis ęquamur: quid enim Thales ille Phisicoꝝ princeps sciscitanti Creso de diuinitate certum renunciauit cõmeatus deliberandi sepe frustatus, Deum quilibet opifex Christianus & inuenit: & ostendit: Et exinde totum ꝙ in Deo quęrič re quoq; assignat: licet Plato affirmet factitatorem uniuersitatis neq; inueniri facilem: & inuentum ennarrari in omnes difficilẽ cęterum de pudicitia prouocemus lego partem sententię atticę in Socratem corruptorem adolescentium pronunciatam, sexũ nec fœmineum mutat Christianus: noui & Phirnem meretricẽ Diogenis supra recumbantis ardorem: Subantem audio: & quẽdam Seusippum de Platonis schola in adulterio periisse Christianus uxori suę soli masculus nascitur: Democritus execrando semetipsum ꝙ mulieres sine concupiscentia aspicere non posset & doleret si non esset potitus: incontinentiam emendatione profitetur: at Christianus saluis oculis fœminã uidet animo aduersus libidinem cęcus est: si de probitate defendam ecce lutulẽtus pedibus Diogenes superbo Platonis Thoros, alia superbia deculcat Christianus, nec inpauperem superbit: si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Tyrios; Zenus apud Pyrenenses Tyrannidẽ affectãt: Christianus uero nec ciuitatem: si de ęquanimitatẽ congrediar Ligurgus apocharesin optauit: ꝙ leges eius Lacones emẽdassent: Christianus etiam damnatus gratias agit si de fide cõparem Anaxagoras depositum hostibus denegauit

Christianus etiam extra fidelis nuncupatur: si de simplicitate consistam Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit: Christianus nec inimicum suum ledit idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur q̄ Plato a Dionisio uentris gratia uendicatur: Aristippus sub purpura sub magna grauitatis superficia nepotatur: & Hidias dū ciuitati insidias disponit occidit̄: hic ꝓ suis omni atrocitate dissipatis, nemo unq̄ temptauit Christianus: sed dicet aliquis etiam de nostris excedere quosdam a regula disciplinę, desinunt tamē Christiani haberi penes nos, philosophi uero illi cum talibus factis, in nomine & in honore sapientię perseuerat, adeo quid simile philosophis & christianis, Grecię discipulus: & Cœli famę negociator: & uitę uerborum & factorum operator & rerum edificator: & destructor amicus & inimicus erroris, ueritatis, interpellator, & integrator & expressor: & fautor eius: & custos antiquior omnibus ueritas ni fallor & hoc mihi proficit antiquitas pręstructa diuinę litteraturę quo facile credam thesaurum eam fuisse posteriori cuiq; sapientię: & si non onus tamen uoluminis temperarem etiam excurrerem in hanc probationem indiuisa igitur indiuiduaq; penitus trinitas: quæ unus est deus ęternus immensus incomprehensibilis, ineffabilis in principio tēporis mundum creauit ex nichilo: & omnia quæ fugacibus utriusq; hominis oculis (mentis uidelicet & carnis) lustrari quimus quę supra captum etiam nostrę cogitationis existunt: Angelorū sed numerum pariter & ordinē infinita eius bonitate condidit: quorum qua ꝑplurimi cognita fœlicitatis magnitudine eamq; uel a seipsis habituros arbitrantes: uel clementissimo deo ęqualem gloriam optātes: ex altissimis illis sedibus in immane barathrū; huiusq; caliginis foueam duce superbia corruerunt quapropter adimplendi sedes ob eorum casum inanes: creatus est Adam ex anima & corpore: anima inquam rationabili ut differt a brutis & ex ipsius costa thori consors Eua qua posset genus humanū

propagari ad habitandum cœlum institutum: sed quę nostra miseria/ob eius inobedientiam effectum est: ut morti simus obnoxii: qui prius fuisset in nostra facultate posse non mori: & ad beatitudinē nullo dolore, nullis calamitatibus, nullis erumnis, quibus nunc circumfusi premimur posse sustolli: hinc peccata omnia pullularunt: hęc causa diluuii, hęc ciuitatis infernę repletio: humani tandem generis miseratus omnipotens, ex uirgine carnem assumpsit, ut homo factus est: perfectus deus, perfectus homo/qui tam multis annorum curriculis/per ora Prophetarum, per Patriarchas populi, quem sibi ad uerum cultum religionis delegerat: nuntiatus est: homo inquā factus: ut pro nobis moreretur, ut pro delendo peccato originis in ara illa pretiosissimum sanguinē crucifixus effunderet, ac pro expiatione delictorum nostrorum patri offerret: ut etiam eius nos dogmate instrueret insinuaretq́: quibus nam modis ęternam mortem fugere & euitari, & inde felicitatem, & summū illud bonū quod ipsemet est adipisci possemus: quid ergo nobis ille faciendum pręcepit: quid illud est quod si non facimus digni efficimur: de quibus ęternum sumatur supplitium: quid illud item/ pro quo uitam nobis perpetuam/ęternamq́ beatitudinem pollicetur: in euangelio quę perpetua lectio christianorum esse debet continetur: quid plura cōplectunť etiā nū decalogo hęc omnia: quin etiam duobus tantum uerbis/ quinimo solo charitatis dūtaxat nomine ambiť: conemur ergo ne maxima dei nostri misericordia abutentes negligamus pręcepta: perpetremus prohibita: seruus enim qui uoluntatē domini nō implebit uapulabit multit (ut scriptum est) Cum igitur ex anima constemus & corpore terrena etiam possideamus bona: ut diuitias domus/ & id genus cętera/ quę nobis a deo opt. max. tributa sunt, ut deseruiāt corpori/ corpusq́ ob id cōmodius famuletur animę,/ ut anima ancilletur deo, qui eam ex nihilo creauit diuinitatis capacem: iccirco ordinemus actiones nostras, & opera ad illū finem/ quē

cuncta desiderant/ summũ scilicet bonum/q; optant omnia: bo na igitur exteriora/quę nobis superfluũt ęgenorum releuent mi seriam potius quã & falconum saturent ingluuiem,corpus ieiu nans uesanę mentis motus cõpescat: oret anima iugiter Christi sui mortem sepissime contempletur: hęc sunt christiani homi nis officia: hanc uiam percurrere tutũ est, his armis capiendũ est cœlum: Dic quęso cur tu abundas / ille uero mendicat, nisi ut excellens ille theologus ait, ut tu bonę dispensationis me ita consequaris; ille uero patientię meritis coronetur: non tuę sunt superfluę illę exuberantesq; diuitię/quas habes: sed omniũ,imo tue ut prius tibi deseruiit,deinde pauperibus/qui canibus sunt pferendi/quos ut te ipsum debes diligere: attende obsecro illud propheticum dictum: qui in auibus cœli ludunt,qui thesaurũ thesaurizant: & aurum in quo confidunt homines: lege illud sępius/& perpensissimi illi uenandi ardores aliquanto frigescẽt qui temperandi quidem/nõ ut omnino mali/ sed ut sępe nume ro inanes: sed ut multa opera quãdoq; perfectiora impedientes errares profecto,& quidem dispendiose si crederes tot tibi bene neficia a deo collata fuisse:ut uiriis &diuitiis:qui nostrorũ homi num mos est,incũberes ut nil aliud quam terrę quadrupedia, & cœli aues depasceres ,ut totum uitę tempus in nemoribus cõ sumeres,ut multo luxu uiueres. utere ergo his bonis quæ tibi deus munificentissime contulit ad salutem. non ad interitum: Corpus item subiice animę rationabili obsequio non nimio etiã & scrupuloso:anima quippe in dei muneribus occupanda est: orationibus uacandum: cum dixerit Christus oportet semper orare cogitandum demonum eius beneficia:quæ magna profe cto in te extiterunt:dedit diuitias quæ sicuti malis hominibus obesse possunt.ita(ut ait Ambrosius) probis possunt esse adiu menta uirtutis:dedit coniugem qua possis te a libidine carnis noxiam prorsus abstinere: & procreare sobolem ad dei cultum educandam:dedit corpus & pulchrum quidem:dedit animam

ipsius insignem imagine, nec eam cottidie cessat, uel hõis alieni exemplis/uel adhortationibus/ uel locutionibus internis/ad bñ beateq; uiuendum prouocare: Eya obsecro qui dormis surge: surgamus omnes/qui cęno / & uolutabro mundi huius hęremus, immersi exurgam9 a mortuis/accedamus ad deũ eiusq; incessanter imploremus auxilium: Ecce nunc tempus acceptabile, quis scit an adiciat hodierne christiana sume tempora cogitem9 nos peregrinos esse (ut uere sumus) a dulcissimo paradisi patria exulantes procul cogitemus iterum si recte bonis/ quę nobis a deo sunt collata fuerimus usi/ corpusq; subiecerim9 animę: animaq; postremo dei obsequiis mãcipauerimus, iugoq; domini quod leue est/& suaue/ipsomet testante submiserim9: futurũ aliquãdo ut uocem illã simus audituri: uenite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a cõstitutione mundi: sitiui enim & dedistis mihi bibere: esuriui & dedistis mihi manducare: nudus erã &c. Identideq; sacra pertractemus eloquia/quibus bene uiuentibus fulcimentum paratur/mentemq; nostram ab demonis astris in diuersa rotatam/male affectam/ & contaminatã/ & abluamus/ & roboremur, ut stata tandem soliditate firmatam terrenisq; defecatam contagiis: & ultra mundanã sedem & dei opera tanq̃ per scalas euecti deo nostro opt. max. cõtemplatio leta conglutinet: hic finis est eius animę partis: quã intellectũ nũcupamus/quando ad eam cognitionis metam peruenit/ quã incorruptibili carne pretergrẽdi humana nequit infirmitas: sed illud assidue meditandum cauendumq;/ ne contemplatiua contenti uitam relinquamus; ne nos metipsos/ qui puluis sumus magnifaciamus, ne iracundiã cohibere negligamus: ne alienas res/ aut possideamus/ aut appetamus: ne exerceamus odia, aut corde retentemus: ne in uenereas defluamus delitias: & id gen9 cętera/quę maximo opere his qui cœlũ scandere cupiunt/ & uitanda sunt & formidanda.

Finis libri Noni.

APIENTISSIMVM rerum omnium architectorem deum ferunt nõnulli, hoc (quẽ uidemus) mira arte mundo fabrefacto, super cœlesti regione mentibus decorata, uniuerso animantium generi propria, ut cuiusq; tamen exigebat natura, & forma, & sede cõcessa, homini tandem / post cuius utpote creaturã omniũ prestantissime geniturã & fœtũ natura receptui cecinit, in mundi meditullio constituto, nec certã sedẽ, nec propriã faciem, nec munus ullũ peculiare dedisse, ut quã cuperet sedem / quã expeteret faciem / quę munera uellet, ea ipsa pro uoto, proq; sua sententia, & eligeret, & possideret, eundem hominem prędicant, neq; cœlestem, neq; terrestrem, neq; mortalem, neq; inmortalem factum, sed illud penitus euasurũ ad quod pro arbitrio suo manũ porrexerit, sicq; cum susq; deq; & indiscriminatim semina omniũ in se ipso cõtineat futurũ / ut uegetalia frequens fiat planta sensualia cõcupiscens / obrutescat rationalia cõtemplatus cœleste euadat animal, intellectiua mẽte cõplexus in euangelicã transformentur naturã hęc diligenter perspecta, & si longe minora ueris nõ arbitramur: quia tamen perfecta dei sunt opera, ad prescriptum aliquẽ & certum finem hominis uitã a deo opt. max. institutam constanter a deo asseuerantes ramus: qui enim pro arbitrio uiuenti homini diuina iustitia merito succenseret, pęnasq; infligeret si nullus ei terminus quẽ procaciter transgrediendo peccaret / designatus fuisset, deũ autẽ & hominẽ Christum Iudeis hodie tanq̃ a prę scripto sibi fine deuiantibus / iore succensuisse / his uerbis euangelica patefacit historia, si ueritatem dico uobis quia non creditis mihi, ad sedulam itaq; ueritatis indaginem, summiq; boni indeptionem ad finẽ ueluti / suamq; ipsius perfectionem hominem natura procreatũ proculdubio nobis persuadentes de ueritate nõ nulla in mediũ afferremus: sed ut spiritus ueritatis, qui seruis suis uel impius

uera tamē elocuturis os erudit, & linguam ori etiam nostro uerba ueritatis infundat: prius a ueri dei/& hominis/qui mundana hęc simul & diuina compensiori studio contemplantur philosophi/ atq; theologi/ bifurcatā/ binasq; in partes diuisam ueritatē adinuenerunt: est enim ueritas in intellectu/est & in rebus intellectus ueritatem, quæ est cognitionis ad id q̄ mente perpendit̄ adęquatio, atq; conformitas, argutis dialecticis discutiendum in pręsentia cōmittentes eam, quæ est in rebus breuiter perstringemus: ex rebus autem, increata sunt quędam, ut solus deus, reliqua uero omnia ab eodem & facta & creata dicuntur, cuius esse quoquomodo participant: hęc igitur quatenus exemplari diuino, quā uocamus ideam, secundum quam ex tempore condidit illę deus, quadrant/& respondent, uera dicuntur, & sunt: uera enim cuiuspiam imago ceu hominis dicitur: quæ uero homini confirmat: & autē q̄ sapientum puto latere neminem creatarum rerum omnium peculiaris, & sua cuiusq; ueritas, alia namq; ratio/unde productus est homo, alia equus/ & id genus complura uerum non ex se ipsis, sed aliunde ueritatem adipiscuntur, omne enim uerum a prima ueritate uerum est, sed & bona sunt omnia/quandoquidem uidit deus cuncta quę fecerat & erant ualde bona, nec inmerito quidem a bonitatis pelago, & ubertimo fonte nil nisi bonum, q̄ si eorum quę enarrauimus unum quodq; uerum est, est item bonum, & unum etiam si necesse est/quęlibet enim res a se met indiuisa ab aliis separata est/ atq; seiuncta, quoniam uero per ea quæ facta sunt, tanq̄ per scalas quasdā ad cœlū usq; ꝓtensas, ad dei inuisibilia hominib9 mente & spiritu cōscendere dat̄: iccirco cōtemplationis gradib9 diuinam unitatē/bonitatē/& ueritatē cōsequamur: unus itaq; in primis est deus/ qa prius in se intelligitur q̄ intelligat̄/ ut causa est itē unus/ut Dionisio teste/ quia unice est omnia/ qui sunt ab ipso qbus ipse tribuit unitatē; rursus edicimus/unū/qa ita prin

cipiū omniū est, q̄ sunt sicut omniū numerorum principiū unitas est, statim & uerissimus est, ea quidem ratione quia sapientissime dicit Augustinus, uerū est id quod est, quod sic interpretamur tunc tantum dici rem ueram, cum est id quod apparet quod uocatur: & quod esse dicitur: ut tunc uerum est aurum, quum aurum est: & non aliud est q̄ ipsum aurum: non ne igitur est uerissimus deus quid enim habet quod appareat esse: & nō sit, qui est ipsum esse: quod Moisi famulo suo nomen illius humiliter sciscitanti, his uerbis insinuat dicens, Ego sum qui sum, ex his consequens est ut dicamus ne penitus simus cecutientes & inuidi ut non solum sit uerus, sed ipsa ueritas, adde quod & ipsa bonitas erit, boni ꝓpriæ sunt tres conditiones, nam bonum est perfectum, sufficiens, expetendum, deus perfectus est, quia illi nihil deesse potest qui est unice, & eminentissime omnia, & sufficiens, quia illum possidentibus nil deerit: in quo inuenient omnia, maxime est expetendus quum ab illo est, in illo sint omnia quæ aliqua ratione expeti possunt, Deus ergo plenissima entitas, indiuidua unitas, solidissima ueritas, beatissima bonitas, at hiis longe maiora deo attribuenda sunt qui supra captum hominis, & nulli peruia esse ipsa ueritas asserit: Deum patrem nemo nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: ad illum igitur quemadmodum sumus ardentissimi amoris pēnis aduolemus, ut uoluntatis in deum feruentissimus ardor clarissimam eiusdem saltem in cœlis mentibus nostris intelligentiam subministret: id ipsum autem facillime consequamur, si nō cessabimus litteras sacras nocturna uersare manu, uersare diurna: latet enim in illis cœlestis uis q̄dā uiua & efficax: q̄ legētis animū (si modo illas pure humiliterq́ tractauerit) in amorē diuinū mirabili quadā ꝑtāte trāsformat, id uero lōge locupleti9 assequemur: si post lectionē sacrā ueterum patrū, ac ꝑcipue xp̄i uitā: moresq́ ꝑ uirili ꝓposuerim9 nobis imitādos, accomodat nāq́ ad uirtutē uia imitatio ē, q̄ simplex lectio sane queādmodū harmonia dū ꝑsens aures n̄as illabere uehe

mentius afficit,q̃ dum cogitatur pręterita:ac ueluti preliũ,quũ spect itur acrius mouet:q̃ dum ore narratur:sic ęgregia illustriũ uirorum opera ardentius ad uirtutem inflammãt:mentemq́ʒ ex actius formant,q̃ philosophorum & theologorum de moribus disputantium uerba ii uero omnes uno ore,una uoce: & magis eorum pręclaris gestis:& eorum operibus diuinum nobis suggerentes amorem acclamabunt: pie monebunt: nolite deligere mundum/neq́ʒ ea quæ in mundo sunt:nec falsa illius dulcedine capti,diuinorum penitus obliuiscamini:nolite terrenę ꝓsperitati,nolite inq̃ falsę fœlicitati confidere:quæ simultato risu pestiferis illecebris,ueneficiis lenociniis, pollicitationibus falsis innumeros homines passim decipit: qui mundanam prosperitatem tunc re uera infirmissimam esse cognouerunt, cum firmissimã crederent:nempe haud prius fœlicitas nuncupatur; q̃ summũ sui cursus attingerit:uerum in eo ipso momento:in quo summa uidetur:& quoniam apparet summa fœlicitas iudicatur repẽte in contrarium absq́ʒ remlabitur adeo ut quæ a sapientibus huius sęculi fœlicitas nominatur,fit quodam porius infœlicitatis exordium atq́ʒ re uera fel intimo gustui, fiat quod primo aspectu mel similitudine quãdam coloris apparuit:at quæret fortasse quispiam,quam ob causam ea sit mundare prosperitatis conditio ut sit fallax: inconstans, sit deniq́ʒ fugacissima, huius rei causę plurimę numerantur:principio diuina prouidẽtia statuit terrenam prosperitatem,iccirco uolatilem:& fugacissimam esse ne tenere nos diutius procul a diuina beatitudine posset: cũ nec monumentũ quidem unum a nobis ipsa teneri possit, etiam ut moribus frequentibus cogeremur cœlestis medici frequẽtius recordari meminisse ꝑterea nos in regione tam inquieta: nõ tanq̃ in patria constitutos,sed tanq̃ quodã exilio religatos: sic deinde lex syderũ a diuina ꝓuidentia temperat ut a ꝑpetuo cœlestium cursu quietis omnis experte,quũ primũ planetę ad summũ uel altitudinis,uel directiõis peruenerint,retro cedant; quo fit, ut

mundus hic inferior, qui superiori contiguus est: ut uirtus eius omnis inde gubernetur, inconstans sit & inmutabilis: post hęc autem naturali quodam ordine ita quatuor elementa sub cœlestibus disponuntur immo potius spherarum rotatu perpetuo ipsa quoq; ita cōtinue rapiuntur, ut cum aut calor, aut frigus, uel siccitas, uel humiditas, ad summum usq; naturæ gradum suæ, proprium intenduntur: tunc neq; progredi permittat ulterius finita natura, neq; ibi uel parum permanere sinat perpetuę cō ditio motionis: igitur quando qualitates huiusmodi, maxime uidentur intendi, tunc subito remittuntur: quàm quidem celerem uicissitudinem quattuor nostrorum corporum humores, complexionesq; sequuntur: hinc summa corporis ualetudo fallacissima iudicatur, nempe apud naturam ascensum ipsum/descē sus ferme continuo sequitur: & quæ uelociter floruerunt, ueloci ter & arescūt: postremo huberior humanę prosperitatis afflatus uanos mortalium animos inflat/tumidosq; reddit & ęgros: hinc igitur uelut ęgroti delirantesq;, sui iam priscórum obliuiscūtur sortemq; suam altiorem, q̄ humana rati omnia sibi licere, nihil imminere periculi putant, ergo in se ipsis solutiori licentia incō tinentes euadunt circa res suas admodum neglıgētes, in deum impii & irreligiosi: ergo homines superbi fiunt, contumeliosi cęteri uero contra illos merito, & odio: & inuidia perciti: & insidias machinant̄, & pręlia parāt: quam ob rem facillime multis de causis quas intelligere quilibet facere pōt, posterius nostra turbatur, atq; perinde ut iactus in altū lapis, q̄n altissime ascendisse uidet̄, tunc repente descendit: ita non nunq̄ quos ad sublimia raptos stabiles opinamur: ad infima statim pręcipitari conspicimus: sane & grādioribus casus grauior: & altioribus ruina profundior imminet, sepissimę post blandas auras/Zephirosq; suaues, repēte stridēs aqlone ꝓcella/uelū aduersa ferit/fluctusq; ad sydera tollit: qua ꝓpter Philipp9 Macedonū rex liceat nāq; extremū hoc unū exēplū ad nostrā doctrinā in mediū attulisse

Philippus inq̄,qua die & in ludis olympicis simul & in castris uictoriam reportauit,atq; primogenitum suscępit Alexādrum in tam secundo uberioris prosperitatis afflatu,contrarium uentum non iniuria timens o Demon(ait)tantum bonum q̄ mini mo male repende:pauloq; post sagitta altero oculo est excecatus nos quoq; si sapimus,si dolore nolimus,similiter timeamus/immo uero(ut rectius loquar)ne quando metuere similiter cōpellamur,ne credamus mendacio,ne speremus ingenio,neq; fugacia uolantia ne sequamur:ne inimica nobis,& noxia diligamus sed credamus ueritati diuinę dicēt,si ueritatem dico uobis quare non creditis mihi?hęc non mentitur unq̄, hec non fallit, hec quotidie multis nos admonet modis mentem hanc nostram cui diuina etiam peruia sunt,nō alibi q̄ indiuinorum possessiōne futuram esse fœlicem tātoq; nos amplius,dum hic quasi aduenę peregrinamur/propinquare fœlicitati quanto post habita terrenorum cura ad diuina magis erigimur,& accēdimur, quā rursus a dei maiestate honorifice unitatem, ueritatem, bonitatemq; recepimus diligenter custodientes ueritatis splendorem: & lucem in cęno in caligine uoluptatum quis non amittet, bonitatem furacissima nobis furatur cupiditas, bonitatis enim peculiare hoc,communicare aliis bona quæ possides,q̄ a cupiditate maxime est alienum,rursus non sumus unum si curuū sensum & spectantem cœlestia rationem uirtutis sedere non deuincimus sed duo in nobis principes, quasi per interualla regnantes, dum nunc deum per legem mentis, nunc Baal per legem sequimur carnis: & regnum nostrum in se ipso diuisum profecto desolatur,nos autem sic esse unum summa ope nitamur,ut mancipato sensu(ut par est)rationi lex sola imperet, mentis:tunc sane ueri homines erimus,quibus non iniuria ipsa ueritas dicat,quia ueritatem dixi uobis iam credisti mihi unde Cyrenensis antistes: qui maritimis se se studiis addixerunt, alii quidem remis naues impellunt, gubernaculis ue moderan

tur, alii uero piscatores, lembis inuecti retia demergunt: quibus innutritos aquis pisces concupiant: uidereq; est eorum non nullos contibus insidentes funem demittere, ut quos prius esca pisces illexerint traiectos hamis undis extollant: sunt aũt qui aduersa nauigatione utentes fracta naui pelago demerganitur/siue ne q; inprudẽter haud suo tempore in altum subducti sint: siue q; temerario quodam ausu se se tempestatibus obiectarint: hæc autem non in cassum uerbosus, nugaciterq; effundo, sed qui ꝓposita similitudine demonstrare contendam quanta sit eorum stultitia qui in mundi machina grauiter peccant, quæq; in eo ꝑ diuinam prouidentiam gubernantur: sine pudore ullo accusant alii siquidem mundi huius constitutionem spectantes opificẽ laudibus iure efferunt: alii uero plusq̃ oporteat mundum demirati fatuo quodam consilio deum faciunt: rursusq; deum nõ nulli mortales singula eorum quæ in mundo fiunt non sine admiratione maxima continetur, uidentes enim mundi gubernatorem omnia q̃ optime moderantem, laudant sapientiam, quæ in gubernaculis tanta conspicitur: contra uero non desunt qui omnia quæ fieri in mundo contingit maxime oderint: neq; eorum quicq̃ satis placere sibi fateantur: iamq; adeo & diuitias damnẽt & paupertatem infament, iuxtaq; & de morbis expostulent, & bene ualentes grauiter ferant, atq; ut semel dicam nihil eos delectet eorum quæ contingunt in uita siue prospera illa sint, siue aduersa itaq; pariter, & annonę fœcũditate turbantur & agroꝝ sterelitate, tristantur liberorũ copia: & carentia dolent pace, dolent & bello: exquo sane fastidio factum est, ut accusent prouidentię gubernacula, immo uero quantum in ipsis est, funditus tollunt, inducant autem parcas, fatum, fortunam/singulisq; nostrorum uiolentam quandam necessitatem preficiant: a qua prę ter animi nostri sententiam fieri nos latrones, mechos, parricidas affirmant, agedum itaq; gentilium Grecorum opiniões iterum disquiramus, casq; tum apostolicis, tum propheticis dog

matis

matis comparemus:ſed enim poetas hoc loco cum ſuę impietatis fabulis relinquamus/quando & princeps poetarum deorum principem flebiliter conquerentem inducit, ꝙ filium ulciſci nõ poſſit, eo ꝙ Clotone filis inferior ſit, eaq; diſſoluere quidem uelit:ab Aropo autem & Lacheſi prohibeatur, eamq; ob rem lamẽtis, fletibus, ululatuq; permulto uerba commiſceat:idem & Neptunnum inquit uelle q̃dem ultionem ſumere de Cephalenorũ duce/qui Poliphemo oculum eruit:haud tamen potuiſſe fatum ſuperare quando quidem fato iam decretum erat Vlixes Laertę filiũ, ad Ithacam patriam rediturum eſſe poetis prętermiſſis philoſophorum potius cętũ afferamus, Diagoram, ſectatoreſq; Diagorę:Atheos cognomento nuncupatos ferunt: eo ꝙ penitus Deum negarẽt eſſe:Pythagoram uero ancipiti opinione de deo ſenſiſſe aiunt:nam dixiſſe illum ita affirmant neſcire ſe utrum dii ſint, an omnino non ſint Epicurus autẽ Neoclis filius:queq; ab eo ſecta, ſocietaſq; deſcendit, deum quidem eſſe dixit, uerum ad ſe ſe ipſum conuerſum eſſe neq; curare ipſum quicq̃ negotii, neq; item ſibi uelle ab aliis exhiberi:Nichomachi porro filius Ariſtoteles Luna tenus putauit dei prouidẽtiam rebus pręeſſe at ea omnia quæ infra lunam ſubſidunt, minus deum curare, ſed eorum gubernatiõem tradidiſſe fatorum neceſſitati, cui quidem tantum tribuebat, ut non ſolum diuitias, paupertatem, ꝓſperam ualitudinem, morbos ſeruitutem/bellum/pacemq;/diceret ab hac mortalibus diſpenſari:ſed uirtutem quoq;, uitiumq; contribui:hãc uero eius opinionem Cynicus Oenomaus apertiſſime accuſauit, uatemq; Pythium ꝙ iis ſimilia ſuis in oraculis reſponderet, eiuſdem accuſationis reum fecit, ac librum quẽ ea de re conſcripſit, ueneficiorum indaginem appellauit: in eo autem ſcripta ſunt hęc:periit enim(quantum in ſapientibus uiris eſt)periit inq̃ ex humana uita/ſiue id temõem/ ſiue ſaburrã/ ſiue crepidinem libeat appellare libertas uidelicet humanę uitę quam nos quidem uel rerum quæ maxime neceſſarię ſunt, do

minam esse decernimus: Demochritus autem (nisi fallor) & Chrisippus alter plane seruam/alter semiseruã esse pulcherrimã hominis partem demonstrare contendunt: uerum tanti eorum sermo fieri debet/quanti ab homine faciendus est homo: si uero hac in re deus quoq; nobis aduersus sit: pape qualia patiemur mala? cumq; alia per multa in hanc sententiam dicat/ hęc insuper adducit/inquiens/age & nos contra indignemur: quid igit? ubi nobis aliquid ita agendum esse uideat? / certissimũ hoc erit atq; antiquissimũ/ uerum enimuero non solum Demochritus Chrisippus/& Epicurus/eorumq; sectatores omnia fieri necessitate duxerunt/quã Himarmenẽ aliter appellabant: sed celeberrimus ille quoq; Pythagoras necessitatem mundo circumsitam esse dixit/ Parmenides uero ipsam necessitatem/ etiam demonem/ & iustitiam/ & prouidentiam appellauit: Heracletus quoq; fieri omnia fato asseruit/q & necessitatem uocauit: Stoycus item Chrisippus/ nihil interesse censuit / inter fatale & necessarium, esse autem Himarmenem sempiternã continuam/ac dispositam metionem: horum omniũ probe conscius Epicharmus ille Epythagoreus iubet eã prorsus contemni, hortatur autem illum imitamus, qui res omnis prospicit & tuetur, inquit enim, nihil effugit deum, scire te hoc oportet ipse nostri est speculator: hinc nõnulli peruerse ac uafre in christianam religionẽ insectantes/ superuacuam fuisse mortalibus Christi pręclaram passionem/necemq; ut Nimereus rethor ęgregius ac theologus asseruit: superuacuã fuisse mortalibus Christi passionẽ / plerıq; asseruerunt: q nihil uel ad gloriam suam, uel ad salutẽ nostrã pertinere uideatur: quorum hęc ferme est sententia potuisse inquiunt deum, cum omnia possit, alia quadam ratione orbẽ hũc nostrum ingredi, & se conferre ad homines, non pauperem, nõ abiectum, ac sordidum, q a tanta maiestate uehementer abhorret, sed decorem illustrem, suoq; illa diuina uirtute, ac potentia cõm unitum: preterea quid cum mulieris utero insinuari opor-

tebat: & se se humanis sordibus immisceri cum posset, etiam in cœlo residens, uel solo nutu omnis homines si eorum cura tangeretur ad salutis uiam perducere, labores, iniurias, maledicta, contumelias, uerbera, latronum more deum subisse, pro hominum salute, nec consentaneum, nec uerisimile est, quid enim nobis, aut illi crucis patibulũ, uel utilitatis afferre potuit uel cõmodi? postremo multa sunt (ut affirmant) ex quibus coniectare licet, aut nullum esse deum, & falsa homines credulitate moueri: aut si quisq̃ sit eum res humanas non curare, ꝙ autem nullos est ex eo, uel maxime apparet ꝙ bonos uiros aduersa fortuna opprimi, malos secunda extolli, frequenter uidemus: ꝙ uero sit, & humana non curet ea ratio ostendit, quia cum effectibus careat: cura humanarum rerum quę sine affectu non constat eum attingere non potest: restat igitur religionem totam, aut inanem esse, aut omnino nullam, & Christum Ihesum, si deus, & dei filius (sicuti certe est) carnem hanc nostrã assumere, crucisq; tormenta subire, quo nos saluaret, non modo non debuisse, sed ne potuisse quidem, cum nemo existimet, deum affectibus esse subiectum: sunt hic, Epicuri inter crapulam & calices suos ructantes uomitus, eorumq; qui scelere, & nequitia inuoluti, neq; dei, neq; sui memores impunitatem sibi huiusmodi deliramentis pollicentur, quorum eo miserabilior est conditio, ꝙ miseriam suam tum nolunt, tum nequeunt agnoscere quid enim si deus humana non curat: si bonorum & malorum studio non mouetur, si nec iustos amat/ nec impios odit: quid inquam stultius? q̃ templa extruere/ laudes reddere/ conferre dona/ ut nihil inde boni cõmodi assequamur: atq; (ut ille ait) si talis est ut nulla hominum charitate teneatur/ ualeat: quid enim dicam propitius sit: esse enim dicam propitius sit, esse enim propitius potest nemini: stultus igitur Sochrates/ insanus Plato/ delirus Aristoteles/ Zeno item stoicus/ & pleriq; om

nes philoſophorum amentes plane / & fatui / qui & deum eſſe / & eius prouidentia cuncta hęc conſiſtere partim ſenſerunt / partim etiam in ſcriptis reliquerunt : Salomon quoq; rex dei teſtimonio omnium mortalium ſapientiſſimus / ſine mente tunc erat / cum ad ipſius omnipotentis dei honorem nobiliſſimum templum Hieroſolymis extructum conſecrauit / immo uero illos ipſos / qui hæc ſomniauerunt / uecordes / & abſq; ulla bonæ mentis effigie / qui uel ex hac ſine dubio præclara & ſpecioſiſſima rerum quas cernimus mole non potuerint adduci : uel ad ſuſpitionem aliquam eorum / qui de deo ac parente ſuo / & tenentur ab omnibus, & aliter eſſe non poſſunt : ſed credo eos ſicut mentis / ita & oculorum uſu caruiſſe : & hanc ingentem terram hæc latiſſima maria ; hunc immenſum aerem, & cœlum ſupra hæc continuo ſe ſe uoluentem / ſtellas / ſolem / lunam / cæteraq; pulcherrima huius machinę (qui mundus appellatur) ornamenta uidere non potuiſſe / quæ tanta ratione conſtant / tanto ordine reguntur / ut nulla harmonia concinnior / nulla concinnitas ſuauior / nulla ſuauitas gratior / ſalubrior / utilior / aut inueniri / aut effici potuiſſe uideatur ; & hoc temere / ac fortuitu ſubſiſtere quiſq̃ ſane mentis contenderit : hæc ſine dei prouidentia, ita eſſe ab initio diſpoſita crediderit : an uero per ipſum inmortalem deum nobis qui hoc ſumus uili corpuſculo incluſi / artem / concilium / rationem / intellectum / & prouidendi multa / & gubernandi prope infinita / & quædam etiam de nouo quaſi creandi concedemus : illi uero immenſo / & perpetuo fonti a quo omnia hæc miro quodam / & ineffabili ordine profluxerunt curam ſuarum rerum non dabimus : & nunquid ſolus ille qui plantauit aurem / non audiet, & qui fecit oculos / non uidebit ? ꝙ cum falſiſſimum / tum ratione / tum exemplo / & auctoritate conuincatur : neceſſe eſt profecto / & deum eſſe / & res humanas curare, & bonos / ideſt ſui ſimiles diligere, malos contra

odisse, semper enim iustitia iniquitati repugnat, & bonitas prauitati est inimica, q si deo qui summa est iustitia, summa bonitas, improbi displicent, conuenit certe ut puniantur, neq est q mihi aliquis dicat displicentiam hanc ex affectu prouenire/quo deum ipsum, qui stabilis, firmus, inconcussus est, commoueri non decet: mouetur namq summus ille rerum opifex nō autem affectibus (ii enim deum attingere non possunt) sed effectibus dumtaxat, & sicut ad cohercendam malitiam, conseruandam presto ubiq est, quorum utrunq ad iustitiam & bonitatē, quæ in deo summa & præcipua sunt pertinet: eiq uelut soli huic lumen perpetuo adhæret: nec tamen motum hunc more humano aut cum passione/ uel turbatione aliqua naturę illi excellentissime euenire dixerim: quis enim deo iram hanc nostram, hoc est nostrę similem attribuerit: cum eam phisici asserant ex sanguinis circa cor accensione causari: & deus omnino tam corde, q̄ sanguine careat: neq enim nunc de Christo, qui & ipse uerissimus est deus ex humana carne/& diuina essentia cōstans/disputamus: aliter enim de eo loquendum esset, & alia ratione incedendum, sed nobis nunc de diuina essentia, non de natura humana contentio est, mouetur itaq deus ut dicebam non hominum affectibus, aut his qui nobis sunt, cum reliquis animantibus cōmunes, q utiq absurdissimū esset: sed mouetur ille qdē effectib9/ sic enim sacri doctores apellāt, & sua quadā diuina/& peculiari ratione/quam humana assequi mente/uel difficile/uel impossibile sit: & quemadmodum probos homines/& cum uirtute uiuentes diligit, ita malos ira & odio prosequitur, alioquin inter uitia / & studiosas actiones nil interesset, cur autem boni uiri malis innumerabilibus plerunq in hac uita uexentur: improbi item commodis omnibus affluant dicā paulo post: nunc quoniam deo curæ res nostras esse ostendi prosequar: cętera quę se continenter offerunt, prospicit ergo summa illa & ineffabilis

maiestas rebus humanis, eisdemq; pro sua diuina benignitate & prouidentia moderatur: q; si moderatur, certe prodest, si uero prodest, conuenit ut eas etiam diligat: si autem diligit, quis mirari debet illam saluti hominum uoluisse consulere, orbiq; huic nocte & tenebris offuso lumine coelitus demittere, errabant enim miseri mortales, studioq; sapientiæ inquirendę quā sine deo assequi non poterant, mirum inmodum torquebantur: iacebatq; ipsa ueritas (ut Democritus inquit) in altissimo quoq; puteo demersa: & Anaxagoras circumfusa esse tenebris omnia pronunciauit: ita sapientiæ splendor, immo ne scintilla quidem nusq̄ apparebat: sed tanto ueteres nostri indagandę illius ardore tenebantur, ut primum Pythagoras, & postea Plato, ad Egyptios usq; & Persas hac sola de causa penetrauerint, & Lycurgus utroq; prior Lybiam, Hyberiam, Indiamq; peragrans Gymnosophistas adierit, misertus itaq; rerum humanarum mundi opifex deus filium unigenitum quo sibi homines maiori beneficio obstringeret, transmisit in terram, ut illi eodem interprete ac magistro, omissis omnibus erroribus ueram tandem doctrinam, ueramq; sapientiam perdiscerent: uenit ergo saluator mundi Christus de sancto conceptus spiritu de uirgine matre genitus, diuq; cum hominibus uiuens iter inmortalitatis nullius adhuc tentatum uestigio illis aperuit: sed cur homo potius uenit/q̄ deus? cur mole carnis huius nostrę circundatus? & non purus, non simplex, non expeditus, quia nullum aliud animal, nulla alia substantia, nec cōmodius, nec rectius dicere hominem potest q̄ homo: sed fingamus disputationis gratia, si Christus saluator olim cum in terram uenturus erat, ignis alicuius speciem, aut nubis, aut aliam quālibet huiusmodi effigiē assumpsisset: nā deus ipse cū sit omnis materię expers oculis humanis, peruideri non potest, at uero si tales aliquas suscepisset formas unde illi ex igne humana uox: aut

unde uerba ex nube suppetere potuissent: sed esto do etiam uocē concedo uerba quum & Moisi hoc ferme modo locutum fuisse dominum accepimus; quid autem est? non ne melius fuit, ut omittam q perfectissima sunt omnia diuina opera, & si uidetur nobis interdum pro nostra imbecillitate non esse: non ne inquā melius fuit deum ea forma ad homines descendisse, quam illis gratissimam fore non ignorabat: quandoquidem natura compa ratum sit, ut omne animans sui similitudine plurimum delecte tur: neq enim ulla esse poterat homini uel forma, uel imago ad uidendum iucundior, ad persuadendum efficacior, q hominis qua ratione summus ille rerum conditor etiam ad inferos quon dam, non corporea effigie, sed animę substantia quoniam itu rus ad animas erat descendit: & paulo post corpus resumens in Cœlū triumphans rediit: mortuos scilicet in forma sibi consimi li, hoc est cum propriis corporibus excitatos iudicaturus: & uni cuiq pro meritis, siue pœnas, siue prēmia rediturus: at uero cur pauper in mundum descēdit? cur humilis? cur abiectus? cur tot mentis omnibus, & morti turpissime expositus? sciebat ille (qd enim deus nesciat,) multo plus factis commoueri homines, q uerbis, facilius exemplo uitę, q sermonis hortatione, ad bene, beateq uiuendum instituit, equidem cum bene dicere, nullius sit laboris; bene uiuere maximi: & incredibilis est, q si Christus omni uoluptate, omnibus deliciis affluens equo animo feren dam esse paupertatem suaderet: si ipse fœlix aduersus casus for titer esse tollerandos prędicaret, si incontinens ipse amplectan dam esse contenderet, si deniq nullo ipse incommodo affectus alios ad dolorem pœnas, mortemq contemnendam hortaretur nemo illum ut arbitror: immo ut certe scio, non modo sequi, sed ne audire quidem uoluisset est namq portento simile ea uelle cęteris persuadere, quæ tu ipse namq attigisses; sed poterat ut superius est obiectum etiam in Cœlo residens, omnes homines

solo nutu ad ueram immortalitatis notitiam perdocere: at qui non ne id ipsum fecit non ne & nutu & uoluntate perduxit, cũ filium unigenitum ad eos hac potissimum causa transmisit? an existimandum est obsecro sine patris consensu Saluatorem nostrum descendisse? hoc nemo dicet: sed illud fortasse dicet? cur descendit in terram, cum in coelo nihilominus res peragi potuerit? quoniam ut dixi exemplo optime docetur uirtutis uia, cum difficillimum habeat aditum: & deus ea quae facere homines uolebat, fecit prius ipse, ut ea magis illos ad bene beateq; uiuendum excitaret, quis enim seruus tam imprudens? tam barbarus tam ingratus? tam impius sit, qui si dominum suum uideat omnibus tormentis, doloribus, poenis expositum pro se non item ipse, pro domino: & corpus & uita omnibus periculis exponat? at uero multo id quidem magis nos facere oportet? qui ut omnes molestias, omnes poenas subeamus, pro Christo nobis gratiam, nobis praemia cumulamus, non illi referimus & in eo ipso q̄ Deo seruimus, q̄ cum uirtute uiuimus, q̄ a Christi mandatis non discedimus, non ipsius utilitati, qui hominum opera nõ indiget, sed nostrę consulimus saluti: q̄ autem boni plerunq; in hoc sęculo uexentur, mali item in delitiis sine ullo incommodo quiescant, hęc plane est ratio: quia cum ardua & maxime angusta (sit ut sepius dixi) uia illa uirtutis, quam philosophi impedimentis omnibus refertissimam esse ostenderunt: & cum omnia eius officia intollerandis laboribus, in perferendo dolore, in periculis obeundis, in contemnenda morte uersentur difficile: & quodammodo impossibile est luxuriosos diuites: & omni rerum ac uoluptatum copia redundantes ad illam aspirare: q̄ equidem ipsius Ihesu Christi exemplo uel maxime comprobatur: qui cum eiusdem uirtutis & doctor esset & uerissimus antistes repudiatis opibus, reiecta quiete, propulsatis uoluptatibus inopiam, laborem, sitim, esuriem, poenas, mortem est amplexus: p̄terea consentaneum profecto est, & plurimum cõuenit: ut homi

nes in sui finis contemplatiõe, qui deus est, sint semper occupati eaq; summa ope enitent, quæ huic instituto possunt quoquo modo esse contraria: sed lusus, commessatiões, libidines: & omne id genus uoluptates quas ab otio, & diuitiis prouenire certissimum est illos, uel maxime ab ea cogitatione auertunt, iubétq; nõ deo & rationi, sed cõcupiscentię/& uitiis omnem operã adhibere: decet igitur probos: & innocentes uiros, quæ uis potius incommoda subire q̃ in otio, in reȝ copia, in delitiis ita uiuere, ut merito uideantur hic mercedem suã recepisse nam(teste Hieronymo) inpossibile est ex terrenis ad cœlestes commigrare delitias: ꝙ ipsum Salomon etiam apertissime sentire uisus est(cum ait) risus dolore miscebitur & extrema gaudii luctus occupat: & iterum: risum deputaui errorem: & gaudio dixi, quid frustrã decipteris? & rursus: cor sapientum ubi tristitia est, & cor stultorũ ubi letitia; sed Deus bone quis hoc diuinitus ostendit? quis apertius declarauit; q̃ Saluator noster Iesus, cum inquit, uhe nobis qui nunc ridetis, quia lugebitis: & flebitis: Item alibi, beati qui lugent, quoniam consolabuntur: Item & illud; qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, uitam ęternam possidebit a quo & Tragicus nescio q uates q̃q gentilis, non multum tamen dissentisse uisus est, quando sic ait, quæ hic mala putantur, hec sunt in Cœlo bona: proinde dicant licet homines, quid uelint, & suis ut libet blandiantur fortunis: sunt certe illi gratiores Ihesu Christo, ad eiusq; doctrinã propius accedunt, quos inopem uictum patienter sufferre conspicimus, quam quos in rerum omnium, ac uoluptatum copia uulgus ueluti beatos admiratur: atq; hoc loco multa ꝓfecto de diuitiis haud improbanda dicerem, quæ & ipse recte acquirantur expeditissimum prębere possunt ad salutem uiaticum: neq; enim ulla uirtus aptior est, si plane deum ipsum inmortalem imitari uoluerimus: & eius quodammodo diuinitatem effingere: q̃ beneficẽtia: & liberalitas: omnibus namq; summus ille opi

sex bona infinita largitur, omnibus se quotidie, immo se continuo exhibet liberalem, ad hoc ipsum homines opulenti: & diuitiis affluentes facile (ut mihi quidem uidetur) si modo uoluerint consequi possunt, nam diuitię (ut Ambrosius inquit) sicut inpedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta uirtutis: nemo igitur miretur, si iustum quandoque hominem fortunę ictibus concussum aspexerit, credatque iustitię & bonitatis suę coronam in Cœlo esse repositam nam deus ipse inmortalis (ut Seneca inquit) homines pro liberis habet, sed corruptos, ac uitiosos luxuriose, ac delicate patitur uiuere, quia non putat emendatione sua dignos, bonos autem quos diligit castigat sepius: & assiduis laborib9, ad usum uirtutis exercet, nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari sinit, q̄ ipsum a medicis quottidie fieri uidemus qui ęgrotis hominibus, de quorum salute nulla spes reliqua est sine delectu aliquo pro ipsorum appetitu indulgent omnia: eos uero quorum mors certa adhuc non est multis rebus etiam auidissime desideratis abstinere iubent: unde p̄clari theologi dixere: quoniam uero fortunam casumque a prouidentia non reiici supra narrauimus de his paucis disserendum fortunam trifariam ponemus, primo modo uero, ac proprio cum aliud eligitur, aliud euenit, ut fodiēs sepulchrum thesaurum reperit, deinde cum pręter quidem agentis, non tamen alicuius alterius mentem aliquid euenit, ut si dominus seruum inferum quo iam alium pręmiserat ne iubeat, inuentio serui pręter mentem missi alterius, non autem domini mittentis erit tertio modo non item proprio, cum quidem eligitur bene uel male solet euenire, finem spectamus, in quo electio, conatusque concurrunt, in his igitur omnibus & a Deo & angelis, & sydere cœlesti iuuari solemus: ex quibus deus tantum hominem impellendi, angelus suadendi, sydera disponendi partes habent, qua nostra corpora ad quędam disponunt̄ eligenda: ex quibus aliquis & fortunatus, & bene natus & itē contradici

tur(ut in magnis moralibus ait Aristoteles)in quo tantum animaduertendum q nec angeli, neq astra ullo modo cogunt, sed hortantur tantum & inclinant non semper accusamus, at cum deus semel imperauerit humanę męti, semper auscultamus, unde angelorum custodia interdum irrita uidet, ex Hieremię dicto Curauimus Babylonem:& non est curata frustra etiam interdũ syderum dispositio prouidentia uero ęterna, firmaq habetur:palã est enim q animata, quasdam uires pręter eas, quas ex ęlementorum qualitatibus agendo, patiendoue consequuntur habent per quas astris subiecta esse proculdubio conspicimus:quemadmodum in magnete ferrum attrahente, & in aliorum item lapidum multis, occultisq uirtutibus, ex quo nõ mirum siquis e syderum influxu ad aliquã dotem uim, habilitatemq magis alio possideat, ut medicus in curando, agricola inserendo, miles in pugnando, in quibus omnibus duplex diuinum auxilium, alterum dirigendo, alterum corroborando conspicitur: Primo nãq iuuatur homo, tam in his quæ uirtutis erunt proprię q̃ in cęteris, secundum uero ad ea tantum extenditur, ad quæ uirtus ualet humana, q enim fodiens sepulchrum thesaurum inueniat, ex nulla uiri prouenit uirtute, unde talis sydere quodam iuuari poterit, qui magis ad locum ubi sit thesaurus fodiendus instigetur, non autem q aliqua uirtus ad eum inueniendum tribuat; quod uero medicus sanet, seu miles in pugna uincat iuuari poterit:eo q fini conuenientia eligat ;& per uirtutem a superiori causa adeptam ad uotum deducat, unde primum auxilium uniuersalius, secundum uero non adeo eum studium, diligentiaq adsit, quam ob rem non proprię fortunatus dicit cũ fortuna sit in his quæ pręter intentem eueniũt postremo ex astris fortunat9 ex omni parte quis esse poterit, ut in uniuersum ea semp eligat quibus cõmoda sunt coniuncta: natura nãq ad unum tendit, unũ sequit, tantũ ea uero q̃ homini bene, uel male secundum fortunam eueniunt, non ad unum reducuntur, sed indeter-

minata infinitaq; sunt ut in tertio de phisica auditione dicit, q; & ipsa docet experientia, poterit igitur quis e sidere inclinari ac deduci ut aliquid cum commodum sit, aliqd adiunctum ex optet: ex alia item propensione aliud, ex tertio uero tertium, nõ autem q; ex uno deducat ad omnia: at ex una diuina dispositio ne, poterit ad omnia facile dirigi: nã & de Christo dixere, q; co oriente Crinita stella apparuit: itaq; cum stellę ortum fato quo dam designatum, quæ omnia breui oratione perstringã: genus autem est huiusmodi/ ut neq; de his stellis quę fixe uocantur/ dici possit / neq; de numero erraotium existimari: quarum om niũ alię in altissimo mundi uertice sitę / summo cœlo inhęrent/ alię autem certo uagantes errore per signa Zodiaci feruntur: re liquum est igitur ut ex his eam fuisse dicamus, quas repente in aere nasci compertum est: motu enim cœlestium corporũ / quo rum uis calefaciendi, attrahendiq; est materiam callidam/ & sic eam eleuari in extremam usq; aeris regionem/ & ratione ardo ris/loci/impetus illorũ eam inflammari/uertiq; in effigiem stel lę/reiectis aliorũ opinionibus tandem Peripatetici comprobãue runt: q; si rarior fuerit ille uapor/quis nescit eum celerius dissol ui, ex quo plerũq; cadere sydera uidentur, si uero densior sit qs dubitat quin protrahatur/& fiat cometes quem tamen neq; lon gius octuaginta diebus, neq; breuius septem perdurare annota tum est: cur uelocitate continentius, pauloq; tardius obcæsitu dinem mouetur: nisi forte cum aliquod aut insequatur astrum aut comitetur/nam tamen demũ una cum astro circa terram se se reuoluente cursu extinguitur diurno / horũ ortus perniciosus principibus Silii testimonio habetur/inquiẽs / Crinęq; flammi fero terrat fera regna cometes: sanguineum spargens ignẽ: moi uet atra rubentes fax cœlo rapidos, & sęua luce coruscat: sed qd ad remshic implicat difficultas: nam quo me uertam/an ne pri mũ sideris huius: naturam complectar / cum fuerit pręter natu ram: an Astro me regulis euoluam/ cum hęc facta sint illa pro phana:

phana: an uatũ oracula cõmemorem, quorum plena sunt uolumina, quod infinitũ esset: an gentiũ exempla repetam, cũ hęc omnia, quę unquam fuerint miracula excedant? quibus illa nõ modo ęquare nefas, uerũ etiam conferre impium est: tutius ergo quendam super Thimeo Platonis huiusmodi uerba referentem imitabor: Est quoque inquit alia sanctior historia quam perhibet ortu stellę cuiusdã nõ morbos, mortesque nũtiãtes, sed descẽsum uenerabilis dei/ad humanã conuersationis rerũ mortaliũ gratiã: quã cũ suspexissent Chaldeorum sapientes uiri/& in consideratione rerũ cœlestiũ satis exercitati quęsisse dicuntur, recentem ortum dei/repertaque maiestate puerili ueneratos esse, & uota tanto deo conuenientia nuncupasse: non ergo illi uiderunt, ut apud Lucanũ, Ardentẽque polum flammis/cœloque uolantes: Obliquas per inanie faces/crinemque timendi: Sideris & terris mutantem regna cometem: nec uiderunt Claudiani illud: Auguriũ qualis facturus iniquũ/preces sanguineo delabitur igne cometes/Prodigale rubeus nõ illũ nauita tuto; non impune uident populi/sed crine minaci: nunciat aut ratibus uentos/aut urbibus hostes: & profecto sic est, cedo fuerit angelus domini/fuerit spiritus sanctus/fuerit unũ ex supernis illis altrix fuerit/tum primũ ex opifice rerum factũ non Ceratias qualem uidit Gręcia/cum ad Salamina pugnaret non Typon quem uti dirum Aegyptii abominantur: nõ Crinita quam Cęsar Augustus patris animã falso existimari uoluit: non Pogonias Xypias: non Hypeus/& ne singula enumerem nihil horum ostentorum fuit: nouus saluator uenerat: Tria enim genera magorum apud Persas fuisse cõmemorat, quorum primos qui sunt doctissimi/atque eloquentissimi excepta farina & olere nihil aliud solitos in cibo sumere: at Laertium, Diogenem, Diodorũ Siculum, & Ptholomeũ in extremũ collocauit: cum iam nulli eorum quos legerim, de magorũ moribus ac disciplinis copiosius disseruere, qui nec Indorum gymnosophistis, nec Gallorum Druidis nec Assyriorum Chaldeis; nec Egyptiorum sacerdotibus: magos Per

farum, uel scientia rerũ, uel uitę integritate, uel cultu religiõis, uel oraculis pręcinendis inferiores ullo modo existimãt, immo uero & fuisse auctores sapientię affirmant, & uota & sacra diis facere consueuisse ueluti soli ab his exaudirentur, diuinationẽ exercere, statuas redarguere, delubra nõ fabricare/ꝙ ignorarent effigiem dei, cum etiam cum frequenter inciderim in decertatione de Astronomię inuectoribus: cum nõnulli Egyptios uasis ęneis, atq; he roscopis summa industria deprẹhendisse eam cõtendant: alii Babylonios qui propter uastam planitiem assidue patentis cœli aspectu motus, traiectionesq; stellarum cõtemplarentur: alii eos qui in Caucaso signum circuli obseruarunt, ꝙ primi eoꝝ cursus persecuti sint/pars Atlantem Lybicum principem huius artis extollant: quidã Hipparcum consumatorem dicunt, qui in sexcentos annos stellarũ ambitus, atq; discursus, quasi naturę conscius posteritati mandasse memoratur, cũ plures tamen me reperisse memini, qui uel in primis magorum studiis deferunt palmã: ꝙ hii iustitia, & religione quę deo gratissima reddunt inter mortales prestarent totius mundi notitiam, ueluti diuis instituti eloquiis habuissent, ꝙ si Thaletẽ Milesiũ defectionem solis primũ Astrage regnante prędixisse legimus, si P. Nigidium accepta hora Octauiani partus, dominũ terrarum orbi natũ affirmasse audiuimus: si Anaximandrũ monitus prius Lacedemonios, ut ex urbe ruitura exirent ab interitu liberasse accepimus: quid mirum magos syderum contemplationi semper intentos tantum mysteriũ pręuidisse: ruinam Asiæ ex incendio templi presagiem humani generis salutẽ ex syderis nouitate nõ pręsagient? regem mortalem exuitis amplitudine uaticinati sunt: regem ęternum ex clarissimo iubare non uaticinabuntur? Cyri & Alexandri caduca Imperia prędixere: Ihesu Christi regnum sempiternũ pdicent? equidem eos cõmittere magnũ piaculum reor, qui audent cogitare deum omnipotentẽ in ortu principiũ terrenoꝝ signa quędam plerunq; misisse, & q

ea interpretarentur multis sensum inspirasse: tum uero cū unigenitum filium nasci hominē iussit, portenta e coelo tam clara dedisse/ut neminem qui ea intelligeret inueniri potuisse, qua re magos/seu peritia astrorum miraculū admiratos, seu a Balaam miraculis quondam monitos, siue etiam quod sanctius existimatur: qui iam dudum a malis demonibus circūuenti, ut alium esse deum cognoscerent, atque uulgarent, dei instintu conuocatos ueritatis esse arbitror regios illos/ac sapientes pietatis castos, atque integerrimos extimare, quare quoniā simul a religionis nostræ magnis assertoribus defensata, simul a primis illis sacræ legis cōditoribus approbata, pie ac sincere credimus, iam consulto prętermittā/uideo in me omniū oculos cōiectos quasi suo loco expectantiū: ut antiquas fati questiones attingam, & priscellanę heresis cōmenta peruertam, quę hanc stellam fuisse fatum domini inpudentissime asseuerabat: itaque reprehendenda est illorum impietas, cum iam probatum sit hominis uitā non subiici usquequaque cursibus syderū, & gemellos eodem puncto temporis natos diuersa usos fortuna cōpertū sit, & apud Persas, itemque apud Gallos, & nunc quoque in Hispania regnum per successiones tradi, & cum una priuati & serui cū regiis filiis nascantur: hos in regno, illos in seruitute uitam agere: prouidentiam uero esse in supernę mentis firmitate fatendum est: nam quod uerti omnia turbato ordine sępe arbitramur nostri iudicii censendus est error: non primę illius causę/quę mutari nō potest/atque bonū omne quod est facit & creat: quod si prouidentia est summa, ratio quę cuncta disponit: esse etiam fatum oportet inhęrentem rebus mobilibus dispositionē/ut ueluti ad intelligentiā ratiocinatio, ad id quod est, id quod gignitur, ad ęternitatem tempus ad punctum medium circulus, ita sit fati series mobilis, ad prudentię stabilem simplicitatem, quam ueteres cathenam auream circum se se reuoluentē nominauere: sed plerique eorum qui fatum esse concedunt, liberum uoluntatis arbitrium tollunt, quasi alterum alteri obstet;

& profecto falluntur: nã porro inquit Augustinus/ si deus pſciuit ꝙ futurũ eẽt in nr̃a uoluntate, nõ utiq; nihil: sed aliqd futurũ esse pſciuit, ergo & illius prescientię aliquid est in nostra uoluntate: at enim si anima nostra intellectiua primi intelligibilis naturã representat certe ꝙ a deo proficiscitur fati nexibus non cohercetur: namq; orbis se se circum cardinem uertens, quanto propinquior est, tanto illius naturę magis est particeps, & minoribus fati uinculis implicatur: ꝙ si quoquomodo illi coniungatur penitus liber, atq; absolutus est, hinc pręclari Hetrusci eximii theologi, qui ad excolendam (inquit) posteritatis mentem de mundi ortu, deq; rerum omnium uarietate notitiam tradere litterarum monumentis curauerũt, diuersa sydera & eorum, quę sydereas imagines referre uidentur, genera esse ferũt: sunt nãq; ut ab inferioribus ordiamur cometę, quarum ingenium atq; affectiones paucis explicabo, non ꝙ omnium consultissimos rerũ inpudenter audeam edocere, sed ut benigne audientibus uobis euangelice stellę dignitas, atq; decor, comparatione elegantior uideatur: Est autem cometa uapor, rectius dixero calida, sicca, pinguis, & uiscosa exhalatio terrę, ut syderum ad supremã aeris partem eleuata, ibidemq; incensa, & non nullis placet subtilis potius exhalatio nõ ardens, sed syderum, solisq; lumine hausto resplendens, & lucens, hęc in sui medio densa, compacta bene, in extremis uero partibus undiq; rara fuerit: crinitum sydus apparet: si autem sit ęque densa, in longum tamẽ protensa, refert stellam caudatam: si eius deniq; postrema pars toto corpore fuerit magis rara, barbatum astrum censetur: illius colorẽ uariant materię raritas, & densitudo, continentis uero eam aeris ductu abeundo terram, in girum per diem naturalem mouetur: hæc futura quędam incommoda quæ non necessario, sed diuino tantum (cum omnia patent) nutu, sequi non dubitamus presagire censetur: caliditatis nanq; & siccitatis copia secundum telluris humorem absorbente, sterilitatem quandoq; denuntiat, inte

ritum non nunq̃, & exitialem futuram designat pestem, cum subtili eius substantia optimeq; digesta, impurę ac uenenosę exhalationes multum in sublime leuantur, quibus aer infectus debilitat uitalem spiritum & siccitate nimia homines incendendo, tandem extinguit populorum insuper seditiones & rixas quandoq; portendit, nam inpuritate nos ambientis aeris & malitia, non modo uitalis spiritus, uerum & animalis immutatur & patitur: quo fit ut sensationes, quarum animalis spiritus est principium, facile uarientur: interior post hęc turbetur imaginatio, irascibilis rursus & concupiscibilis appetitus citentur: ad quorum impetus & uoluntas & ratio suę nobilitatis oblitę: nec illi (qua deceret) grauitati constantię, consilioq;, innixę, temere non nunq̃ condescendunt: hinc iurgia, seditiones, & rixę, sunt loco secundo sydera, quę coelo fixa conspicimus, quæ cum coelestis corporis densiones partes/ seu in arboribus & ligneis tabulis nodi habeantur, & sint, coelestis esse naturę fateantur necesse est: cum igitur coelestes globi ex informi cõmuni tamen materia, & sua substantiali forma, essentiaue constantes, non graues, aut leues, non ęstui, non algori, ac nulli deniq; contrarietati obnoxii perspicua, lucisq; receptiua sint corpora, stellæ ob lucis maiorem copiam, quam densitate altus, & tenacitate hauriunt, perspicui sane corporis splendidiores partes censendę sunt: eas uero & ad coelestis ornatum, & pulchritudinem corporis/ & cum eodem prestantissimo corpore infatigabili rotatu suo & uiuifica luce inferiora hęc corpora moderante ad sensibilium rerum omnium precipue hominis usum, commodumq; sapientissime fabrefecit altissimus: qui unus nouit harũ nomina propria, numerum certum, & suas cuiq; uires, q̃uis uberem, & exactam earundem cognitionem sibi falso uindicent & asciscãt qui futuros rerum euentus perperam syderibus ascribentes/ uni deo cognitos, & ab illius uoluntate pendentes, obseruatione coe

lestium temere & inpudenter prędicere nō erubescant: hoc uno at suaui fallendi genere curiosis hominib9 id credentibus facile ꝙ auidius appetunt applaudentes illos uero tam multum circa humana mentiri non dubitamus ꝗ se diligenter cœlestia metiri & nouisse fatentur; & non minoris apud deum reos criminis illos cōstantissime prędicamus, qui pro agendis quę ex arbitrio non syderibus pendent eosdem curiosius consulunt, & qui illi prędixerint exequentes, nefandum superstitionis genus ꝗ turpissime fouent: quidem ergo mala in rebus humanis quoq; uersus euenire conspicientes, quorum nulla manifesta uidebatur nullam prouidentiam neu fatum posuere: sed casu cuncta euenire: sicuti Epicurus & Demochritus, inter quos & Cicero fuit: ut ait Augustinus putauerunt: non nulli in superiora corpora causas eorum necessarias constituere/ & hi fatum inmutabilem rerum ordinem dixere: ut Stoyci: aliqui prouidentiam quidem dixere: uerum superiorum tantum corporum, inferiorum uero contingentium nequaꝗ / & hi Peripatetici pleriq; fuere quidam ut Boetius, fatum quidem ipsam dei prouidentiam, & rectum rerum ordinem existimauere, qui ut bene sentiunt sic male locuti impio, & prophano philosophorum utentes uocabulo fuere: de quibus Augustinus de ciuitate dei: si quis inquit dei uirtutem, aut potestatem fati nomine appellat sententiam teneat linguam corrigat: sed de hoc rursus paulo explicatius Boetius fatum inhętentem appellat/rebus mobilibus dispositionem per quam prouidentia suis queq; nectit ordinibus: aduersus quem Augustinus de ciuitate: ipsam autem dei uoluntatem, potestatemq; nomine fati appellauit: sed hoc in eo est fatū ergo in rebus increatis, non autem creatis, aut mobilibus, ut ait Boetius: hos itaq; ambos Aquinas noster tuetur, prouidentia suos affectus quos Græci Apotelesmata uocant per causas medias prose

quitur: in quibus ex Boetii sententia in quarta consolatione fatum inesse uidetur: siue inquit famulantibus quibusdam prouidentiæ spiritibus, siue cœlestibus syderum motibus, seu angelica uirtute, aut demonum uaria solertia, uel aliquibus eorum, siue omnibus fatalis serie texitur: series uero causarum in diuina mente quam dicit Augustinus locum fati habet, si in deum ut in principium increatum referatur, itaq; cum palam sit fatum in causis consistere secundis, harum duplex ratio, aut in se, ut in rebus mobilibus considerantur: aut deo ut immobili principio, eorum ordo seriesq; ac dispositio refertur, sed de hac mutabilitate, inmutabilitateq; fati, ut ambo discordes nisi probe diuersa, tamen ratione senserunt, sic ueteri philosophi male, unde alii hanc causarum seriem necessariam dixere, ex eo ꝙ effectus quilibet causam habet, quia posita necesse, & effectum poni, ꝙ uti supra ostendimus falsum omnino apparet, non nulli uero mobile fatum, etiam ut ex prouidentia pendet affirmauere: ex quo Egyptii, ut ait Gregorius Nisenus in quibusdam sacrificiis fatum mutari posse existimauere: sed hoc rursus supra confutauimus, ꝙ diuinæ prouidentiæ inmobilitati sit aduersum, his itaq; modis intellectum reiicitur in Homelia Gregorii, absit (inquit) ut fatum aliquid esse dicamus: quam ob rem dicendum quemadmodum fatum, ut in secundis causis mobile quidem est, ut autem prouidentię sub est inmobilitatem, firmitatemq; non quidem necessitatis absolute, sed hipotetice seruat, ut hanc ueram esse: si deus pręsciuit hoc, futurum erit: unde Boetius in eodem libro, sicut (inquit) ad intellectum ratiocinatio ad id, ꝙ est id ꝙ gignitur, ad æternitatem tempus, ad punctum medium circulus ita fati serie mobili ad prouidentiæ stabilem simplicitatem: Cum enim fati seriem mobilem dixisset, post modum subdidit

quæ tamen ab inmobilibus ꝓuidentię ꝓficiscit̃ exordii, ipsam namq; necesse inmutabilẽ esse:& Augustinus fatum est aliquid si ad diuinam uoluntatem potestatemq; refertur: Boetius item in eodem libro, quædam, ait, quæ sub prouidentia locata sunt fati seriem superat, ratio, q̃ supra narraui, fatum est causarum ordo ad diuinos effectus prouisus: quęcũq; igitur causis subigũtur secundis, eadem subiguntur & fato, si qua uero sunt quæ statim ex deo sine his fiant minime suberũt: ueluti reꝝ creatia substantiaꝝ spiritalium gloria/aliaq; huiuscemodi ex quo quãto aliquid a prima mente longius discedit tanto magis fati nexibus implicatur:& ut primo diuinitati propinquum, sic fatalis ordinis mutabilitatem excedit, ut idem testatur auctor: sed nec ea quæ per secundas aguntur causas inferioribus contingentibus fato, aut astris directe, sed ex accidente tantum subiecta erunt quemadmodum cum de corporum Cœlestium uiribus postea dicemus facile ostendum:& hoc duabus quidem de causis, prima q̃ humani actus syderum effectibus nisi ex accidente, ac indirecte non subduntur, causa uero fatalis, cum ad ea quæ fato aguntur ordinem habeat necesse ut per se ac directe eius sit causa q̃ agitur: deinde q̃ ex accidente: fuerit non unum: neq; itẽ effectus agentis naturalis esse potest, materia namq; omnis ad unũ aliquid terminatur ex quo facere nequaq̃ poterit, ut in effodiendo sepulcro occupatus thesaurum inueniat, palam est autem q̃ cœleste corpus naturalis modo principii cogit, unde & effectus ipsius in hoc mundo naturales existũt/ideo dicendum q̃ ea quę siue ex accidente, seu fortuito in rebus naturalibus, aut humanis aguntur in prouidentiam ut inprimamus, ac preordinantẽ certamq; causam reducantur: qua pugnans non fuerit aliquid ex accidente, ut unum ab aliquo accipi intellectu uerbigena: si sciens in quo loco thesaurus existat, hunc ignorantem instiget ut ibidem sepulchrum fodiat, fortuna igitur:& accidẽtia nobis

diuinę uero menti nequaquam, solus namq; deus humanos ordinabit actus/q; solus humanam poterit mutare uoluntatē nec propterea cogi dicetur/cum ipsa sponte concurrat: sic itaq; omnia quæ hic aguntur prouidentię referuntur: quæ fatum ut ait Augustinus a fando dici poterit quasi prælocutum: & apud illum ordinatum nec propterea pugnabit fortuita quędam esse causarum respectu proximarum, non tamen diuinę prouidentię, sic deum nihil temere in hoc mundo fit: qua de re Theodoretus disseruit, Deum uidelicet curare cuncta quæ fecit pacatissime, citraq; omnem controuersiam demonstrata est ratio dispensationis uindicis nostri haud enim decebat rerū omnium possessorem quiq; rebus quæ prius nulle erant ipsum esse contribuit contemnere destructum generis humani naturam, cuius gratia fecerat omnia quæ uidentur terra enim est hominum sedes, idemq; Cœlum pro tecto habent: aer pręterea, mare, flumina, & quicquid pariunt nubes, rores quoq; ac uenti, fęcundę insuper, ac steriles plantę: quin & terrestres animantes, uolucresq; ac natrices: quęq; in adulterutro uiuunt elemento: herbarumq; infinite species, mettalorumq; materiæ non paruam humano generi utilitatem apportant: Sol quoq; ac Luna, infinitaq; stellarum multitudo quæ bifariam tempus discriminat, ęqualiter illud animantibus patiuntur, ac Sol quidem ipsum diem illustrat: animantes ad sua quaq; munia excitat: Luna uero cum stellis nocturnę facis officiū sortita est, deus itaq; dominus rerum omnium non putauit eum contemnendum esse a peccatis obsessio cuius gratia hęc cuncta fuerant: ideoq; humanam ipse induit speciem, spectabiliq; natura obduxit alteram, quæ uideri non potest, tūc spectabilem hanc immunem peccati conseruauit occultāq; illā in sua puritate cōtinuit: neq; enim hęc passa est ullum corporeę infirmitatis consortium: sed ne assumpta quidem caro peccati sordes accepit: erat illi quidem facillimum, uel citra hoc huma

nę carnis inuolucrū, humani generis salutē perficere, solaq; uo luntate mortis potestatem dissoluere/ac penitus abolitam redde re matrē mortis iniquitatē, patrēq; illius diabolū de terrę facie profligatū ad inferni tenebras relegare traditurum esse cęterum ostendere noluit, quid potestati suę liceret: sed potius quid ęqui tas prouidentię postularet: sicut enim qui poterat, si modo ei col libuisset homines de Cœlo affari, desidesq; ac inertes ita perter rendo ad officium excitare: neq; tamen ad ipsum fecit, quia ni mirum nouerat inbecillem hominum naturam suę uocis sonū capere, ac sustinere non posse: sed raro, ac parce illis apparuit commensas paresq; infirmis illorum oculis apparitiões dispē sans: cum tamen hominibus internuntiis, modo leges ferendo, modo adhortādo, ac monendo assidue homines emēdaret, usus prophetis edictorum, suorumq; sermonū ministris, ita & insecu tis temporibus cū uellet uniuerso generi humano salutarē me delam afferre nō angelorum quidem ministerio, archangelorum ue usus est neq; cęlitus uocalissimā uocē effudit, cūctisq; semel ho minibus auditu perfacilē, sed ipse sibi in utero uirginis taberna culum fecit: indeq; pgressus est homo uisibilis, deusq; adorabi lis e substātia quidē patris ante secula genitus: e uirgine aūt assu mens q; apparebat: idem recēs, atq; ęternus: neq; enim naturas confudit, neq; fecit ut esset sub tēpore: per quē tēpora facta fue rant: neq; q; in tēpore natū est ante seculare: ac prętemporeū de clarauit: sed utraq; natura sincera permansit: altera quidē infir mitates, quę ad eam pertinebant, perpessa famē uidelicet, sitim somnū, fatigationēq;, crucem, interitū, altera uero q̄ sunt diuini tatis efficiens, sibiq; cōsuetis illustrata miraculis, demū pedes p ambulādo mari habiles fecit/ac panes qnq; satis eē iussit multis hominū milibus ad saturitatē pascēdis, uinū pterea tūc primo factū nuptiis dedit, mutilosq; ac defectos artus curauit, quosq; oculos natura opifex nostri corporis in aluo matris nōn fecerat e luto mirabiliter finxit: solo item uerbo dissoluta mēbra coher

cuit, somnoq; iam mortis oppressos reuocauit in uitã mouetiq; ad cursum disposuit, cęteraq; effecit: quæ sacra Euangelii documenta nos docent: ꝙ si hęc miracula ita ut par est admiramini, deoq; congruentia esse dicitis & tamen dispensationis modum quo salui facti sumus indecentem uocatis, primum quidem insignem audaciam, atq; insaniam dixerim, si ea sapientia quę est opifex rerum omnium asseratis sapientiores uos esse: neq; comprobetis, quæ ab eo facta sunt, sed arbitremini, uel ea melius ꝙ agendum sit inuenire uos posse: ergo uero non dubito si eã uel aliam salutis nostrę rationem iniisset: uos nihilominus ut ea indignaturos fuisse, fastidiosi enim estis, planeq; inplacabiles, solumq; periti cauillis ac dicteriis incessere diuinę dispensationis mysteria: quando igitur iuuenili, ac temerario quodam ausu, sapientię abissum, uestris cõsiliis superaturos uos reditis, meliorem nostrę salutis modum quæso nobis ostendite: at inuenire profecto nullum poteritis, tanto enim usus deus noster lenitatis excessu, ut incredibile hoc & uobis: & uestris similibus factu obiiciatur: unigenitum uidelicet dei filium qui est ante sęcula deus uerbum, qui opifex est rerum omnium: humanitate nostra assumpta hominem factum esse: nostramq; hoc pacto salutem peregisse: at qui hos medicos maxime laudare soletis, non qui nos quidem suis ministris curandos ęgros committũt: sed qui pallium deponunt, interulamq; succincti, suis ipsi manibus ferrum accipiunt, ulcusq; si sit opus incidunt, neq; fetorem ulceris auersantur: immo autem profluentem saniem accipiunt, spongiaq; inspergunt: & unguenta compingunt: aliaq; remedia multa conficiunt, quæ adhiberi medicinę lex iubet: neq; uero illos etiam reges adiuuari laudibusq; hornari soliti estis, qui regalibus in talamis molliter enutriti omni genere delitiarum perfrui solent: sed quibus graue non est, pro subditis hominibus caput periculis obiectare, quiq; armis obtecti in prima acie cum hastę fortiter pugnant: ꝙ si forte mirabun-

di inquiritis,cur non olim multo prius humanitate assumpta opifex mundi nobis consuluit: agedum & medicos accusate q in postremum curationis tempus differunt acriora remedia, le nioribus siquidem prius usi, quæ potentiora sunt ultimo loco adhibent:idem itaq; fecisse inuenitur creator:& medicus anima rum nostratum:nam cum prius olim multa & uaria remedia attulisset,cunctis quidem hominibus ad pietatem alliciendis ea inspectanda preponens,quæ in mundi fabrica & natura rerum ab ea facta cernuntur:Hebreis autem prophetas immitens, & scriptam legē contribuens,postremo & hoc undiq; potens phar macum,ac saluberrimum nobis attulit, quo omnis ęgretitudo funditus tolleretur:uerbis autem nostris fidem conciliauit: or bis uniuersus terra,mariq; a priore ignorantia liberatus idolorum fedata fallacia,impietatis pulsa caligo radii lumine cognitionis diuinę mundum complentes:Greci,Romani,Barbari de cruci fixo theologicę proloquentes:ipsumq; signum crucis psequen tes honore maximo proq; multis, ac mendacibus diis trinitati cultum latrię exibentes,abolitia Idolorum templa, Idolorū arę ad fundamenta subuersę,Illustres uero ęcclesię ubiq; extructę in ciuitatibus,in pagis,in agris,in extraneis prouinciarum fini bus,martyrum templa pulcherrimę fabricata, monachorū ha bitacula quibus sancti fiunt montium uertices,uastęq; solitudi nes incolūtur:hęc igitur & quæ sunt his persimilia dignam deo congruentemq; dispensationem uindicis nostri ostendunt: Euā gelicam preterea ueritatem & antiquę prophetię cōfirmant:hęc namq; prędicunt,quæ in Euangeliis continentur: Euāgelia ue ro propheticę prędictionis finem ostendunt:ac prophetę quidē prędixerunt uirginis partum:hęc uero nos docent propheticam ueritatem,illi prędixerunt Crucis mysterium, sed Euangelia ostenderunt illi prędixerunt Christi tormenta:hęc uero narrāt facta miracula,illi cecinerunt mūdi salutem:nos uero dicimus oraculorum finem:illi Iudeorum perfidia,perditionemq; pręd xerunt:

xerunt:& nos permanentem adhuc eorum perfidiam/dispensionem,seruitutemq; uidemus:ego autem in coniicerem nimis lōgo sermone,& ad nos,& eos,qui in posterum in nostra hęc monumenta inciderint defatigandos fore uobis, uel ipsas prophetarum prędictiōes apposuissem,& exactius in rebus ipsis, discere tis uerborum ueritatem:quoniam uero me hoc facere non sinit copia dictarum rerum:uos quęso uiri Gręci, & propheticis dictis fidem habetote,& clamantibus rebus aurem accomodate persuaderiq; uobis sinite ab Euripide Tragediarum scriptore q sic in Oenemao suo canit,existimamus quę latent,ab iis q̄ sunt: rursus,idem in phenissis,q᷑ delitet in coniecturis congruentib9 deprehenditur:q᷑ si forte uobis Euripides indignus fide testis uideatur,audite saltem quæ Hyperides orator dicit: quæ autē sunt obscura necesse est eos qui docent indagare perconiecturas & signa:consona & his Isocrates orator scripsisse cernitur:inquit enim oportet quæ futura sunt ex prętcritis rebus coniicere: sed enim & Androcides unus e decem oratoribus: oportet inquit uti signis precedentibus ad res futuras quia enim ab hornatu eloquutionis pendetis:hinc uobis demonstrationes attulimus ut per eas ad uirtutem perducti, rerumq; euentis iam manifestam cernentes,Dei ac Redemptoris nostri apparitionem de illius dispensatione sermonem alacres accipiatis,amabiliq;,ac peroptabili salute minime careatis.

Finis libri Decimi

ERVM Omnium moderator ac opifex deus ipse summus Opt. Max. qui est omnia, quiq; mūdi anima, & uniuersi mens/q tempoꝝ uices ętherisq; splendentia culmina/qui deniq; maris ueliuoli flamina atq; inferoꝝ deplorata silentia nutu dispensat suo, cœlumq; ꝙ sua est regia illi obtemperat: no luit absq; opera illos suę lucis radios splendidissimos promereri & cœlo pater inmortalis filium emisit: qui diuino munere pro fessores ueritatis diuinę longe q̄ humana pateret̄ natura redde ret firmiores: cū uero lucifer matutinus ille illuxisset Christus deus omniū parens, cuius inmensę, atq; infinitę glorię plenitu dinem recensere mortalis ullus queat, qui quo ad uitam in hu manis duxit inenarrabili fortitudine, summa pietate duct9 pro mortaliū felicitate in illam patriam perennē clausum iter suis erumnis laboribus, ac morte diuinam illam legem euangelicā auspiciis melioribus promulgauit, icci rco pleraq; quę ad morta liū documentū cōspectāt differenda censui: Alexander ille Ma cedo, ut cū ad Ammonis tēplū peruenisset ab eoq; salutatus, ut Iouis filiusq; susceptus ei fidem adhibuisse perhibetur: nil aliud dignū putauit ꝙ expeteret, uel Darii fugam, uel futurę exitum pugnę, utrū uel Gręcię infortuniū inpenderet, an Asię misceri res, & cōturbari debere: sed quasi hęc omnia recte procederent, de Nilo potius percunctatus est delirū illū deū, Oceaniq; natu rā agnosceret: utrū inquā ęquor uniuersum circūquaq; terrarū orbem ambiret, quanto preclarius/ac illustrius peregisset deum opt. max. parentē exorasse, at ipsum eius unigenitū in quo cō munis mortaliū generis salus fundat̄, atq; felicitas nō eius mu nera & sacrificia cōdonasset, & his illis impiis diis / sed quis nā inquā omniū parens, atq; erogator deus ille opt. sit cunctorum quę optima dicunt̄/& quę sunt ipsoꝝ exordia/qui fontes ex qui bus manandi initium capiant ac suscipiant: nisi etiā ex Christo Ihesu mortaliū omniū seruatore assumant: nisi forte superfluū

sit de his bonis quorum causam sentire uidentur, deo exhibere negocium, quorum nec ob largitionē perspicimus, aut intelligimus fontē apparentē, & ipsum opificē/cōspiciamus ętherū scilicet architectorē harmonicū syderū solis, lunęq; eductorē, astrorum circulationis influxus chorcę decursionis, moderationis supremū temporum cōditorē, uentorum omniū rectorē, ętheris telluris architectū, remissorē frugū, cunctorum parentē, atq; eductorem, cuius mens, ut Academici dixere, nec scindi, nec minui potest, sed potius omnes naturas admirabili pernicitate, perinde ut oculi ictus moueatur, ut quodcunq; attigerit, tanq̄ a solaribus radiis cōtigit quęcūq; eos excipiant in terra clarescere, ac mirifice exornet: hinc Homerus edocet, & in nutu nigrantis lumina torsit, deus: nimiūq; furentis esse uesanię ducā dei uellē, qualis nā sit: peruestigare naturā, hominē nanq; mortalem, ne humana hęc quidē ad uerū posse cōprehendere reor: ne dum ad diuinę naturę peruenire cognitionem sat est: sed per me ista sine discrimine prętereantur, quę sola credulitate uenerant mortales: ipse uero de deo fateri nil aliud hoc tempore ausim, nisi q̄ bonus omnino & rectior sit: & uniuersa in sua is habeat potestate. Sic itaq; magnus Alexander ipse: nam si lumen dei summi & [illegible] suū, & intellectus nocturnas tenebras dispellit / consueuitq; deus sępenumero noctu reuelationes dare etiam dormientibus / nec solū prophetis testamenti ueteris, sed & ministris noui, & ipsi etiam Iosepho sanctissimo gloriosissimę uirginis sponso, & Christi custodi, ut sacra euangeliorum narrat historia: sed si lumen ipsum aberit, nec naturales causę, uel signa suberint: tunc & diuinę reuelationis/ & humanę cōiecturę facultatē egressa diuinatio demonica/superstitiosaq; ꝓhibit: cū alias/ tū ꝑcipue a Mooseis Deutronomii capite interdicta plebi Israelitice p hęc uerba nō inueniatur/ite qui obseruet somnia/pari delirio/& insignius forte exorbitabunt, qui furentiū se uaticiniis cōcrederent possesse enim a demone/ & in furorē uersi cū mares/ tū fœminę quępiā de futu

ris ferebant oracula/hos aliquando dicũt arreptitios/alii phanaticos/ alii Plutones/ Pytheos/ alii Vates/ quandoquidẽ & maligno arripiuntur spiritu, & Pytheo Apolline/hoc est demone/eo cognomine gaudente replebant / & in phanis dare solebant: responsa emota/& alienata mente/quale illud de Phęmonoe apud Lucanũ in quinto Pharsalię:nõ unq̃ plenior artus/Phebador irrupit Pęan mentemq; priorẽ: Expulit atq; hominẽ toto sibi cedere iussit:pectore bacchatur demẽs:Apollini tñ Pythonis interfectori diuinationẽ acceptã plurimũ referebãt/q; poetis frequenti usu eueniebat q per furorẽ uaticinabant /quorũ exemplo posteriores quoq; poetę/tam & si furore nõ acti / fingebant tñ se phebeo spiritu repletos/ unde illud Claudiani: Iam furor humanos nostro de pectore sensus expulit, & totũ spirant precordia phebũ: imitati uerbis & Casandrã illã quę furens (ut inquit ille) facta atq; infecta canebat / imitati & alios quos diximus per furorẽ pręnuntiasse carminibus/ ut Boetiũ/ Bacchidẽ/ & Epimenidem Cretensem/quẽ auctore Aristotele de pręteritis dũtaxat uaticinari solitũ: sed enim uates etiã a poetis introducunt referre futura sine furore,quale illud apud Valeriũ flaccũ in Argonauticis de Idmone memoratur: postq̃ enim Mopsum furentem uatem meminerat , mox Idmona sensus cõpotem introducit , qui erat ut ille fabulatur plenus fatis, pheboq; quieto: nihilominus crebro & libentius fruentiũ prędicta suis fabulamentis interserunt,citantq; nominatim,ut Casandram Phemonoẽ , ut ipsam quoq; Erythreã sybillã:sed & de Cumana Lucanus idem sensit per hęc carmina : Talis in Euboico uates Cumana recessu: Indignata suũ multis seruire furorẽ : & Maro : prius Cumeę sybille furorẽ/& rabiẽ tribuerat: unde illud in sexto Eneidos : Talibus ex adito dictis Cumea sybilla: Horrendas canit ãbages/antroq; remugit: Obscuris uera inuoluens ea frena furenti:Concutit/& stimulos sub pectore uersat Apollo: Vt primũ cessit furor/& rabida ora quierunt ; Iustinus philosophus & martyr in libro

aduersus gẽtes inquit, Cumeę sybillę carmina eo putari minus metrice scripta, uel quia furens ipsa effabať/ uel si prudens/ sciensq ea ꝓferebat ab excipientiũ nihilominus ruditate deprauata/ q sua tẽpestate urbis incolas refert/ hãc quoq insanã appellat Maro: sed & idẽ Iustin9 solitã eã asserit de solio parata/ indutaq stola/ futura effari/ ꝓditũ aũt memorię est/ id nõ uoce solũ/ uerũ etiã lr̃is & signis effecisse/ ac in palmarũ foliis scripsisse/ illã Varro cõmeminit/ ambigit Aristoteles in libro de admirandis naturę: an hęc Eritrea/ uel Cumea fuerit/ q nihilominus in poblema tib9 instinctu lymphatico sybillas/ bacchasq in feruore scribit: idq nõ morbo/ sed naturali intemperie cõtingere/ ꝙ & cõmune autumat esse omnibus q diuino spiraculo instigari creduntur: sane de sybillis uarii/ uaria produnt/ nec de nomine/ & patria satis cõuenit/ de numero fere cõstat ex antiquis auctorib9 gręcis Aristomeus/ & Apollodorus Erythreus/ ex latinis Varro & Fenestella: Eritreã tanq̃ precipuã & nobilẽ ꝑter cęteras fuisse tradũt: Varro ipse decẽ numerat/ & aliã Cumeã/ aliã Cumanã dicit/ quę tñ nomina pleriq cõfundere: harũ quoq/ & alii gentiũ scriptores/ ex nostris uero Augustinus/ Lactantius alii meminere/ Suidas/ uel Amalthea/ uel Hyerophile nomẽ fuisse dicit: Cumeã uero tandemq & Chaldeã dici fuisse Iustinũ philosophũ & martyrem opinatũ uidimus/ nã in Chaldea ortã/ & Chaldei Berosi filiã/ cumas aũt habitasse prodit/ multas alias sup sybillis differentiones omitto/ etiã in ipa nomẽclatura/ quã Suidas latinã putat/ Varro & Lactantius/ & pleriq Eolicã asseuerant: in hoc nulla dissentio de nr̃a religione sybillę carminib9/ & multa/ & ꝑclara fuisse ꝓnũtiata/ quãq̃ etiã deorũ pluriũ falsę religiones sybillinis/ q Romę asseuerabanť uersib9 ꝓueherenť/ ut apud Zosimũ/ & apud Macrobiũ/ & alios gentiũ scriptores plane cõspiciť: si quando uero/ uel earũ unã/ uel plures de Christo uera ꝑcinuerũt/ ad gentiũ id instructionẽ factũ/ q ueris prophetis nõ audiebãt: apud Platonicã Sybillã/ quę in Delphis erat duobus modis impleri minime

cõsuesse scribitur/uel spiritu quodã tenui/ & igneo/ qui erumpebat ex antro/uel ex adito/dum in sede erat triũ/uel quattuor pedum sacra atq; dicata in Colophone fœmina quadã epota lympha uaticinabatur: alia in branchis/ hausto uapore / nõnullisq; aliis superstitionibus obseruatis prophetasse fertur: sup quibus Porphirius/& Iamblicus desipuerũt: diuinũ putantes/q a multis falsoꝝ deoꝝ sacrificiis prodibat/tãtoq; magis/quanto procul a ratione/magisq; remotius/& insaniẹ furoriq; ꝓpius accedebat quo exciri uel omnes / uel plurimas hmõi sybillas & uates diximus, insignis aũt furoris species est furentibus & demone agitatis/ mancipare se se, si demon enim eo q malignus/ eo q noster hostis/eo q fallax habenda fides non est, etiã cum proprie & ex acte loquitur/ habenda ne erit, cũ lingua dementis tumultuaẽ, si emotis mente/& ab alienatis acquiescendũ nõ est/nisi forte ut cathenis ligentur, & coherceanẽ cõpedibus parendũ erit, cũ demonis arbitrio loquũtur, & de futuris cõsulunt: adde q insaniã istã peculiare hoc & insigne hoc consequitur, ne discernere nequeas, quẹ proprie a demone/ quẹ ue a furentis homini ꝑcepta/ cõsilia ue tradantur: dissiluit adeo & cõfunduntẽ omnia, ita furor ille crescit/decrescit/qescitq;: Sic itaq; Alixander ille rex Macedo famam inuexit a Ioue Hammone se se progenitũ: quid q auditos alios orbes esse /quam eum quem cernimus, colimusq; illum abortis lachrymis ingemuisse, & acclamasse ferunt: Quẹ te inquã ad illos Alexander fortuna ducet: aut quẹ tanta tibi uita contigerit/ut tuis uictoriis Herculis ẹquato fulgore in cõcilio deorum conscendas? O cẹca cupiditas: o sacra fames: o habendi nunq̃ adẹquata uoluptas: o honoris & nominis interminata libido: o uorax & auara mortaliũ mẽs cui nulla regna/nullẹ diuitiẹ suppetũt: an in usum unius ꝑcreata sunt oĩa? an tã paruus aqualiculus alimenta uasti orbis absumet? an agroꝝ fruges/ marisq; nauigia una tm̃ mensa deuorabit? quid miseri cõiũgim9 dom9 domui: agrũ agro copulamus? ut deflet Esaias: nũc soli habita-

bimus sup terrã:hinc & poeta o uitę tuta facultas pauperis atq angusti laris,o munera nondũ intellecta deũ paupertas fungit totoq accersit orbe quo gẽs queq perit,danda mouẽt populos/ siquos sua iura tuent o ꝑdiga reꝝ luxuries ? nũq paruo cõtenta parat:& qsitoꝝ pelago terraq ciboꝝ,ambitiosa fames, & lautę gloria mẽsę:discite q̃ paruo liceat ꝑducere uitã: & quãtũ natura petat:libet inquã exclamaſ cũ Lucretio o stultas hominũ mẽtes o pectora cęca cũ Democrito,cui negocia mortaliũ oĩa ridicula uidebant q tibi de futuro polliceris:qppe cũ sint oĩa fortunę ca sibus/mortiq subnixa/uirtuti opera nauãda ẽ:siquidẽ uicissimũ enim uirtuti fontes cuiuscũq animum irrigent: hic ꝑpetuam uitã fructuosam cultã cõsumatãq efficiũt:ueꝝ insudare agrico lã oportere laborareq duriter uiuere oportet:ut inqt Platonicus haud enim Egyptius in uno tãtũ Nylo spẽ locat neq agello pri us semina cõmittit q̃ aratio ingerit boues qñ noualia ꝑscinde rit,diu deniq elaborauerit,post hec amnẽ ad irrigationẽ opeꝝ suoꝝ deriuat:hec est cõmixtio cũ agricultura spei, cũ labore fru ctuũ cũ duritia,si quidẽ mala cõglutinata bonis neq enim qui nunq̃ uiderit solũ is diligẽdus est,siqui potius ex diuersis,mul tisq periculis,atq experientia maloꝝ sibi artẽ astruxerit:Ego q dem Imperatori minime credo belloꝝ omniũ perpetuo uictori qualis apud romãos Cæsar fertur:atq Pompeius: unus a bruto in curia cesus,tandẽ alter a spadone Egyptioꝝ regis satellite & qualis ẽt Nitias apud Athenienses fuissent:siquidẽ ex Cicilia re disset:& qualis ẽt Creon,si modo populũ tẽperantius regens ex Amphipoli reuersus esset,cũ inquam conspicio quã sine inter missiõe secũda afflauerit fortuna,siue gubernator,siue dux exi stet,siue priuatus,siue princeps,siue uir,siue ciuitas, huius for tunę tantundẽ ꝑpe existimo:credẽdum esse quãtũ Soloni credi dit,cresos aut Amasis Polycrati,Cresus quidẽ habuit ditissimũ equis hornatũ Imperiũ:Policrates mare nauibus instructũ:sed q̃ tandẽ firmitas fuit in utroq,haud ẽt Cręsus in Imperiũ haud

ANACEPHA

Polycrates in Orũtis potestatẽ deuenit Crœsus Cyri mancipiũ extitit perlonga quidẽ fęlicitas excepta est ab ingruentibus malis ob eã pręcipue causam Solõ Crœsum minime fęlicẽ putauit sapiẽs enim erat,ob idẽ Amasis repudiũ amicitię Polycratis misit:quẽ scilicet obnoxiũ proximo infortunio ꝓcensissent:de hac ipsa fortuna qd quantũ ue possit,eximius quidã orator sic ait: Et si nõ ab re pleriqꝫ mortalium q̃ naturę ꝓsperas/aduersasqꝫ uices suo alioꝝ ue discrimine ꝑsepe animaduertere magna animi anxietate hesitatiõe ac q̃rimonia pcõtari cõtingat unde:id q̃ plurimis admirandũ ꝓuenire soleat ꝙ uiro quãtũ intueri liceat uirtute ꝑdito,q̃ maiori uitę suę curriculo laboribus & forsan egestate uirtuti,scientięqꝫ adipiscendę,ut inde aliquid utilitatis,ac decoris reportaret se ipsum exposuerit,accidat,ꝙ is sane in aduersos,ac difficiles fortunę casus incurrat,illisqꝫ adeo circumferat & infestetur ꝙ in grauissima pericula & calamitates ad pernitiosum usqꝫ interitum prolabatur:quæ ꝓfecto res adeo humanas pręsertim ignaras mentes suspendit, ut exinde aliqui torpore, ac desidia frigescãt:quidam uero penitus abhorreãt, & se auertãt,ne uigiliis & laboribus doctrinã,ac prudentiã ex negocioꝝ dexteritate sibi ipsis cõparent,uirtutẽqꝫ colant cũ huic quidem uirtuti tantũ maloꝝ,ignauiũqꝫ uiroꝝ liuor non solũ obsistat:uerum etiã fortunę malignitas,ac seuitia exitiũ frequẽtius minet qua ꝓpter hii ꝑpotentem fortunã omnibus sciẽtiis , prudentię: probisqꝫ actionibus cõtraire ac imperare posse asseuerãt quorũ sane quęrelã & anxietatẽ,potius quã q̃situm cũ ꝓpter tenuis ingenii mei uires respõdẽdo extinxerim,spero eq̃dẽ huiusmodi disceptationis nr̃e discursũ uestras benignas aures ; prudentesqꝫ animos qui nostra disserenda argumenta audiendo imbibent & audita euoluent,aliquem & si non ingentis doctrinę ac ęloquentię fructum,mediocris tamen scientię, amorisqꝫ ac fidei q̃bus audientiũ animi etiam imbui debent,secũ relaturos:Enim uero non nulloꝝ auctoꝝ scripto, ac sententia cõprobari dicit fortunã ipsam repẽtinũ & inopinatũ esse euentũ reꝝ accidentium

a ferendo denominatam, eo q nullo rationis, aut ordinis freno feratur ab aliis uero dea uariis casibus res humanas/hominesq deludens & ob id cęca existimata, quæ si fœlicem faciat bona, sin autem aduersetur mala, diuulgato cognomine appellat cui pręterea existimationis, ac uulgaris huiusmodi famę intuitu p pe urbem, trans tamen Tyberim templum, aramq superstitio sa erexit antiquitas, ac symulachrū tale intulit, q dextra .s. gu bernaculū, sinistra uero cornu plenū efferat: demōstretq ppter ea se mundi gubernatiōe, suiq beneficio tantū homines beatos facere posse, ut in dies experimēto declarari, solidariq asserunt proinde extāta ueteꝝ cuiusq ętatis & pręsertim nostrę, tū sentē tia, tum monumētis, ac ēt opinione mihi nacta dicēdi occasiōe quotidiana quadā eloquutiōe, magis q̄ elimata & cōposita ora tiōe quibusdam ad partes in mediū collatis argumentis differe re: & enucleare enitar: utrū rationi, atq honestati consona, ac tu ta sit opinio qua palā profiteri liceat: fortunę quęcūq ea sit uim aut Imperium ullum tributū quo mortales, eorumq sinceras actiones disturbet & euellat: q cum liquido cognoueritis illud aperiri continget, an studio elobarati, diuq impensi laboris ue stri, & iacta semina messem congruam, fęcundamq merito spe rare ualeant, uel sine ulla quidem spe, eosdem uanos, frustraq adhibitos fuisse si fortunę uolubilis radiis ac mole opprimant, & in puluerem illius impulsum redigant: nullis inquam Iusti tię pręceptis crediderim edici, aut persuaderi fortunę uim ullā concessam fuisse, qua suo tantum iure hominum mentes; ani mosq uirtuti deditos, condignisq illius actionibus roboratos concutere, atq distrahere, neq etiam alacriores redere possit: qn̄ quidem Iustitia, ut ab utrius iuris ciuilis: & canonici, philoso phięq ac theologię magistris diffinitur, constans cū sit & ppe tua uoluntas/ius suum unicuiq tribuēs hoc admittere seu ppeti nequaq̄ pōt, aut debet: quin immo huiusmodi incertas uagę for tunę uires resistēdo expellit: alioqn si ueraeēt seu potiori opiniōi

hominum cõtraria conueniret sentẽtia: nulli, aut rarissimi (me hercule) mortalium tot negociis: & laboribus mẽtis, & corporis se ipsos subiicerent: quibus tum uitę alimenta, tot ue bona, honores, laudesq́ tandem compararent, multoq́ minus quisq́ reperiri posset, qui tanta mentis ac animi anxietate ac timore, postpositis uitę delitiis, se ac sua diuino cultui dedicaret, neq́ aliqui tam diu, & perpetuo illi inherendo neglecto etiam cultu corporis sui terrei cęlestem illã animi uim tetro carcerẽ dum aura fruitur concludentis ardentius inuigilarent: & inuigilando inseruirent, ne inseruiendo parerent nisi pro certo omni explosa caligine ac dubio crederent suis sic impensis, laboribus, ac studiis cõdigna pręmia superna circumspectione ac prouidentia retribui debere, necessarioq́ id euenturum censeãt si Iustitia quidẽ uerũ inter, mortales, superosq́ institutũ seruare, ordineq́ hactenus consuetũ preuertere minime uoluerit: plane neq́ a prudentia ꝙ uires ullas habeat fortuna comprobatur: ipsa nãq́ prudẽtia ęloquentię fonte suis pręceptis determinante est scientia, cuiusdã artificii, quo usu & memoria multaꝝ reꝝ ac negocioꝝ bõa a malis discernere ac eligere potest & debet: qua mediante fortunę si aliqua inesset uis: & illius nocentis euentus suspitio ubi oportet euitatur: quis unq̃ nostrum alius ue recto iudicio existimet fortitudinis consensu fortunę potestatem aliquam concedi: quæ ꝑfecto eiusdem Ciceronis notabili sententia magnaꝝ reꝝ dicitur appetitus: & operatio ac humiliũ contẽptus: laborumq́ & erumnaꝝ tollerantia, cum rõe utilitatis animę, corporisq́ deinde proxima: ea enim fortitudo constanti suapte natura, quamuis ingẽtia, & uirosa fortunę tela retundit & effringit, illiq́ pessundate uictrix superiminet plausuq́ ac conuitiis ipsam eludẽdo exagitat: temperantia autem alio nomine, modestia appellata longe secus sentit, q̃ fortunę uim ullam tribuat: quia & ipsa cum sit continens animi moderatio, dum cupido, aut timor mortalium corda uicissim uexant: & impellunt: nullo unq̃ flecti.

tur fortunę radio lucem, seu tenebras afferat: quo nam igitur adminiculo, quo ue colore, enarrata argumenta, aut rationes tātorum auctorum testimonio uallata, contraria opinio, seu potius uana credulitas tollerre, aut illis certe resistere poterit: cum illa solum quadam opinione, seu reputatione hominum nō cognita, neq̧ diligenter discussa illius ratione, seu causa a qua emanauerit, tanq̄ ab aranee filo pendeat: eaq̧ tantum confisi mortales quidam indocti, uulgi multitudo passim afferant: fortunam repetiri/illiq̧ inhumanas uires inesse: cum aliquando uideant, aut exaudiant uiles, facinorososq̧ homines ad diuitias: & honores inmerito prouehi, generosos autem: & uirtute prę stantes partim paupertate deprimi partimq̧ neclectu posterga ri sepe etiam a fœlicitatis culmine in miseriarum & calamitatis profundū deiectos inmergi: rursus alternatim ad pristina gaudia e luctu mestissimo hilares restitui: iuxta Maronis huic loco consonā sententiam, qui ait, multa dies, uariusq̧ labor mutabilis ęui, tettulit in melius, multos alterna reuisans: lusit & in solio rursus fortuna locauit: quibus sane fortunę ut aiunt, uarietatibus si mortales ipsos non agitari perspicerent facile ab eorum sententia discederent: fortunamq̧ tanq̄ futilem & erroneā ab eorū mentibus abdicarent, quorꝫ opinionē: & si paulo ante pluribus rationabilibus mediis uanā detexerimus: ea tn̄ quia ipsis tū ignorantibus, tum pertinacia credulitatis suę detentis nō inherent, illos non commouent/ neq̧ commouent/ itaq̧ similitudine eorꝫ utar argumēto quo tantę cecitatis opinionem ab eis ex toto euacuē: respondeant namq̧ ipsi quęso num omni tēpore, omniq̧ ętate compertum sit bonarꝫ artium, uirtutisq̧ amatores maiori ex parte, alicuius fortunę uim, uicesq̧ aut non sensisse, aut penitus euasisse: & quamuis quosdam sinistro euentu ledi, seu etiam opprimi contigerit inficiari nihil haud unq̄ poterūt multo maiori in numero non extitisse, & esse eos qui uirtutem sectādo fortunā contempserunt, atq̧ exuberarūt: cui certe plurimorꝫ

potiori sententiæ, ueriorique iudicio & experimento salubriori iuxta naturalis & positiuæ legis instituta, omnes qui ratione feruntur conuenire: & inhærere decet, contraria opinione omnino postha bita tanquam minori debiliori, & indiscreta, minori inquam usu, debilio ri auctoritate, & indiscreta consilio: & ratione: cum nullo unquam iure/& equitate præcepi, aut persuaderi/uel permitti conueniat ut si mortalium studia, & actiones uirtute cocomitante, sine aliorum iniuria dirigantur, eaque peregrinatione plurimi insudent spem proemii certam, fructumque non consequantur, neque fortu næ uarietatibus inpediantur, aut succidantur: & licet motus hu iusmodi qui fortunæ ascribuntur quorum causa tantum sibi no minis & famæ apud eos præsertim sibi illa uendicauit negari ne queant: iure tamen optimo ab ipsa quidem fortuna hos procede re diffiteri possumus, illi namque aduersi casus obueniunt a flagi tiis eorum latentibus quibus accidunt, quoniam uirtutem cole re simulant, unde fit ut de se ipsis, non de sinistræ fortunæ iacu lis conqueri debeant: & possint: sin autem ex contrario dicatur quod nam igitur dabitur responsum, cum etiam uiro quamuis for ti, ac uirtute prædito, eadem fortuna acrius obsistat: ad hunc inquam in eundem uirum probum quicquam sinistri a fortuna non euenit: sed desuper diuino numine atque consensu ad experiundam compro bandamque eiusdem in actionibus constantiæ uirtutem id accidis se: quo uictore ampliorem præmii, ac laudis munificentiam con sequatur: ex hiis igitur satis aperte concludi posse uidetur apud mortales nullam penitus fortunam reperiri: & siquid ea est: nul las ex se ipsa uires habere, nec quicquam contra mortales ratione pol lentes audere posse nisi desuper cœlesti Imperio, aut permissu concessum ei fuerit in exagitando ab ea ponam, aut meritum, uerum cum binæ illæ uitæ uarietates ex quibus exoriri fortuna præ sumitur, latenti quadam, ac diuina operatione proueniat: & pau cis ideo nisi uirtute & doctrina præsertim preditis innotescere possint, iccirco passim palamque a uulgo erroneæ circum fertur,

Re facimus

te facimus fortuna deam, cœloq; locamus: ut cecinit Pacuuius carmen in quo graphice quidem & elegãter uis ipsa fortunę ac potestas ab eo sit expressa his uersibus: fortunã inquit: insanam esse: & brutam perhibent philosophi: saxiq; instar globosi prę dicant esse uolubilem: quia quo saxum impulerit fors, eo cadeť fortunã autumãt: cęcam. ob eam rem esse uocãt. quia nil cernãt quo sese applicet/insanã aũt aiunt/ quia atrox, incerta instabi lisq; sit/brutam: quia dignũ/aut indignum nequeat internosce re hactenus Pacuuius: quod etiam carmen. M. Cice. in Rheto. retulit: ne quis in eo quęritando diutius fatigeť: & si quidã Pau lo indoctius id ad solutam Ciceronis orationem adducat: Ply. aũt in hũc modum de eiusdẽ fortunę potestate ad Cæsa. Vespa. toto inquit mundo: & locis omnibus: omnibusq; horis omnium uocibus fortuna sola inuocatur: & una nominatur: una accusať una agitur rea: una cogitatur: sola laudať: sola arguiť: & cum cõ uitiis coliť: uolubilisq;: a plerisq; uero & cęca etiam existimata. uaga. inconstans. incerta. uaria/indignorumq; fautax: huic om nia expensa: huic omnia feruntur accepta: Et in tota ratiõe mor talium sola utrãq; paginẽ facit: apud Scythas uero eiusdem sy mulachrũ sine pedibus fingebať: ut manus tantum & penas haberet: Apud Smyrneos autem eiusmodi fuit: ut capite polũ fulciret: & manu altera cornu Amalthee retineret: quæ bubali statua etiam a Pausania describitur: quam ob rem cum optimo rum uirtuti, iustitię, prudentię, fortitudini, ac modestię non egere, nulla possit obesse pręsumptę fortunę uis, sed illos pro la borum ac studiorum meritis pręmia condigna proculdubio ma neant: operepręcium, immo necessarium fore arbitror, uos inquam ipsos quos ad iuga erectę uirtutis conscendenda ac cinctos prospicio, per semitas utriusq; censurę, & pręsertim no strę canonicę animę salubrioris, me partim comite, partimq; ducẽ: ad illa hilari fronte superanda prouiribus cohortari: quoniam planitiem cum obierimus, facili tramite summa

cũ quiete, ac laude exoptato ocio perfrui poterimus : qua ꝑpter
ego eam uitã probauerim, quę degustauerit malũ, dũmodo tan
tũ id delibarit, inspersit tm̃ labia, ut inquit Homerus: arescente
palato, uirtutem quidem instructã, sed eam aduersus inuitam
fortunã utentem: itaq; deus solus ille summus aliis spretis, uene
randus extollendusq; est : Iesus ipsi dei ueri imago, nec in eius
celsitudinis & maiestatis/imperiiq; magnitudine cũctis reb⁹ ꝑfe
rendã : illã inquã magnitudinẽ, lepidas canorasq; Mnęmosines
proles, quas poetę edixere pegaseo irrigamine toties euocandas
per lites, aut cẽseo poetarũ figmenta cothurnato more grabellũ
Apollinem ipsum humani generis hostẽ barbitho, musas psal-
trias deluentem, uel rubicundũ Bacchũ, hederarũ sęrtis lyncas
obluctantis affrenantẽ, uiros inquã omni obsceno obrutos : aut
Mercurium palestritas incitantes ad antiloqua (ut prisci effin-
xere) Mineruã uerecundo pudore crebro retinentem: sed tui au
spicio presidio/ineffabile, inquã auxiliũ, tuã incõprehensibilem
diuinitatẽ mihi se ostendet ac prestet se obsequibilẽ: quis inquã
tuo annixus hospitio, cuncta/quãuis ardua leniter nõ assequaẽ
montosa/horridosq; fluctus felici faustu nõ superet/hostilia pro
speriter nõ expugnet: cum tuas mistas scaturienti iugiter lorices
munificentia, ut aduersus omnes erumnas, lęrnęq; ac calami-
tatis machinã cõspiranter militant: atq; trophea exequantur: tu
nanq; cœlestiũ omnium origo, ac parens orbis Imperii peruigil
protector a te procreatã deducta tuo diuino numinę conseruas :
te diuini illi spiritus superni colunt/uenerantẽ sydera, uterq; cõ-
clamat polus: tuo nutu cœlorum rotantur uertigines solis, in se
uertuntur reciprocationes, lunaria instaurantẽ detrimenta: Zo
diaci mutuo nexu colligata reducuntur inuitamenta: tu orientẽ
rosęę aurorę luteis fimbriis rutulantem ordinas : occidentemq;
declinantis phębi intinctura stridulum instituis : septentrionẽ
niuoso gelu asperum componis : meridiem intensissimi caloris
flagrantia perustum demulces ac reparas : tui inquam preconii

ambrosio nectare imbutis quadrupedibus inuectus Titan, ut prisci poetę effinxere/tuo numine propulsum tenebris diē omnibus primatibus cōmunem mortalibus omnibus inuehebat: Luna educta rosidis bigis nocturnam illustret feruginem, ac tenebras: te omniū parens cœlestibus corollis fulgurantē regem instituit(te permittente) igit aer ac ęther clarescit: lubricans aqua liquescit: tellus grauior rarescit: demū omnia cunctaq; inter se concordant elementa(te suppeditante) uel leni Zephiro graui dum floret ęstas spicas(Cancro flagrante) exestuat: mustulentus autumnus confluentibus uirescit: ut inquit orator ille christianę religionis afflatus: hyems pluuiosa boreali frigore rigescit(te annuente) alati succedunt uenti: procellosę concidūt tempestates, pluuię in serenitatē cōmutantur, tui causa montiū reuident culmina, ualliū lubricosa presamina, collium decliuia sublcuamina, tuo munere arbores frondentes germinant: flores spirantes uarrigant: uiscosi cespites repullulant: uirtutis tuo auspicio & spumosa placantur ęquorà: cornigera decrescunt flumina, lacu undosa adęquantur cessante tuo numine piissimo cui omnia cœlestia/terrestriaq; obtemperāt: at illa dies diuinis cuiq; apertis ex sacro dei pectore conciliis lucem dabit obscuris rebus cernet quisq; clare uelut ante oculos positum, nec melius, nec honestius, nec prudentius electoꝝ saluti, ac dignitati prouideri & consuli potuisse: admirabiturq; insuper magnam dei sapientiam, atq; profundum & inscrutabile eius iudicium, iustitiam & æquitatem magnopere commendabit: O benignam dei opt. mentem, & clementissimum pectus, non dedignabitur his quibus mihi potest debere: uelut negociorū gestor gubernationis mundi rationem reddere, mutuoq; ab his exigere tantę pietatis fluctibus/nec potest animus in placidum & quietum tantarum rerum iudicium emergere, sed Christi opt. max. summiq; regis dei unigeniti filii laudes enarrare, nec mortalium ora, angelorum diuinorumq; spirituū sufficere quirent: quis inquam fon

ti nō ex hoc ei glorię quicq̄,& ipse gloria cœlesti, fulgētiq; poti us ex ea perenni sempiternaq; decoretur:dei namq; parentis omnium imago est, atq; filii gloria, ut inquit ille Dauid uates & rex, Ciuitas dei, nempe ut reor christiana philosophia ueraq; religio & amplectenda:O uitæ dux,& uirtutis indagatrix: o expultrix uitiorumq; hostis: ipsa inquam illa religio christiana, qua certe cohortamur: admonemurq; caduca illa,& fragilia ut falsa bona,& nusq̄ consistentia contendere,religionem uero pietatem,humanitatem,gratiam,hospitalitatem, misericordiam, uirtutem deniq; omnem/ut unicum & uerum bonum amplecti sine qua hominum uita esse nequit: illa urbibus pacem peperit dissentientes illa mortales conuocauit/religione/uita/ coniugiis litterarum/ hominū quoq; cōmunione agregauit:illa lumen legū & morum magistra, & disciplina fuit: ad te igitur confugimus a te opem petimus: tibi nos ut ante magna ex parte,sic nunq̄ penitus totosq; tradimus: est equidem ipsa animi medicina/cuius auxilium non ut in corporis morbis petendum est: foris omnibusq; opibus uiribusq; ut nos met ipsi nobis mederi possimus elaborandum est: cum nullum bonum ipsa christiana philosophia prestabilius,neq; datum mortaliū generi/dei concessum munere, neq; dabitur: ipsa equidem cultura est, quæ extrahit uitia radicitus: & prępara animos, ad satus percipiendos:eaq; mundat, his ut dicam serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant: ipsa quidem Christi religio efficit sola: nam medetur animis,inanes sollcitudines detrahit: cupiditatibus deliberat: pellit timores: O humani generis saluator Christe hostiū illustris triumphator: o diuinū sacrūq; numen,& sanctissimum pectus O mitissimam clementiam Christi mentem, ex te enim exorta est diuina ueraq; religio, cœlestisq; ad recte uiuendum edocet, & nisi optima ostendit, & quæ cœlestia æthereaq; conspiciunt, hęc inquā philosophia cōuersatione mirāda naturali,simpliciq; prudentia edocet: omninoq; nequitiam perimat, & summas p̄

beat commoditates: non inquam prędicat, atq; tantum de uirtute orat: sed magis, atq; magis illam exercet, exemplo ostendens, nihil pendens mortalium gloriam forti uiriliq; animo resistens animę affectibus, passionibusq;, & neq; naturę pernecessariis se subdit: nec corporis infirmitate, langorcq; succumbit: diuinę mentis uirtutem contemplans, Deum illum summum omnium architectorem die noctuq; colens oratione, precatione placat illa diuina christianaq; philosophia absq; excitatione animę, uero puritate & bonorum actuum conuersatione ad mysteria se diuina componens, purgationes, aspersionesq; contendens, solas uero pollutiones, crimina, ac scelera, etiam extrinsecus excludit inruentes casus exuperat & omnium absolute huiuscemodi dominatur: non per stabilitatem, aut uitę necessitatem qualibet uoluntate mutatur: siquidem ut censeo nihil preclarius, illustriusq;, q̃ diuinũ illud Christi nomẽ Dei opt. Max. quis illud non reuerenter non suscipiat, cuius tantum cunctos mortales ipsum audiẽtes in stuporem procellit: cur inquam prisca figmenta Memphum Pyramidibus superbissimis cõspicuã memorant Babilonica pensilibus ortis famigerata referũt moenia, Ephei templi innumerabilibus columnis arduum opus demirantur, Cyri regiam lapidibus auro illigatis splendidam describunt: Pharon turrim, uitreis cancris sustinentibus memoratissimam exequuntur: Olympii Iouis ebore candidissimo celebrant: illustre Laberinti ambages itinerum fallentibus, sublimes autumant, Amphyteatrum marmoribus altissimis, curuisq; fornicibus ingentissimum prędicant, Apollinis aram carnibus extructam extollunt tuum inquam illustre excelsumq; nomen conticuerunt, q; tantum tua diuina Christianaq; religio inter magnificentissima opera explendet sublimius: pręclariusq; enitescit: quantum inter cadentia sydera phebeum iubar rutilantius, clariusq; coruscat, emicat & effulgurat: ipsius inquam uirtutem inmortalem admirantur

illustres auctores/nemoracula obseruitant antrorum consitent spiracula uentorum referunt afflatus, & Echus omnigena reite rant responsa illa, diuina, cum tuo super eminenti nutu super stitionum omnium destruuntur: per te Dodonea quercus cũ lo quacissimis columbis & tintinabulis habentibus falsidica Del phorũ oracula: Aegyptiorum numina, Sytram botica habitacula Hysiaca Hanubis habitacula Bubastis murmura, Osyris misti ca, Harpocratis silentia: Cereris mysteria: Orpheę ceruicis pręsa gia: Phebadum ludibria: Baccantium ululanima, Iouis Hamo nis exhibilantur deliramenta portentaq;, ipsius diuinę reli gionis cętera religionum portenta contemnuntur cerimonię nec amplius truculento Saturno Lybici immolant pueros: non Taurici immitissimũ Dianam humano placant sanguine: nec Galli Theutantis per inhospitales aras humana spargunt ui scera nec mamilarium matri uagientes pueri interficiuntur: tuo munere nouę fidei non inficiendę leges terrarum orbis didicit ipsius religionis fideli propitiatione acerrimum auditum surdi gressum claudi, lumen cęci, uocem distinctam muti adipiscun tur: cum nunq̄ tu omnium Saluator ac patens irritum redidi sti uotum: hoc resonant miracula quæ per orbem terrarum mi cant, Indi noscunt: Mauri prędicant: Traces profitentur: proter minãt Britanni: nec insularum refluo ponto repercussi sinus tu um incognitum nomen prętereunt, Rhodos namq; Colosso oblita te reminiscitur: Paros lacteo marmore pręcellens recor datur: Orcades extremum orbis circumnactę commemo rant: Creta centum olim prępotentissimis urbibus fulta sa lutares preces fundit: Hęc inquam est illa diuina religio in Aristipicum, Epicureumq; uenenum pręclaram medelam mor talibus saluberrimam contulit: sic etiam illę peruersę le ges quæ apud non nullas gentes extabant explosę fuere: nam Persę matres suas nephandis nuptiis cognoscebant: huma nibus Scythe uescebant carnibus: Carthaginenses at alii q̄ plu rimi etiam liberos iugulatos demoni sacrificabant: Massagetę

ac Derbices propinquos & affines immolabant:carnesq; eorum epulabãtur: Pacthri canib9 ad hoc ipsum enutritis senes obiicie bãt: Tybareni uiuos seniores suos prçcipitabant: Hyrcani/Caspiiq; rapaci auium generi canibusq; proiicere soliti, illi uiuos, isti mortuos: sola christiana diuinaq; religione undiq; truculentissima hçc pestis expulsa est cum mortales omnes orbis terrarũ & uenerantur & prçdicãt colunt, adorant, & humiles preces tanto numini, cœlestiq; regi emittunt .:.

FINIS.

Soli Deo laus, honor, & gloria sempiterna.

Omnia ortodoxç fidei subiicio.

Omnes sunt terni/prçter n n qui est duernus.

Impressum Romç per Marcellum Silber als Franck: Anno uirginei partus M.D.XXII. Idus Ianuarii.

